Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

302571

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

LUCIANI SAMOSATENSIS

OPERA

GRAECE ET LATINE.

POST

TIBERIUM HEMSTERHUSIUM

ET

JOH. FREDERICUM REITZIUM

DENUO CASTIGATA

CUM VARIETATE LECTIONIS, SCHOLIIS GRAECIS, ADNOTATIONIBUS ET INDICIBUS

EDIDIT

JOHANNES THEOPHILUS LEHMANN.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1882

TOMUS NONUS.

LIPSIAE

LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCCXXXI.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1892

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ.

Ed. *Reitz.* T. III. p. 385.

Arg. Saturnalia haec, ad festum Saturnalium spectantia, in tres partes dispescuit auctor, quarum prima continet dialogum, sacerdotem inter et Saturnum habitum, quo ille a deo suo frustra petit divitias. Secunda, quae inscribitur Cronosolon, proponuntur leges a Saturno per prophetam et sacerdotem suum divitibus ad festum rite ac digne celebrandum praescriptae, interjectis minis, si quis contra egisset. Tertia constat quatuor epistolis, una sacerdotis ad Saturnum scripta, qua id agitur, ut deus aut aequalitatem bonorum pristinam restituat, aut divitibus saltem imperet, ut ea, qua hucusque usi sint, in pauperes insolentia et inhumanitate jam abstinere coeperint; quod ni fiat, pauperes omnis generis mala et incommoda divitibus esse imprecaturos. Secunda est responsio dei, qua is significat priorem precationis partem non habere se in sua potestate, de altera autem se supplicantibus ita esse satisfacturum, ut divitibus humanitatis ac liberalitatis erga pauperes officium injungat; ceterum divitum conditionem non adeo esse felicem, ut propterea sit, quod pauperes iis magnopere invideant. Tertiam Saturnus mittit ad divites, hosque tum graviter, tum callide, monet, ut humanos se praestent pauperibus, argumentis ab aequo et utili petitis. Quarta denique divites respondent Saturno, ita, ut vice versa in pauperes conferant crimina insatiabilis edacitatis, rusticae procacitatis et effusissimae libidinis; quae vitia si illi pro suo quisque loco deposuerint intraque limites modestiae sese tenuerint, nec se desideriis illorum ullo modo esse defuturos.

ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΚΡΟΝΟΣ. a)

ΙΕΡ. Ὦ Κρόνε, σὺ γὰρ ἔοικας ἄρχων b) τό γε νῦν 1
εἶναι, καὶ σοὶ τέθυται, καὶ κεκαλλιέρηται παρ' ἡμῶν, τί
ἂν μάλιστα ἐπὶ τῶν ἱερῶν αἰτήσας λάβοιμι παρὰ σοῦ;

a) *IEP. K. KP.*] „Personarum nomina aderant in J. *Bas.* 1. (3.) *Fl. Ald. Hag. Salm.* Omissa in *Par.*“ b) ἄ ρ χ ω ν] ἄρχειν 3011. 2954.

SATURNALIA.

SACERDOS ET SATURNUS.

Sac. Quandoquidem, Saturne, imperium tenere videris, sacrificatumque tibi a nobis ac litatum est; quidnam potissimum inter sacra petitum abs te licet consequi?

p.385. *ΚΡΟΝ.* Τοῦτο μὲν αὐτόν σε καλῶς ἔχει ἐσκέφθαι ὅ, τι σοι εὐκταῖον[c], εἰ μὴ καὶ μάντιν ἅμα ἐθέλοις[d] εἶναι τὸν ἄρχοντα, εἰδέναι[e] τί σοι ἥδιον αἰτεῖν· ἐγὼ δὲ τά γε δυνατὰ οὐκ ἀνανεύσω[f] πρὸς τὴν εὐχήν.

ΙΕΡ. Ἀλλὰ πάλαι ἔσκεμμαι, ἐρῶ γὰρ τὰ κοινὰ ταυτί, καὶ πρόχειρα, πλοῦτον, καὶ χρυσὸν πολὺν, καὶ ἀγρῶν δεσπότην[g] εἶναι, καὶ ἀνδράποδα πολλὰ κεκτῆσθαι, καὶ ἐσθῆτας εὐανθεῖς, καὶ μαλακὰς, καὶ ἄργυρον, καὶ ἐλέφαντα, καὶ τἆλλα, ὁπόσα τίμια. τούτων οὖν, ὦ ἄριστε Κρόνε,
p.386. δίδου μοι, ὡς τι καὶ αὐτὸν[h] ἀπολαῦσαι τῆς σῆς ἀρχῆς, μηδὲ ἄμοιρον εἶναι μόνον αὐτῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου.

2 *ΚΡΟΝ.* Ὁρᾷς; σὺ κατ' ἐμὲ τοῦτο ᾔτησας· οὐ γὰρ ἐμὸν διανέμειν τὰ τοιαῦτα· ὥστε μὴ ἄχθου, εἰ ἀτυχή-

c) εὐκταῖον] Sic e 3011. et Gorl. pro vulg. εὐκτέον. Vid. *Bast.* Epist. Crit. p. 217. sq. d) ἐθέλοις] ἐθέλεις 3011. e) εἰδέναι] καὶ εἰδ. conj. *Guyet.* Vid. Adnot. f) ἀνανεύσω] Sphalma *Reitz.* Ed. οὐκ ἂν ἀνανεύσω pro varia lectione habentes e libris suis emendarunt *Bel.*, *Bipp.* et *Schm.* g) ἀγρῶν δεσπότην] Vulgo ἀνδρῶν δεσπ. mendo satis manifesto, quod acute detexit *Courierii* sagacitas ad Luc. p. 275. Cf. infra cap. 20. extr. Minus certa mihi videbatur *Fritzschii* conjectura δεσπότης ob praecedens ἐρῶ proposita Quaestst. Lucc. p. 104. Sic ad amussim non scripsit fere noster. Mox c. 2. vide, ut nectantur haec: ἐν αὐταῖς δὲ — μοι συγχεχώρηται, πίνειν δὲ — καὶ γυμνὸν ᾄδειν, καὶ κροτεῖν ὑποτρέμοντα — ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον. ταῦτα ἐφεῖταί μοι ποιεῖν. h) αὐτὸν] Sic *Gesn.*, *Reitz.* et recentt. cum *Ald.* 2. pro vulg. αὐτῶν. Mox iidem praeter *Aldinae* auctoritatem, nec tamen minus vere, μόνον αὐτῶν scripserunt pro vulg. μόνον αὐτόν.

Sat. Illud quidem te ipsum probe deliberatum habere oportebat, quid optandum tibi sit, nisi simul divinatorem esse vis eum, qui imperat, ut sciat, quid petere tibi collibeat. Ego vero, quae quidem possunt fieri, tuo voto non negabo.

Sac. Quin olim deliberavi. Rogo enim communia ista et promta, divitias, et aurum multum, et agrorum esse dominum, et mancipia habere multa, et vestem floridam atque mollem, et argentum, et ebur, et reliqua, quaecunque pretiosa sunt. Horum ergo, Saturne optime, fac mihi copiam, ut ipse quoque fructum aliquem tui imperii consequar, nec solus tota vita rerum illarum expers maneam.

Sat. Vides? non petiisti, quod in mea potestate sit: nec enim tribuere talia meum

σειας[i]) αὐτῶν, ἀλλ' αἴτει παρὰ τοῦ Διὸς, ὁπόταν εἰς ἐκεῖνον p. 386.
ἡ ἀρχὴ περιέλθῃ μετ' ὀλίγον. ἐγὼ δ' ἐπὶ ῥητοῖς παραλαμβάνω τὴν δυναστείαν. ἑπτὰ[k]) μὲν ἡμερῶν ἡ πᾶσα βασιλεία. καὶ ἦν[l]) ἐκπρόθεσμος τούτων γένωμαι, ἰδιώτης εὐθύς εἰμι, καί που τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς. ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς ἑπτὰ σπουδαῖον μὲν οὐδὲ[m]) ἀγοραῖον διοικήσασθαί μοι συγκεχώρηται, πίνειν δὲ, καὶ μεθύειν, καὶ βοᾷν, καὶ παίζειν, καὶ κυβεύειν, καὶ ἄρχοντας καθίστασθαι, καὶ τοὺς οἰκέτας εὐωχεῖν, καὶ γυμνὸν ᾄδειν, καὶ κροτεῖν ὑποτρέμοντα· ἐνίοτε δὲ καὶ ἐς ὕδωρ ψυχρὸν ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι, ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον. ταῦτα ἐφεῖταί μοι ποιεῖν. τὰ μεγάλα δὲ ἐκεῖνα, τὸν πλοῦτον, καὶ τὸ χρυσίον, ὃ Ζεὺς διαδίδωσιν οἷς ἂν ἐθέλῃ.

IEP. Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνος, ὦ Κρόνε, ῥᾳδίως καὶ προ- 3
χείρως. ἔγωγ' οὖν ἤδη ἀπηγόρευκα, αἰτῶν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ὁ δ' οὐκ ἐπαΐει τοπαράπαν[n]), ἀλλὰ τὴν αἰγίδα

i) ἀτυχήσειας] Sic Codd. 3011. et Gorl. probante *Belino* pro vulg. ἀτυχήσεις. k) ἑπτὰ] „τῶν ἑπτὰ *Coll.* male.“ l) ἦν] εἰ 3011. m) οὐδὲ] οὐδὲν, οὐδὲ conj. *Gesn. Schäf.* e. a. Alias quas tentarunt emendandi rationes vid. in Adnot. n) τοπαράπαν] Sic e consensu vett. Edd. τὸ παράπαν recentt.

est. Itaque noli graviter ferre, si ea non consequaris: verum a Jove pete, cum ad illum paullo post transierit imperium. Ego vero conditionibus quibusdam capio potestatem. Septem enim diebus totum mihi regnum finitur: hunc terminum egressus continuo sum privatus, et de promiscua multitudine unus. Illis ipsis vero septem *diebus* serium quidem nihil, neque publicum negotium agere mihi licet; sed bibere, et inebriari, et clamare, et jocari, et alea ludere, et reges *vini* constituere, et servos excipere convivio, et nudum canere, et tremulos plausus edere, interdum etiam in aquam frigidam praecipitem detrudi, fuligine picto vultu: haec, inquam, facere mihi permissum est. Verum majora illa, divitias, et aurum, Jupiter, quibus visum est, distribuit.

Sac. Sed neque ille, Saturne, facile et promte. Equidem iam fatigatus sum magna voce petendo: at ille omnino non audit, sed aegide quassata, atque intentato fulmine, torvum videns, qui sibi molesti sunt perterret. Si quando etiam annuat alicui, divitem-

p. 387. ἐπισείων, καὶ τὸν κεραυνὸν ἐπανατεινόμενος, δριμὺ ἐνορῶν, ἐκπλήττει τοὺς ἐνοχλοῦντας. ἦν δέ ποτε καὶ ἐπινεύσῃ τινὶ, καὶ πλούσιον ποιήσῃ, πολὺ τὸ ἄκριτον ἐνταῦθα, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἐνίοτε καὶ συνετοὺς ἀφεὶς, ὁ δὲ παμπονήροις τε καὶ ἀνοήτοις ἀνδράσι περιχεῖ τὸν πλοῦτον, μαστιγίαις ἢ ἀνδρογύνοις τοῖς πλείστοις αὐτῶν. πλὴν τά γε σοὶ δυνατὰ ἐθέλω εἰδέναι, τίνα ταῦτά ἐστιν;

4 ΚΡΟΝ. Οὐ μικρὰ ὅλως, οὐδὲ παντάπασιν εὐκαταφρόνητα, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τῆς συμπάσης ἀρχῆς, εἰ μή σοί γε μικρὸν δοκεῖ τὸ νικᾶν κυβεύοντα, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐς τὴν μονάδα κυλιομένου τοῦ κύβου, σοὶ o) τὴν ἑξάδα ὑπεράνω ἀεὶ φαίνεσθαι. πολλοὶ γοῦν ἐς κόρον ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἐπεσιτίσαντο, οἷς ἅλεως καὶ φορὸς ὁ κύβος ἐπινεύσει. p) οἱ δὲ ἔμπαλιν γυμνοὶ ἐξενήξαντο, συντριβέντος αὐτοῖς τοῦ σκάφους, περὶ οὕτω μικρῷ ἅρματι τῷ κύβῳ q). καὶ μὴν καὶ πιεῖν ἐς τὸ ἥδιστον, καὶ ᾠδικώτερον ἄλλου δόξαι (ἅμα) r) ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ διακονουμένων τοὺς μὲν ἄλλους ἐς τὸ ὕδωρ ἐμπεσεῖν, (τοῦτο γὰρ

o) σοὶ] „Sic L. *Hag. Par. Salm. Amst.* (cum *Bas.* 1. et 3) Σὺ *Fl. J. Ald. Ven.* 2. *Fr.*“ p) ἐπινεύσει] „Sic in omnibus. Ἐπινεύσῃ *Jens.*“ At vide Adnott. q) τῷ κύβῳ] pro scholio temere habet *Belinus.* Probabilius, quae mox leguntur, τοῦτο γὰρ—διακονίας huic generi accenseas, quamquam nec hoc equidem probarim. r) ἅμα) „Et hoc omnes obsidet. ἅσσα marg. J. coniicit.“ Deest hoc importunum ἅμα in Cod. 2600. Par., quem contulit *Boissonade* ad Marin. p. 89. In eodem Cod. prave legitur ποιεῖν pro πιεῖν.

que illam reddat; hic vero indiscreti multum, relictisque bonis ac prudentibus viris, ille pessimos ac sensu paene communi carentes circumfundit divitiis, verberones plerumque et effeminatos homines. Sed quae tu potes, scire velim, qualia sint.

Sat. Non omnino parva illa quidem, neque plane contemnenda, si ad vim exigantur totius imperii: nisi forte parvum tibi videtur vincere alea, et provoluta reliquis in unionem tessera, senionem in summo tibi semper apparere. Multi enim ad satietatem usque inde sibi pararunt viaticum, quibus propitia secundaque tessera annuerit: alii contra enatarunt nudi, fracto ipsis ad exiguum adeo scopulum, tesseram, navigio. Verum etiam bibere jucundissime, et (simul) aliis canendi peritiorem videri in convivio, et ministrantium alios incidere

τοὐπιτίμιον τῆς ἀδελφίου διακονίας) σὲ δὲ, καὶ ἀνακηρυχθῆναι καλλίνικον, καὶ τἆθλα φέρεσθαι τὸν ἀλλάντα[a]), ὁρᾷς ἡλίκον τὸ ἀγαθόν; ἔτι καὶ βασιλέα μόνον ἐφ' ἅπάντων γενέσθαι, τῷ ὠστραγάλῳ κρατήσαντα, ὡς μήτε ἐπιταχθείης γελοῖα ἐπιτάγματα, καὶ αὐτὸς ἐπιτάττειν ἔχοις, τῷ μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὐτοῦ ἀναβοῆσαι, τῷ δὲ γυμνὸν ὀρχήσασθαι, καὶ ἀράμενον τὴν αὐλητρίδα, τρὶς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν, πῶς οὐχὶ καὶ ταῦτα δείγματα μεγαλοδωρίας τῆς ἐμῆς; εἰ δὲ τὸ μὴ ἀληθῆ μηδὲ βέβαιον γίγνεσθαι τὴν τοιαύτην βασιλείαν αἰτιάσῃ, ἄγνωμον ποιήσεις, ὁρῶν αὐτὸν ἐμὲ τὸν ταῦτα διανέμοντα ὀλιγοχρόνιον τὴν ἀρχὴν ἔχοντα. τούτων δ' οὖν ἃ μοι δυνατὰ δοῦναι, τῶν πεπτῶν, τοῦ ἄρχειν, τοῦ ἥδειν, καὶ τῶν ἃ κατηριθμησάμην, θαῤῥῶν αἴτει, ὡς ἐμοῦ πρὸς οὐδὲν δεδιξομένου σε τῇ αἰγίδι, καὶ τῷ κεραυνῷ. p. 387.

IEP. Ἀλλ', ὦ Τιτάνων ἄριστε, τῶν μὲν τοιούτων οὐ δέομαι, σὺ δὲ ἀλλ' ἐκεῖνό μοι ἀπόκριναι, ὃ μάλιστα ἐπό- p. 388.

a) τἆθλα φέρεσθαι τὸν ἀλλάντα] Vulg. τἆθλ' (τἆθλ' vett. Edd.) ἀφαιρεῖσθαι τὸν ἀλόντα. Sed quum in Gorl. legatur: τἆθλα φέρεθαι τὸν ἀλάντα, *Schmiedero* videbatur ita legendum, ut scripsimus. Quippe praemium hoc, inquit *Schmiederus*, satis aptum ad Saturnalia. Cf. Gall. c. 14. in. Epist. Sat. 28. et 35. Probissimam emendationem probavit etiam *Fritzsch.* Quaestst. p. 211.

in aquam (hoc enim ministerii parum dextri praemium est), te vero et honestum victorem praedicari, et praemia ferre farcimen, vides, quantum sit bonum? Porro regem solum fieri omnium, talorum victoria, ut neque ridicula tibi injungantur imperia, et imperare ipse possis, huic quidem, ut turpe quiddam de se ipse proclamet, alii ut nudus saltet, et succollata tibicina ter domum circumeat; nonne haec etiam magnificentiae (*munificentiae*) meae specimina? Si vero causseris, non verum esse, neque firmum hoc regnum, importune feceris, qui videas, me ipsum, qui tribuo talia, parvi temporis habere imperium. De his igitur, quae dare in potestate mea est, de talis, de regno, canendo, et quaecunque enumeravi, audacter pete, qui nunquam aegide te vel fulmine perterrebo.

Sac. Sed talibus mihi, Titanum optime, nihil opus est. Quin tu illud mihi responde, quod scire maxime vellem:

p. 388. θοιν εἰδέναι· καί μοι ἤν εἴπῃς αὐτὸ, ἱκανὴν ἕξῃ τὴν ἀμοιβὴν ἀποδεδωκὼς ἀντὶ τῆς θυσίας, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἀφίημί σοι τὰ χρέα.

KPON. Ἐρώτα μόνον· ἀποκρινοῦμαι γὰρ, ἤν εἰδὼς τύχω.

IEP. Τὸ μὲν πρῶτον ἐκεῖνο, εἰ ἀληθῆ ταῦτ' ἐστιν, ἃ περὶ σοῦ ἀκούομεν, ὡς κατήσθιες τὰ γεννώμενα ὑπὸ τῆς Ῥέας, ἐκείνη δὲ ὑφελομένη τὸν Δία, λίθον ὑποβαλλομένη[τ]) ἀντὶ τοῦ βρέφους, ἔδωκέ σοι καταπιεῖν· ὃ δὲ εἰς ἡλικίαν ἀφικόμενος, ἐξήλασέ σε τῆς ἀρχῆς, πολέμῳ κρατήσας, εἶτα εἰς τὸν Τάρταρον φέρων ἐνέβαλε, πεδήσας αὐτόν σε[υ]), καὶ τὸ συμμαχικὸν ἅπαν, ὁπόσον μετὰ σοῦ παρετάττετο.

KPON. Εἰ μὴ ἑορτὴν, ὦ οὗτος, ἤγομεν, καὶ μεθύ-
p. 389. ειν ἐφίετο, καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς δεσπόταις ἐπ' ἐξουσίας, ἔγνως ἄν, ὡς ὀργίζεσθαι γοῦν ἐφεῖταί μοι, τοιαῦτα ἐρωτήσας, οὐκ αἰδεσθεὶς πολιὸν οὕτω καὶ πρεσβύτην θεόν.

IEP. Κἀγὼ ταῦτα, ὦ Κρόνε, οὐ παρ' ἐμαυτοῦ φημι, ἀλλ' Ἡσίοδος καὶ Ὅμηρος, ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν ὅτι καὶ ἄλλοι ἅπαντες ἄνθρωποι σχεδὸν, ταῦτα πεπιστεύκασι περὶ σοῦ.

τ) ὑποβαλλομένη] „ὑποβαλλομένην Fl." υ) σε] τε mallet *Fritzsch.* Quaestst. p. 206. eleganti sane sensu ductus.

idque mihi si dixeris, satis magnum mihi pretium pro sacrificio retuleris, reliquaque tibi debita remittam.

Sat. Interroga modo: respondebo enim, si sciam.

Sac. Primo illud, verane sint ista, quae de te audimus, devorare te solitum, quae nascerentur e Rhea, illam vero, subducto furtim Jove, lapidem subiectum pro puero dovorandum tibi dedisse: illum vero, adultus cum esset, bello te victum regno expulisse, tum vinctum te tuaque omnia auxilia, quae tibi se adjunxerant, dejecisse in tartarum.

Sat. Heus tu, nisi festum diem ageremus, et inebriari licitum esset, atque maledicere, prout libitum, dominis, disceres sane, irasci mihi permissum, talia qui rogaris, nihil reveritus canum adeo et senem Deum.

Sac. Atqui ego ista, Saturne, non mea sponte interrogo; sed Hesiodus et Homerus, nolo enim dicere reliquos homines prope universos, haec de te credunt.

KPON. Οἶει γάρ (τι)[x] τὸν ποιμένα ἐκεῖνον, τὸν ἀλαζόνα, ὑγιές τι περὶ ἐμοῦ εἰδέναι; σκόπει δὲ οὕτως. ἔσθ' ὅστις ἄνθρωπος (οὐ γὰρ θεὸν ἐρῶ) ὑπομείνειεν ἂν ἑκὼν αὐτὸς καταφαγεῖν τὰ τέκνα, εἰ μή τις Θυέστης ἦν, καὶ ἀσεβεῖ ἀδελφῷ περιπεσών, ἤσθιε; καὶ τοῦτο γ' ἂν εἴη[y], πῶς ἀγνοήσειε[z] λίθον ἀντὶ βρέφους ἐσθίων, εἰ μὴ ἀνάλγητος εἴη τοὺς ὀδόντας; ἀλλ' οὔτε ἐπολεμήσαμεν, οὔτε ὁ Ζεὺς βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἀφείλετο[a], ἑκόντος δέ μου παραδόντος αὐτῷ, καὶ ὑπεκστάντος ἄρχειν. ὅτι μὲν γὰρ οὔτε πεπέδημαι, οὔτε ἐν τῷ Ταρτάρῳ εἰμὶ, καὶ αὐτὸς ὁρᾷς, οἶμαι, εἰ μὴ τυφλὸς, ὥσπερ[b] Ὅμηρος, εἶ. 6 p. 389.

IEP. Τί παθὼν δὲ, ὦ Κρόνε, ἀφῆκας τὴν ἀρχήν; 7

KPON. Ἐγώ σοι φράσω. τὸ μὲν ὅλον, γέρων ἤδη καὶ ποδαγρὸς ὑπὸ τοῦ χρόνου ὤν, (διὸ καὶ πεπεδῆσθαί μέ

x) τι] „Sic omnes.“ Alterutrum τι, aut hoc, aut quod post ὑγιές legitur, delendum censuerunt *Reitz.*, *Dorvill.* ad *Charit.* p. 543. Ed. Lips. et *Fritzsch.* Quaestst. p. 24. Prius abest a Gorl., unde ut suspectum notavit *Schmied.*, cuius tamen gravissimus est error, referentis *Dorvillium* l. l. notare a tribus *Luciani* Edd. alterutrum τι abesse. Imo vero *Diodori Siculi* Editiones tres dicit, *Stephanianam*, *Wechelianam* et *nuperrimam*, i. e. *Wesselingianam*. Quamquam *Dorvillii* verba, ut certe in Ed. Lips. leguntur, facile lectori imprudenti imponere aliquid posse largiendum. y) γ' ἂν εἴη] μακεί 3011. Gorl. unde *Schm.* conj. μανέντι. Probabilius multo *Fritzsch.* Quaestst. p. 206. καὶ τοῦτο μὲν ἂν εἴη, πῶς δ' ἀγνοήσειε etc. z) ἀγνοήσειε] ἀγνοήσει conj. *Bel.* a) ἀφείλετο] „male omissum in *Fl.*“ b) ὥσπερ] ὅσπερ *Bas.* 3.

Sat. Putas enim, pastorem illum, juctabundum impostorem, sani quidquam de me scire? Considera autem hoc modo. Estne, ut homo, neque enim dicam Deum, sustineat sua sponte suos ipse devorare liberos, nisi quis forte Thyestes, in fratrem impium incidens, edit? Et hoc si forte fuerit; quomodo imprudens lapidem edere pro puero possit, nisi forte sensus omnis expertes dentes habeat? Sed neque bellum gessimus, neque vi imperium mihi ademit Jupiter, sed mea cum sponte ego traderem illi, et imperio cederem. Me quidem compeditum non esse, neque in tartaro, ipse quoque vides, arbitror, nisi caecus es, ut Homerus.

Sac. Qua igitur caussa, Saturne, motus reliquisti imperium?

Sat. Ego tibi dicam. In universum senex cum jam essem, et ipsa aetate podager, unde etiam compeditum me

p. 389. οἱ πολλοὶ εἴκασαν)· οὐ γὰρ ἠδυνάμην διαρκεῖν πρὸς οὕτω πολλὴν ἀδικίαν τῶν νῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἀναθεῖν ἔδει ἄνω καὶ κάτω, τὸν κεραυνὸν διηρμένον, τοὺς ἐπιόρκους, ἢ ἱεροσύλους, ἢ βιαίους καταφλέγοντα, καὶ τὸ πρᾶγμα πάνυ ἐργῶ-
p. 390. δες ἦν, καὶ νεανικόν· (καὶ) c) ἐξέστην οὖν εὖ ποιῶν d) τῷ Διΐ. καὶ ἄλλως δὲ καλῶς ἔχειν ἐδόκει μοι διανείμαντα τοῖς παισὶν οὖσι τὴν ἀρχὴν, αὐτὸν εὐωχεῖσθαι τὰ πολλὰ ἐφ' ἡσυχίας, οὔτε e) τοῖς εὐχομένοις χρηματίζοντα, οὔτε ὑπὸ τῶν ταναντία αἰτούντων ἐνοχλούμενον, οὔτε βροντῶντα, ἢ ἀστράπτοντα, ἢ χάλαζαν ἐνίοτε βάλλειν ἀναγκαζόμενον· ἀλλὰ πρεσβυτικόν τινα τοῦτον ἥδιστον βίον διάγω, ζωρότερον πίνων τὸ νέκταρ, τῷ Ἰαπετῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἡλικιώταις προσμυθολογῶν. ὁ δὲ ἄρχει, μυρία ἔχων πράγματα· πλὴν ὀλίγας ταύτας ἡμέρας, ἐφ' οἷς εἶπον, ὑπεξελέσθαι μοι ἔδοξε, καὶ ἀναλαμβάνω τὴν ἀρχὴν, ὡς ὑπομνήσαιμι τοὺς ἀνθρώπους οἷος f) ἦν ὁ ἐπ' ἐμοῦ βίος, ὁπότε ἄσπορα καὶ ἀνήροτα πάντα ἐφύετο αὐτοῖς, οὐ στάχυες, ἀλλ' ἕτοιμος ἄρτος, καὶ κρέα ἐσκευασμένα, καὶ ὁ

c) καὶ] abest a Gorl. ideoque a *Schm.* suspicionis nota seclusum. d) εὖ ποιῶν] „Sic *Fl. Bas.* 1. et 2. (cum 3.) *Εὐποιῶν* junctim cett." e) οὔτε] ὅτε *Bas.* 1. et 3. f) οἷος] „bene *Fl.* L. *Ven.* 2. *Par. Salm. Οἷς* male *Ald. J. Fr. Bas.* 1. et 2. (et 3.)"

conjiciebat vulgus: neque enim sufficere poteram ad multam adeo hominum, qui nunc sunt, injustitiam; sed currendum semper erat sursum deorsum, fulmine intentato, quo perjuros, aut sacrilegos, aut violentos comburerem, eratque res valde laboriosa et iuvenis vires poscens: itaque Jovi, quod nondum poenitet, cessi *imperium*. Et alioquin decens mihi videbatur, diviso filiis imperio ipsum me frequenter et quiete epulari, ut neque operam darem precantibus, neque molestias ab his, qui contraria peterent, perferrem, neque tonarem, aut fulgurarem, aut grandinem dejicere interdum cogerer; sed vitam hanc agerem senilem jucundissimamque, meracius nectar bibens, fabulans cum Iapeto et aliis aequalibus. At ille imperat inter mille molestias; nisi quod paucos dies, ea, qua dixi, lege excipere mihi visum est, ut admoneam homines, qualis fuerit me imperante vita, cum serente nullo aut arante nascerentur illis omnia, nec spicae, sed paratus jam panis, et carnes cu-

οἶνος ἔῤῥει ποταμηδὸν, καὶ πηγαὶ μέλιτος, καὶ γάλακτος. p. 390.
ἀγαθοὶ γὰρ ἦσαν καὶ χρυσοῖ ἅπαντες. αὕτη μοι ἡ αἰτία
τῆς ὀλιγοχρονίου ταύτης δυναστείας, καὶ διὰ τοῦτο ἅπαν-
ταχοῦ κρότος, καὶ ᾠδὴ, καὶ παιδιὰ, καὶ ἰσοτιμία πᾶσι,
καὶ δούλοις, καὶ ἐλευθέροις· οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦ-
λος ἦν.

IEP. Ἐγὼ δὲ, ὦ Κρόνε, καὶ τοῦτο εἰκαζον εἰς τοὺς 8
δούλους καὶ πεδότριβας g) φιλάνθρωπον ἐκ τοῦ μύθου
ἐκείνου ποιεῖν σε τιμῶντα τοὺς τὰ ὅμοια πάσχοντας, ἅτε p. 391.
καὶ αὐτὸν δουλεύοντα, μεμνημένον τῆς πέδης.

KPON. Οὐ παύσῃ γὰρ τὰ h) τοιαῦτα ληρῶν;

IEP. Εὖ λέγεις, καὶ παύσομαι· πλὴν ἔτι μοι καὶ
τοῦτο ἀπόκριναι. τὸ πεττεύειν σύνηθες ἦν καὶ τοῖς ἐπὶ
σοῦ ἀνθρώποις;

KPON. Καὶ μάλα, οὐ μὴν περὶ ταλάντων γε, καὶ
μυριάδων, ὥςπερ ὑμῖν, ἀλλὰ περὶ καρύων τὸ μέγιστον,

g) πεδότριβας] παιδοτρίβας vulgo Edd. vett. praeter *Hag.* 1., ubi πεδοτρίβας, quod etiam adscriptum marg. A. 1. W. praetulerunt jure suo *Erasmus*, *Gesnerus*, *Reitzius* et recentt. Nos tamen accentum mutandum duximus, quam comica haec vox non, ut *Conr.* quoque *Reitzio* in Indice visum, ad similitudinem vocis παιδοτρίβης, sed ad exemplum vocum παιδότριψ, οἰκότριψ e. a. conficta videretur. h) τὰ] deest in Gorl.

ratae, fluebat amnium instar vinum, et fontes mellis atque lactis. Boni enim erant tum omnes atque aurei. Haec mihi caussa brevis illius potestatis. Et ob id ipsum plausus ubique, et cantus, et lusus, et aequalitas inter servos pariter ac liberos: neque enim, me rerum potiente, servus quisquam erat.

Sac. Ego vero, Saturne, conjiciebam, illam te in servos et compedum tritores humanitatem ex ista fabula exercere, qui honorem habeas sortis tuae hominibus, tanquam ipse quoque serviens et memor compedis.

Sat. Non desinis nempe nugari talia?

Sac. Bene mones, et desinam. Verum hoc adhuc mihi responde. Alea ludere an consuetum erat etiam his, qui sub te vivebant?

Sat. Omnino: sed non talentis et denis drachmarum millibus, ut apud vos, sed summum de nucibus, ne do-

p. 391. ὡς μὴ ἀνιᾶσθαι ἡττηθέντα, μηδὲ δακρύειν ἀεὶ ἄστιτον ἐόντα μόνον τῶν ἄλλων.

IEP. Εὖγε ἐκεῖνοι ποιοῦντες. ὑπὲρ τίνος γὰρ ἂν καὶ ἐπέτρεπον, αὐτοὶ ὁλόχρυσοι ὄντες; ὡς ἔγωγε καὶ μεταξὺ λέγοντός σου, τοιόνδέ τι ἐνενόησα· εἴ τις ἕνα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν χρυσηλάτων, ἐς τὸν ἡμέτερον τοῦτον βίον ἀγαγὼν, ἔδειξε τοῖς πολλοῖς, οἷα ἔπαθεν ἂν ἄθλιος ὑπ' αὐτῶν; διεσπάσαντο γὰρ αὐτὸν εὖ οἶδ' ὅτι ἐπιδραμόντες, ὥσπερ τὸν Πενθέα αἱ Μαινάδες, καὶ αἱ Θρᾷτται τὸν Ὀρφέα, ἢ τὸν Ἀκταίονα αἱ κύνες, περὶ τοῦ μεῖζον ἀπενέγκασθαι τὸ μέρος, πρὸς ἀλλήλους ἕκαστος ἁμιλλώμενοι. οἵ γε οὐδὲ ἑορτάζοντες ἔξω τοῦ φιλοκερδοῦς εἰσιν, ἀλλὰ πρόσοδον οἱ πολλοὶ πεπαίηνται τὴν ἑορτήν. εἶτα οἱ μὲν ἀπέρχονται λῃστεύοντες ἐν τῷ συμποσίῳ τοὺς φίλους· οἱ δέ σοί τε λοιδοροῦνται, οὐδὲν δέον, καὶ τοὺς κύβους συντρίβουσιν, ἀναιτίους ὄντας αὐτοῖς ὧν ἑκόντες ποιοῦσιν.

9 Ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε, τί δήποτε ἁβρὸς οὕτω θεὸς ὤν,
p. 392. καὶ γέρων, ἐπιλεξάμενος τὸ ἀτερπέστατον[i]), ὁπότε ἡ χιὼν ἐπέχει τὰ πάντα, καὶ ὁ Βορρᾶς πολὺς, καὶ οὐδὲν ὅ, τι

i) τὸ ἀτερπέστατον] τοῦ ἔτους desideravit hic *Guyet.*, non certe necessario.

leret victo, nec ploraret, et solus semper cibo se abstineret.

Sac. Bene illi quidem: de qua enim re luderent, qui toti ipsi essent aurei? Itaque ego etiam, dum tu dicis, tale quiddam cogitavi: si quis unum de istis ex solido auro viris, in nostram hanc vitam productum vulgo ostenderet, quid miser ab illis passurus esset? Incursione facta illum, novi ego, discerperent, ut Pentheum Maenades, et Orpheum feminae Thraciae, aut Actaeonem canes, certamine inter illos constituto, quis majorem inde partem auferat: qui quidem ne festis quidem diebus celebrandis extra lucri cupiditatem sint, sed in quaestu sibi illos habeant. Deinde hi quidem latrocinatum eunt in convivio ab amicis: alteri vero et tibi maledicunt praeter fas, et talos conterunt, innoxios illorum, quae sponte ipsi sua faciunt. Verum etiam illud mihi dicito, quid tandem, Deus adeo delicatus cum sis et senex, electa injucundissima *anni parte*, cum nix tenet omnia, et Boreas multus, et nihil non concrevit glacie, et arbores siccae ac nudae, de-

οὐ[k]) πέπηγεν ὑπὸ τοῦ κρύους, καὶ τὰ δένδρα ξηρὰ, καὶ γυμνὰ, καὶ ἄφυλλα, καὶ οἱ λειμῶνες ἄμορφοι, καὶ ἀπηνθηκότες, καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐπικεκυφότες, ὥσπερ οἱ πάνυ γεγηρακότες, ἀμφὶ τὴν κάμινον οἱ πολλοὶ, τηνικαῦτα ἑορτάζεις; οὐ γὰρ πρεσβυτικός γε ὁ καιρὸς, οὐδὲ ἐπιτήδειος τρυφῶσι. p. 392.

ΚΡΟΝ. Πολλά με ἀνακρίνεις, ὦ οὗτος, ἤδη πίνειν δέον. παρῄρησαι γοῦν μοι χρόνον τῆς ἑορτῆς οὐκ ὀλίγον, οὐ πάνυ ἀναγκαῖά μοι ταῦτα προσφιλοσοφῶν. ὥστε νῦν μὲν ἄφες αὐτὰ, εὐωχώμεθα δὲ ἤδη, καὶ κροτῶμεν, καὶ ἐπὶ τῇ ἐλευθερίᾳ ἤδη ζῶμεν. εἶτα πεττεύωμεν ἐς τὸ ἀρχαῖον ἐπὶ καρύων, καὶ βασιλέας χειροτονῶμεν, καὶ πειθαρχῶμεν αὐτοῖς. οὕτω γὰρ ἂν τὴν παροιμίαν ἐπαληθεύσαιμι, ἣ φησι, παλίμπαιδας[l]) τοὺς γέροντας γίγνεσθαι.

ΙΕΡ. Ἀλλὰ μὴ δύναιτο διψῶν πιεῖν, ὦ Κρόνε, ὅτῳ μὴ ταῦτα ἃ λέγεις ἡδέα. ὥστε πίνωμεν· ἱκανὰ γὰρ ἀπο-

k) οὐδὲν ὅ, τι οὐ] Vulg. Edd. vett. οὐδὲν ἔτι οὐ. Sed Fl. J. Reitz. et recentt. οὐδὲν ἔτι ὃ οὐ. Graevius tamen et Belinus pro ἔτι maluerunt ἔστιν. Sic enim, non ἐστι, vel ἐστὶ scribendum fuit. Simplicior multo, et vero probabilior, nobis videbatur ea emendatio esse, in quam nos incidimus, veteris lectionis vestigiis ducti. l) παλίμπαιδας] „καλλίπαιδας male Fl.“ παλίπαιδας Gorl., narrante quidem Fritzschio in Commentat. 1. De Atticismo et orthographia Luciani p. 16. idque exempli instar ad comprobandam Phrynichi p. 284. observationem, sui temporis rhetoribus male in usu fuisse πάλι pro antiquo πάλιν.

stitutae foliis, et prata informia, ac sine floribus, et contracti homines instar valde senum, ad focum plerique sunt, tum festos dies agis? Nec enim vel senibus illud tempus vel delicate viventibus commodum.

Sat. Multa, mi homo, me interrogas, cum jam bibendum esset. Exemisti enim mihi tempus festi hujus diei non parvum, ista non necessaria mecum philosophando. Itaque jam ista omitte: epulemur nunc et plaudamus, et libertate iam fruamur, deinde ludamus alea de nucibus more veteri, et reges constituamus, illisque obsequamur: sic enim fidem firmavero proverbii, quod bis pueros senes ait fieri.

Sac. Sed utinam sitiens bibere non possit, si cui jucunda non sunt, quae dicis. Bibamus ergo. Satis enim ad

p. 392. κέκρισαι καὶ [m]) τὰ πρῶτα· καί μοι δοκῶ γραψάμενος εἰς βιβλίον ταύτην ἡμῶν τὴν συνουσίαν, ἅτε αὐτὸς ἠρώτησα, καὶ σὺ πρὸς ταῦτα ἵλεως ἀπεκρίνω, παρέξειν ἀναγνῶναι τῶν φίλων [n]), ὅσοι γ' ἐπακοῦσαι τῶν σῶν λόγων ἄξιοι.

m) καὶ] habet mihi aliquid offensionis, ut mallem abesse.
n) τῶν φίλων] „Nihil varietatis invenio." Vid. Adnott.

prima illa respondisti. Et placet mihi, descriptum in libro hunc nostrum sermonem, cum quae interrogavi ego, tam quae tu propitius respondisti, legendum offerre, quotquot amicorum nostrorum percipere tuos sermones merentur.

ΚΡΟΝΟΣΟΛΩΝ.

p. 393.

Τάδε o) λέγει Κρονοσόλων, ἱερεὺς καὶ προφήτης τοῦ Κρόνου, καὶ νομοθέτης τῶν ἀμφὶ τὴν ἑορτήν. ἃ μὲν τοὺς πένητας χρὴ ποιεῖν, αὐτοῖς ἐκείνοις ἔπεμψα ἄλλο βιβλίον ἐγγράψας· καὶ εὖ οἶδ' ὅτι ἐμμενοῦσι p) κἀκεῖνοι τοῖς νόμοις, ἢ αὐτίκα ἔνοχοι ἔσονται τοῖς ἐπιτιμίοις, ἃ κατὰ τῶν ἀπειθούντων μεγάλα ὥρισται. ὑμεῖς δὲ, ὦ πλούσιοι, ὁρᾶτε ὅπως μὴ παρανομήσητε, μηδὲ παρακούσητε τῶνδε τῶν προσταγμάτων. ὡς ὅστις ἂν οὕτω μὴ ποιήσῃ, ἔστω οὗτος, οὐκ ἐμοῦ νομοθέτου ἀμελήσων, ἀλλ' εἰς τὸν Κρόνον αὐτὸν, ὃς με προείλετο νομοθετῆσαι εἰς τὴν ἑορτὴν, οὐκ ὄναρ ἐπιστὰς, ἀλλὰ πρώην ἐγρηγορότι ἐναργὴς συγγενόμενος. ἦν δὲ οὐ πεδήτης, οὐδὲ αὐχμοῦ πλέως, οἷον αὐτὸν οἱ ζωγράφοι παρὰ τῶν ληρούντων ποιητῶν παραδεξάμενοι ἐπιδείκνυνται,

o) *Τάδε*] *Τάτε* mendum typographicum *Bipontinae*, quod imprudens repetiit *Schmiedorus*, prudentior correxit *Fritzsch.* Quaest. p. 207., non tamen commemoratis Edd. vett., quibuscum omnibus et ipsa *Reitziana τάδε* praebet. p) *ἐμμενοῦσι*] Sic *Reitz.* tacite correxerat veterem lectionem *ἐμμένουσι*· quamquam sic jam in *Bas.* 3. exhibitum. Recentt., ut par erat, fecerunt cum *Reitzio.*

CRONOSOLON

s. LEGISLATOR SATURNALIUM (q. d. Saturnisolon.)

Haec edicit Cronosolon, sacerdos Saturni et propheta, atque legum, quae ad festos ipsius dies pertinent, legislator. Quae pauperibus facienda sunt, ea in alio descripta libro ad illos jam misi: ac praeclare novi, aut illos quoque meis obtemperaturos legibus, aut statim futuros poenis obnoxios, quae contra inobsequentes magnae sane statutae sunt. Vos autem, divites, videte, ne legem violetis, neque negligenter haec imperia audiatis. Nam quicunque ita non fecerit, ille norit, non me legislatorem a se spretum iri, sed Saturnum ipsum, qui me ad leges celebritati ferendas delegit, non ille per quietem adstans, sed nuperrime videnti vigilantique praesens oblatus. Erat autem non compeditus, neque squalore oppletus, qualem pictores a nugacibus poëtis acceptum ostendunt, sed falcem

p. 393. ἀλλὰ τὴν μὲν ὄρπην εἶχε πάνυ τεθηγμένην· τὰ δ' q) ἄλλα φαιδρός τε ἦν, καὶ καρτερὸς r), καὶ βασιλικῶς ἐνεσκεύαστο. μορφὴν μὲν τοιόσδε ὤφθη μοι· ἃ δὲ εἶπε, πάνυ θεσπέσια
11 καὶ ταῦτα s), προειρῆσθαι t) ὑμῖν ἄξια. Ἰδὼν γάρ με σκυθρωπὸν, ἐπὶ συννοίας u) βαδίζοντα, ὥσπερ εἰκὸς ἦν θεὸν,
p. 394. ἔγνω αὐτίκα τὴν αἰτίαν τῆς λύπης τίς ἐστί x) μοι, καὶ ὡς τὴν πενίαν δυσχεραίνοιμι, οὐ κατὰ τὴν ὥραν μονοχίτων y)· καὶ γὰρ κρύος z), καὶ Βορέας πολὺς, καὶ κρύσταλλοι, καὶ χιών· ἐγὼ δὲ ἥκιστα ἐπεφράγμην πρὸς αὐτά. ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς ἑορτῆς πάνυ πλησιαζούσης, ἑώρων τοὺς μὲν ἄλλους παρασκευαζομένους, ὅπως θύσωσι, καὶ εὐωχήσωνται, ἐμαυτῷ δὲ οὐ πάνυ ἑορτάσιμα ὄντα. καὶ δὴ προσελθὼν ὄπισθεν, καὶ τοῦ ὠτός μου λαβόμενος, καὶ διασείσας, ὥσπερ μοι προσεικάζειν a) εἴωθε, Τί ταῦτα, ἔφη, ὦ Κρονοσόλων, ἀνιωμένῳ b) ἔοικας; Οὐ γὰρ ἄξιον, ἔφην, ὦ δέ-

q) τὰ δ'] τάδ' omnes priores. r) καρτερὸς] „καρτερᾶς male *Fl.*" s) καὶ ταῦτα] vulgo cum sequentibus juncta recte cum antecedentibus junxit *Fritzsch.* Quaest. p. 85. t) προειρῆσθαι] „Sic dedi ex *Fl. Ven.* 2. *Ald. Bas.* 1. (et 3.) *Salm.* προειρεῖσθαι J. *Hag. Fr.*" u) συννοίας] συνοίαις 2954. probante *Belino.* At vid. *Fritzsch.* Quaest. p. 139. x) ἐστί] εἴη maluit *Solan.* non certe necessario. y) μονοχίτων] „Sic *Ven.* 2. *Monoxitiōn* cett." z) κρύος] „abest a *Fl.*" a) προσεικάζειν] „Sic omnes. Fors. προσπελάζειν. Marg. J. etiam πλησιάζειν adscripsit." Hoc praestare visum *Solano*, illud *Guyeto*, *Gesnero*, *Belino*, et, profiteor, etiam mihi. b) ἀνιωμένῳ] τεταραγμένῳ Gorl.

habebat acutissimam, reliqua hilaris erat et validus, et paratu regio. Talis igitur formam mihi visus est. Quae vero dixit, plane divina, eadem proferre apud vos justum est. Nempe videns me severo vultu et cogitabundum inambulare, cognovit statim, quod decebat Deum, tristitiae meae caussam, et graviter a me paupertatem ferri, qui praeter tempestatis rationem una tantum tunica uterer. Erat quippe frigus et Boreas multus, et glacies atque nix: ego vero minime ad ista munitus. Sed ideo etiam, quod appropinquante celebritate videbam alios comparare se, uti sacrificarent atque epularentur, mihi autem rem non valde festivam esse. Accedens igitur a tergo, et aure prehensum concutiens, ut apparere mihi solet, *Quid hoc*, inquit, *Cronosolon, videris afflictari? Non enim merito*, inquam,

σποτα, ὅταν καταράτους μὲν καὶ μιαροὺς ἀνθρώπους p. 394.
ὑπερπλουτοῦντας, καὶ μόνους τρυφῶντας ὁρῶ, αὐτὸς δὲ
καὶ ἄλλοι συχνοὶ τῶν πεπαιδευμένων, ἀπορίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ
σύνεσμεν; ἀλλ' οὐδὲ σὺ, ὦ δέσποτα, θέλεις παῦσαι ταῦτα,
καὶ μετακοσμῆσαι πρὸς τὸ ἰσόμοιρον. τὰ μὲν ἄλλα, ἔφη,
οὐ ῥᾴδιον ἀλλάττειν, ὁπόσα ἐκ Κλωθοῦς, καὶ τῶν ἄλλων p. 395.
Μοιρῶν πάσχετε· ἃ δέ ἐστι τῆς ἑορτῆς, ἐπανορθώσομαι
ὑμῖν τὴν πενίαν. ἡ δὲ ἐπανόρθωσις ἥδε ἔστω. Ἴθι, ὦ
Κρονοσόλων, καὶ γράψον μοι νόμους τινὰς, ἃ χρὴ πράτ-
τειν ἐν τῇ ἑορτῇ, ὡς μὴ καθ' αὑτοὺς οἱ πλούσιοι ἑορτά-
ζοιεν, κοινωνοῖεν δὲ ὑμῖν τῶν ἀγαθῶν. Ἀλλ' οὐκ οἶδα,
ἔφην. Ἐγὼ, ἦδ' ὅς, διδάξομαί σε· κἄτα ἀρξάμενος ἐδί- 12
δασκεν. εἶτα ἐπειδὴ πάντα ἠπιστάμην, Καὶ c) εἰπὲ αὐ-
τοῖς, ἔφη, ὅτι ἢν μὴ τοῦτο ποιῶσι, μάτην d) ἐγὼ τὴν ἅρ-
πην ταύτην ὀξεῖαν περιφέρω, ἢ γελοῖος ἂν εἴην, τὸν μὲν
πατέρα ἐκτομίαν πεποιηκὼς, τὸν Οὐρανὸν, τοὺς δὲ πλου-
σίους μὴ εὐνουχίζων, ὁπόσοι ἂν παρανομήσωσιν, ὡς ἀγεί-
ροιεν τῇ Μητρὶ σὺν αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις e), βάκχοι γενό-

c) καὶ] „non habet J. Habent *Fl. Hag. Par. Bas.* I. etc.“
d) μάτην] „Leg. οὐ μάτην.“ Vid. Adnott. e) τυμπάνοις] Sic e Codd. *Graev.* et Gorl. pro vulg. κυμβάλοις.

cum sacerrimos, et impuros homines abundare divitiis, et solos delicate vivere videam; ego vero, et alii eruditorum multi, in penuria et rerum omnium desperatione versemur? Sed neque tu, Domine, finem vis istis imponere, et reducere ea ad aequalitatem. Reliqua, inquit, *mutare non est facile, quae a Clothone et Parcis aliis vobis evenium: quod vero ad festos dies attinet, paupertati vestrae medebor. Medicina autem erit ista. Abi, Cronosolon,* inquit, *et leges mihi quasdam scribe, quae faciendа sint per solennitatem, ne pro se tantum festos dies agant divites, sed bona vobis sua impertiant. Sed non novi,* inquam ego. *Ego vero,* inquit, *te docebo;* deinde initio statim facto docuit. Deinde cum omnia jam scirem, *Etiam dic illis,* inquit, *Si hoc non fecerint, tum frustra ego falcem hanc acutam circumfero, aut ridiculus fuero, qui patrem Coelum exsecuerim, hosce divites autem, quotquot leges violaverint, non castrem, ut tan-*

p. 395. μενοι. ταῦτα ἠπείλησεν. ὥστε καλῶς ἔχει ὑμῖν μὴ παραβαίνειν τοὺς θεσμούς.

p. 396. *NOMOI ΠΡΩΤΟΙ.*

13 *Μηδένα μηδὲν μήτε ἀγοραῖον, μήτε ἴδιον πράττειν ἐντὸς τῆς ἑορτῆς, ἢ ὅσα ἐς παιδιὰν, καὶ τρυφὴν, καὶ θυμηδίαν. ὀψοποιοὶ μόνοι καὶ πεμματουργοὶ ἐνεργοὶ ἔστωσαν. ἰσοτιμία πᾶσιν ἔστω, καὶ δούλοις, καὶ ἐλευθέροις, καὶ πένησι, καὶ πλουσίοις. ὀργίζεσθαι ἢ ἀγανακτεῖν ἢ ἀπειλεῖν μηδενὶ ἐξέστω. λογισμοὺς παρὰ τῶν ἐπιμελουμένων Κρονίοις λαμβάνειν, μηδὲ τοῦτο ἐξέστω. μηδεὶς τὸν ἄργυρον ἢ τὴν ἐσθῆτα ἐξεταζέτω· μηδὲ ἀναγραφέτω ἐν τῇ ἑορτῇ[f]), μηδὲ γυμναζέσθω Κρονίοις, μηδὲ λόγους ἀσκεῖν, ἢ ἐπιδείκνυσθαι, πλὴν εἴ τινες ἀστεῖοι, καὶ φαιδροὶ, σκῶμμα καὶ παιδιὰν ἐμφαίνοντες.*

NOMOI ΔΕΥΤΕΡΟΙ.

14 *Πρὸ πολλοῦ τῆς ἑορτῆς οἱ πλούσιοι γραφόντων μὲν ἐς πινάκιον ἑκάστου τῶν φίλων τοὔνομα, ἐχόντων δὲ καὶ*

f) ἑορτῇ] „ἑορτῇ γενέσθαι Fl.“

quam *Galli stipem* Magnae *Matri colligant cum tibiis et tympanis!* Haec minatus est.

LEGUM CAPUT PRIMUM.

Ne quis neque forense quidquam, neque privatum negotium intra festos dies agito, nisi quae ad ludum, et delicias et voluptatem pertinent: coqui soli et dulciarii operosi sunto. Aequali iure omnes sunto et servi et liberi, et pauperes et divites: irasci, aut indignari, aut comminari nemini liceat. Rationes rerum curae alicuius creditarum exigere Saturnalibus, neque hoc liceat. Nemo argentum et vestem dinumerato, neque scribito per dies festos. Ne quis exerceto se Saturnalibus, aut orationem meditator vel habeat, nisi urbanam forte aut hilarem, quae ludum et jocum prae se ferat.

LEGUM CAPUT ALTERUM.

Diu ante solenne in tabella scribent nomen uniuscuiusque amicorum divites: habebunt vero etiam pecuniam in promtu,

ἀργύριον ἕτοιμον, ὅσον τῶν κατ' ἔτος προσιόντων τὸ δέ- p. 396.
κατον, καὶ ἐσθῆτα τῆς οὔσης τὴν περιττὴν, καὶ ὅση παχυτέρα ἢ κατ' αὐτοὺς κατασκευή· καὶ τῶν ἀργυρῶν g) οὐκ ὀλίγα. ταῦτα μὲν πρόχειρα ἔστω. τῇ δὲ πρὸ τῆς ἑορτῆς καθάρσιον μέν τι περιφερέσθω, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐξελαυνέσθω ἐκ τῆς οἰκίας μικρολογία, καὶ φιλαργυρία, καὶ p. 397.
φιλοκερδία, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἄλλα σύνοικα τοῖς πλείστοις αὐτῶν. ἐπειδὰν δὲ καθαρὰν τὴν οἰκίαν ἐξεργάσωνται, θυόντων Διὶ πλουτοδότῃ, καὶ Ἑρμῇ δώτορι, καὶ Ἀπόλλωνι μεγαλοδώρῳ. εἶτα περὶ δείλην ὀψίαν ἀναγιγνωσκέσθω μὲν σφίσι τὸ φιλικὸν ἐκεῖνο πινάκιον. Κατανείμαντες δὲ 15
αὐτοὶ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ πρὶν ἥλιον δῦναι h), πεμπόντων τοῖς φίλοις. οἱ δὲ ἀποκομίζοντες, μὴ πλείους τριῶν ἢ τεττάρων, οἱ πιστότατοι τῶν οἰκετῶν, ἤδη πρεσβῦται i). ἐγγραψάσθω δὲ ἐς γραμμάτιον ὅ, τι τὸ πεμπόμενον, καὶ ὅσον, ὡς μὴ ἀμφότεροι ὑποπτεύοιεν τοὺς διακομίζοντας. αὐτοὶ δὲ οἱ οἰκέται, μίαν κύλικα ἕκαστος πιόντες, ἀποτρεχόντων· ἀπαιτούντων δὲ μηδὲν πλέον. τοῖς πεπαιδευμένοις διπλάσια πάντα πεμπέσθω· ἄξιον γὰρ δημοιρίτας εἶ-

g) ἀργυρῶν] ἀργύρων priores Edd., vulgare peccatum. h) δῦναι] δύναι Bas. 1. et 3. i) πρεσβῦται] πρεσβύται priores.

decimam circiter annui reditus partem; et quod superest ipsis vestimentorum; et quidquid est in reliquo apparatu pinguius, quam pro fortunis illorum, sordidiusque; de argenteis quoque non pauca. Ista quidem in promptu sunto. Pridie vero sacri, circumlatis quibusdam purgaminibus, domo ejiciuntor sordes, et avaritia, et lucri cupiditas, et quae sunt reliqua plerisque illorum familiaria. Cum vero munditias fecerint, sacrificanto divitiarum datori Jovi, et largitori Mercurio, et munifico Apollini. Deinde sero vespere legatur ipsis amicorum illud breviarium. Distributione autem ex dignitate cuiusque instituta ante solem occasum, amicis mittant. Qui vero deferunt, ne plures sint tribus aut quatuor, et quidem fidissimi servorum jam senes. Inscribatur autem in tabellam, quid sit, quod mittatur, et quantum, ne ambo suspectos habeant eos, qui perferunt. Servi porro, quo quisque calice epoto recurrant: plus ne postulent. Eruditis dupla mittuntor omnia: aequum enim,

p. 397. ναι. τὰ ἐπὶ τοῖς δώροις λεγόμενα, ὡς μετριώτατα, καὶ ὀλίγιστα ἔστω. ἐπαχθὲς [k]) δὲ μηδεὶς μηδὲν [l]) συνεπιστελλέτω, μηδὲ ἐπαινείτω τὰ πεμπόμενα. πλούσιος πλουσίῳ μηδὲν πεμπέτω, μηδὲ ἑστιάτω Κρονίοις ὁ πλούσιος τὸν
p. 398. ἰσότιμον. τῶν εἰς τὸ πεμφθῆναι προχειρισθέντων, φυλασσέσθω μηδὲν, μηδὲ μετάνοια εἰσίτω ἐπὶ τῇ δωρεᾷ. εἴ τις πέρυσιν ἀποδημιῶν, δι' αὐτὸ ἄμοιρος κατέστη, ἀπολαμβανέτω κἀκεῖνα. διαλυόντων δὲ οἱ πλούσιοι καὶ χρέα ὑπὲρ τῶν φίλων τῶν πενήτων, καὶ τὸ ἐνοίκιον, οἵ τινες ἂν καὶ τοῦτο ὀφείλοντες, καταβαλεῖν μὴ ἔχωσι· καὶ ὅλως, πρὸ πολλοῦ μελέτω αὐτοῖς εἰδέναι, ὅτου μάλιστα δέονται.
16 Ἀπέστω δὲ καὶ τῶν λαμβανόντων μεμψιμοιρία, καὶ τὸ πεμφθὲν ὁποῖον ἂν ᾖ, μέγα δοκείτω. οἴνου ἀμφορεὺς, ἢ λαγὼς, ἢ ὄρνις παχεῖα, Κρονίων δῶρον μὴ δοκείτω· μηδὲ τὰς Κρονικὰς δωρεὰς εἰς γέλωτα φερέτωσαν. ἀντιπεμπέτω δὲ ὁ πένης τῷ πλουσίῳ, ὁ μὲν πεπαιδευμένος, βιβλίον τῶν παλαιῶν, εἴ τι εὔφημον, καὶ συμποτικὸν, ἢ [m]) αὐτοῦ

k) ἐπαχθὲς] „bene *Fl. Bas.* 1. et 2. (et 3.) *Par.* Ἀπαχθὲς male *Ald.* J. *Hag. Ven.* 2. *Fr. Salm.*“ l) μηδὲν] „μηδὲ male *Fl.*“ m) ἢ] „ᾗ, ἤ] Deest posterius ἢ in *Fl.* Adest recte in cett. In αὐτοῦ autem conspirant omnes.“ Suum *ipsius* scriptum est αὐτοῦ, non αὑτοῦ. Nec debebant *Reitz.* et recentt. *Solani* judicium sequi, in quo et alibi saepissime errarunt. Praeterea alterum ἢ quum desit in *Fl.*, prius ᾗ, quod etiam cum εἰ incommode junctum patet, haud cunctanter de-

illos esse duplicarios. Quae simul cum donis nuntiantur, quam modoratissima sunto et paucissima: odiosum autem nemo quidquam eadem mittito, nec quae mittuntur laudato. Diviti dives ne quid mittito, nec convivio sui ordinis hominem dives excipito. Quae ad mittendum depromta fuerint, eorum nihil servator; neque poenitentia muneris subeat. Si quis superiore anno absens ea re expers liberalitatis fuerit, etiam ista accipito. Aes etiam alienum divites pro amicis pauperibus solvunto, atque habitationis mercedem, si qui eorum hanc etiam debitam solvere non possint. Atque in universum diu ante hoc ipsis curae sit, uti sciant, qua re maxime indigeant. Abesto autem ab accipientibus etiam ingrata querela, et quidquid fuerit, quod missum erit, magnum videatur. Vini amphora, aut lepus, aut gallina pinguis, Saturnalicium munus ne habetor.

σύγγραμμα, ὁποῖον ἂν δύνηται, καὶ τοῦτο λαμβανέτω ὁ πλούσιος πάνυ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ λαβὼν ἀναγιγνωσκέτω εὐθύς· ἢν δὲ ἀπόθηται, ἢ ἀποῤῥίψῃ, ἔστω τῇ τῆς ἅρπης ἀπειλῇ ἔνοχος ὢν, κἂν πέμψῃ ὅσα ἐχρῆν. οἱ δὲ ἄλλοι, οἱ μὲν στεφάνους, οἱ δὲ λιβανωτοῦ χόνδρους πεμπόντων. ἢν δὲ πένης ἐσθῆτα, ἢ ἄργυρον, ἢ χρυσὸν παρὰ τὴν δύναμιν πέμψῃ πλουσίῳ, τὸ μὲν πεμφθὲν ἔστω δημόσιον, καὶ καταπραθὲν ἐμβαλέσθω εἰς τὸν θησαυρὸν τοῦ Κρόνου· ὁ δὲ πένης ἐς τὴν ὑστεραίαν πληγὰς παρὰ τοῦ πλουσίου λαμβανέτω τῷ νάρθηκι εἰς τὰς χεῖρας, οὐκ ἐλάττους διακοσίων καὶ πεντήκοντα. p. 398. p. 399.

NOMOI ΣΥΜΠΟΤΙΚΟΙ.

Λούεσθαι μὲν, ὁπόταν τὸ στοιχεῖον ἑξάπουν ᾖ. τὰ δὲ πρὸ τοῦ λουτροῦ, κάρυα, καὶ πεσσοὶ ἑστωσαν. κατακείσθω ὅπου ἂν τύχοι ἕκαστος· ἀξίωμα, ἢ γένος, ἢ πλοῦτος ὀλίγον συντελείτω ἐς προνομήν[n]). οἴνου τοῦ αὐτοῦ πίνειν ἅπαντας. μηδ' ἔστω πρόφασις τῷ πλουσίῳ, ἢ στο- 17

levi. Similem corruptelam habes Soma. c. 12. in. Consentit *Fritzsch.* Quaest. p. 207. n) προνομήν] „προνομίαν *Pell.*“ Assentiuntur *Reitz.* et *Bel.*

Neque munera Saturnalicia in risum vertunto. Diviti vicissim mittat pauper eruditus librum antiquum, si quis sit boni ominis, aut convivio aptus; aut suum ipsius scriptum, qualecunque potuerit: idque accipiat dives hilari omnino vultu, et acceptum statim legat; quod si reposuerit aut abjecerit, sciat falcis se minis obnoxium, etiamsi quantum oportebat, miserit. Alii vero corollas, aut turis micas mittunto. Si vero pauper vestem, aut argentum, aut aurum ultra facultates miserit diviti; quod missum erit, publicum esto, venditumque thesauro Saturni infertor: pauper vero postridie ejus diei plagas a divite accipito ferula in manus impacta, non pauciores quam quinquaginta supra ducentas.

LEGES CONVIVALES.

Lavandi tempus, cum sex pedum umbra fuerit. Ante balneum nuces sunto et tali. Quo quisque forte delatus fuerit, ibi accumbito. Dignitas vel genus vel divitiae parum ad jus prius capiendi cibi conferunto. De vino eodem omnes bibunto: nec obtentui esto diviti vel ventriculi vel capi-

p. 399. μάχου ἢ κεφαλῆς ὀδύνη, ὡς μόνον δι' αὐτὴν πίνειν τοῦ κρείττονος. μοῖρα κρεῶν κατ'[o] ἴσον ἅπασιν· οἱ διάκονοι πρὸς χάριν μηδενὶ μηδέν. ἀλλὰ μηδὲ βράδυνέτωσαν, μηδὲ
p. 400. παραπεμπέτωσαν[p], ἔστ' ἂν αὐτοῖς δοκῇ, ὁπόσα χρὴ ἀποφέρειν. μηδὲ τῷ μὲν μεγάλα, τῷ δὲ κομιδῇ μικρὰ παρατιθέσθω· μηδὲ τῷ μὲν ὁ μηρὸς, τῷ δὲ ἡ γνάθος συὸς,
18 ἀλλ' ἰσότης ἐπὶ πᾶσιν. Οἰνοχόος ὀξὺ δεδορκέτω ἐκ περιωπῆς ἐς ἕκαστον, καὶ ἔλαττον ἐς τὸν δεσπότην, καὶ ἔτι[q] ὀξύτερον ἀκουέτω. καὶ κύλικες παντοῖαι, καὶ ἐξέστω παρέχειν, ἢν τις ἐθέλῃ, φιλοτησίαν. πάντες[r] πᾶσι προπινέτωσαν, ἢν ἐθέλωσι, προπιόντος[s] τοῦ πλουσίου. μηδὲ ἐπάναγκες ἔστω πίνειν, ἢν τις μὴ δύνηται. εἰς τὸ συμπόσιον[t] μήτε ὀρχηστὴν, μήτε κιθαριστὴν αὐτοὺς ἄγειν ἄρτι μανθάνοντα. ἐξέστω[u], ἢν τις ἐθέλῃ, σκώμματος, (καὶ)[x] μέτρον ἔστω τὸ ἄλυπον. ἐπὶ πᾶσι πεττευέτωσαν[y] ἐπὶ

o) κατ'] Sic *Schäfer.* ad *L. Bos* Ellipss. p. 295. pro vulg. *καί.* p) παραπεμπέτωσαν] „παραπεμπέσθωσαν *Fl.*" Sic etiam Gorl. *Παραπετέσθωσαν* conj. *Jacobs.* Vid. Adnot. q) ἔτι] Sic e conj. *Guyeti* et *Courierii* ad Asin. p. 225. pro vulg. ἐπ'. Et mox idem *Guyetus* felici conjectura assecutus est lectionem Gorl. Cod. ἀκουέτω. pro vulgari ἐπακουέτω. r) πάντες] πένητες *Solan.* e conj. *Gronovii.* s) προπιόντος] Sic 2954. ad *Cognati* conjecturam et *Erasmi* interpretationem accommodate pro vulg. προπιόντες. t) συμπόσιον] „*Fl.* punctum ponit post συμπ." u) ἐξέστω etc.] „Varie haec et sqq. interpunguntur. Vid. nott." Sequentia sic suppleri vult *Guyet.* σκώπτειν ἐξέστω, ἢν τις ἐθέλῃ, καὶ σκώμματος μέτρον ἔστω τὸ ἄλυπον. x) καὶ] „omittit *Fl.*" nec non Gorl. y) πεττευέτωσαν] „πεττευέσθωσαν *Fl.*"

tis dolor, ut solus ea caussa de meliori bibat. Carnium distributio aequaliter fiat per omnes: ministri ad gratiam nihil cuiquam faciunto: sed neque cunctantor, neque, quoad ipsis videtur, praetermittant *ac differant*, quae ferenda sunt. Neque huic magna, alii vero oppido parva apponuntor, neque uni femur, alteri vero maxilla suis; sed aequalitas esto in omnibus. Pincerna acutum cernito *velut* de specula in unumquemque, et minus in dominum: et acutius etiam audito. Sunto varii generis calices. Jus esto propinare, si quis velit, amicitiae poculum. Omnes omnibus propinanto, si velint, postquam propinaverit dives. Neque necesse sit bibere, si quis non possit. Saltatorem aut citharistam tironem in convivium ne adducito. Dicti jo-

καρύων[z])· ἢν τις ἐπ' ἀργυρίῳ πεττεύσῃ, ἄσιτος ἐς τὴν p. 400.
ὑστεραίαν ἔστω. καὶ μενέτω καὶ ἀπίτω ἕκαστος, ὁπόταν
βούληται. ἐπὰν δὲ τοὺς οἰκέτας ὁ πλούσιος εὐωχῇ, διακο-
νούντων καὶ οἱ φίλοι σὺν αὐτῷ. τοὺς νόμους τούτους
ἕκαστον τῶν πλουσίων ἐγγράψαντα ἐς χαλκῆν στήλην, ἔχειν
ἐν μεσαιτάτῳ τῆς αὐλῆς, καὶ ἀναγιγνώσκειν. καὶ εἰδέναι
δεῖ, ὅτι ἔστ' ἂν αὕτη ἡ στήλη μένῃ, οὔτε λιμὸς[a]), οὔτε
λοιμὸς, οὔτε πυρκαϊὰ, οὔτε ἄλλο χαλεπὸν οὐδὲν εἴσεισιν εἰς p. 401.
τὴν οἰκίαν αὐτοῖς. ἢν δέ ποτε (ὅπερ μὴ γένοιτο) καθαι-
ρεθῇ, ἀποτρόπαιον οἷα πείσονται.

z) καρύων] „An καρύοις; ut mox ἐπ' ἀργυρίῳ. Vid. Addenda." In Addendis, quae dicuntur, et Corrigendis nihil invenitur, quod huc pertineat. Verum ἐπὶ καρύων πεττεύειν vide supra cap. 9. Dixit noster etiam ὑπέρ τινος et περί τινος πεττεύειν, ut cap. 8. Quamobrem viderint *Reitzii*, an vice versa ἐπ' ἀργυρίῳ in ἐπ' ἀργυρίου, vel alium in modum, mutandum ducant. a) οὔτε λιμὸς] „Omissa haec duo in *Fl.*"

cosi, si quis velit, jus esto: modus, quod nemini doleat. Super omnia alea de nucibus ludunto: si quis pecuniam luserit, postridie esurito. Maneat unusquisque et abeat, quando lubitum ei fuerit. Si vero servos convivio excipiet dominus, etiam amici cum illo ministranto. Hasce leges unusquisque dives inscriptas in pila aerea in media aula habeto, atque legito. Sciendum est, quamdiu ea pila manserit, neque famem, neque pestilentiam, neque incendium, neque aliud quidquam mali in eam domum illis ingressurum. Sed si quando (quod quidem absit) destruatur, quid illis eventurum sit, abominamur.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ.

ΕΓΩ ΚΡΟΝΩι ΧΑΙΡΕΙΝ.

19 Ἐγεγράφειν μὲν ἤδη σοι καὶ πρότερον, δηλῶν ἐν οἷς εἴην, καὶ ὡς ὑπὸ πενίας κινδυνεύοιμι μόνος ἄμοιρος εἶναι τῆς ἑορτῆς, ἣν ἐπήγγελκας, ἔτι καὶ τοῦτο προσθεὶς (μέμνημαι γὰρ) ἀλογώτατον εἶναι, τοὺς μὲν ἡμῶν a) ὑπερπλουτεῖν, καὶ τρυφᾶν, οὐ κοινωνοῦντας ὧν ἔχουσι τοῖς πενεστέροις, τοὺς δὲ λιμῷ διαφθείρεσθαι· καὶ ταῦτα, Κρονίων ἐνεστώτων. ἐπεὶ δέ μοι τότε οὐδὲν ἀντεπέστειλας, ἡγησάμην δεῖν αὖθις ἀναμνῆσαί σε τῶν αὐτῶν. ἐχρῆν γάρ σε, ὦ ἄριστε Κρόνε, τὸ ἄνισον τοῦτο ἀφελόντα, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐς τὸ μέσον ἅπασι καταθέντα, ἔπειτα κελεύειν ἑορτάζειν. ὡς δὲ b) νῦν
p. 402. ἔχομεν, μύρμηξ ἢ c) κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησί. μᾶλλον δὲ τραγικὸν ὑποκριτὴν ἐννόησον, θατέρῳ μὲν τοῖν πο-

a) ἡμῶν] ὑμῶν *Bas.* 1. et *Hag.* b) ὡς δὲ] „Sic *Fl. Ald. J. Hag. Bas.* 1. (et 3.) *Par.* Ὡς καὶ *Salm.*“ Ὡς γὰρ conj. *Guyet.*, quo nil opus. c) ἢ] „Ita, ut *Jensius* voluit, est in *Fl. L.* et *Coll.* at reliquae ἡ habebant.“ Καὶ malnit *Belinus*, non capta, ut jam vulgatur, sententia, licet satis plana.

EPISTOLAE SATURNALES.

EGO SATURNO SALUTEM.

Equidem jam prius tibi literis demonstravi, quo loco essem, et ut prae paupertate in periculo versarer, ne solus sim expers ejus, quam denuntiasti, solennitatis: adjeceram etiam, probe commemini, vehementer esse rationi adversum, alios nostrum opibus deliciisque affluere, neque quidquam de his, quae habent, impertiri tenuioribus; alios autem enecari fame: idque instantibus Saturnalibus. Quando quidem vero nihil mihi tum rescripsisti; faciendum putavi, ut iterum de iisdem rebus te admonerem. Decebat enim te, Saturne optime, sublata *prius* illa inaequalitate, bonis in medio omnium positis, deinde imperare dies festos. Ut vero nunc habemus, formica *aliquis est*, aut camelus, ut est in proverbio. Quin tu tragicum mihi

δοῖν ἐφ' ὑψηλοῦ βεβηκότα, οἷόν[d]) εἰσιν οἱ τραγικοὶ ἐμβάται· ὁ δ' ἕτερος ἀνυπόδετος ἔστω. εἰ τοίνυν βαδίζοι οὕτως ἔχων, ὁρᾷς ὅτι ἀναγκαῖον αὐτῷ, ἄρτι μὲν ὑψηλῷ, ἄρτι δὲ ταπεινῷ γενέσθαι, καθ' ὁπότερον ἂν πόδα προβαίνῃ; τοιοῦτον καὶν τῷ βίῳ ἡμῶν[e]) τὸ ἄνισον. καὶ οἱ μὲν ὑποδησάμενοι ἐμβάτας[f]), τῆς τύχης χορηγούσης, ἐντραγῳδοῦσιν ἡμῖν· οἱ πολλοὶ δὲ πεζῇ καὶ χαμαὶ βαδίζομεν, δυνάμενοι ἄν, εὖ ἴσθι, μὴ χεῖρον αὐτῶν ὑποκρίνεσθαι, καὶ διαβαίνειν, εἴ τις καὶ ἡμᾶς ἐνεσκεύασε παραπλησίως ἐκείνοις. Καίτοι ἀκούω τῶν ποιητῶν λεγόντων, ὡς τὸ παλαιὸν[g]) οὐ τοιαῦτα ἦν τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα, σοῦ ἔτι μοναρχοῦντος. ἀλλ' ἡ μὲν γῆ ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἔφυεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ, δεῖπνον ἕτοιμον ἑκάστῳ ἐς κόρον· ποταμοὶ δὲ, οἱ μὲν οἶνον, οἱ δὲ γάλα, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μέλι ἔῤῥεον. τὸ δὲ μέγιστον, αὐτοὺς ἐκείνους φασὶ τοὺς ἀνθρώπους χρυσοῦς εἶναι, πενίαν δὲ μηδὲ τοπαράπαν[h]) αὐτοῖς πλησιάζειν. ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ μὲν οὐδὲ μόλιβδος ἂν εἰκότως δοκοίημεν, p. 402. p. 403.

d) οἷον] „Sic *Fl. Ald.* (1.) *Fr. Bas.* 1. et 2. (et 3.) *Hag. Par. Salm.* Οἷοί εἰσιν J. et V. 2." nec non *Ald.* 2. e) ἡμῶν] ὑμῶν *Bas.* 1. f) ἐμβάτας] „Edd. comma ante h. v. habent, quod sustulit *Solanus.* Sed innumera et ego sustuli, quod ubique monere, supervacuum." g) τὸ παλαιὸν] τοπαλαιὸν una voce *Bas.* 1. 3. et *Hag.* h) τοπαράπαν] Sic *Ald.* et 2. cum *Hag.* Cett. τὸ παράπαν.

actorem cogita, altero quidem pede alte calceatum, quales sunt cothurni tragici; alter vero *ejus* pes discalceatus sit. Si jam eo habitu ingrediatur, vides necesse illi esse, ut modo excelsus sit, modo humilis, prout hoc vel illo pede procedat. Tanta etiam est in vita nostra inaequalitas. Alii induti cothurnis a fortuna suppeditatis, tragico nos fastu conculcant. Nos autem vulgus pedibus et humi ingredimur, qui possemus, bene noris, non deterius illis agere, et gradum grandire, si quis nos etiam similiter atque illos instruat. Quamquam audio, poëtas dicere, olim non sic fuisse res hominum, te adhuc rerum potiente; sed tellurem sine semine atque aratro genuisse ipsis bona, paratas unicuique ad satietatem usque epulas. Fluvios autem vino partim, partim lacte fluxisse: fuisse etiam, qui melle. Quod vero maximum, illos ipsos homines ajunt fuisse aureos, paupertatem vero nec omnino ad illos accessisse. At nos contra ea

p. 403. ἀλλ' εἴτι καὶ τούτου i) ἀτιμότερον· ἡ τροφὴ δὲ μετὰ πόνων τοῖς πλείστοις, ἡ πενία δὲ, καὶ ἀπορία, καὶ ἀμηχανία, καὶ τὸ, οἴμοι, καὶ τὸ, πόθεν ἄν μοι γένοιτο, καὶ, ὦ τῆς τύχης, πολλὰ τοιαῦτα παρὰ γοῦν k) ἡμῖν τοῖς πένησι· καὶ ἧττον ἄν, εἰ ἴσθι, ἠνιώμεθα ἄν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τοὺς πλουσίους ἑωρῶμεν τοσαύτῃ εὐδαιμονίᾳ συνόντας, οἳ τοσοῦτον μὲν χρυσὸν, τοσοῦτον δὲ ἄργυρον ἐγκλείσαντες, ἐσθῆτας δὲ ὅσας l) ἔχοντες, ἀνδράποδα δὲ, καὶ ζεύγη, καὶ συνοικίας, καὶ ἀγρούς· πάμπολλα δὲ ταῦτα ἕκαστα κεκτημένοι, οὐχ ὅπως οὐ m) μετέδοσαν ἡμῖν ποτε αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ προσβλέπειν
21 τοὺς πολλοὺς ἀξιοῦσι. Ταῦτα ἡμᾶς μάλιστα ἀποπνίγει, ὦ Κρόνε· καὶ ἀφόρητον ἡγούμεθα τὸ πρᾶγμα, τὸν μὲν ἐφ' ἁλουργίδων n) κατακείμενον, τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφᾶν
p. 404. ἐρυγγάνοντα, καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων εὐδαιμονιζόμενον, ἀεὶ ἑορτάζοντα. ἐμὲ δὲ, καὶ τοὺς ὁμοίους, ὀνειροπολεῖν, εἴ ποθεν ὀβολοὶ τέσσαρες γένοιντο, ὡς ἔχοιμεν ἄρτων γοῦν ἢ

i) τούτου] „τούτων *Par.* At prius recte *Fl.* J. ac cett." k) γοῦν] „Nihil variętatis inveniri addidit *Solanus.*" *Ald* in 2954. legi notat *Bel.* Vid. Adnot. l) ὅσας] τόσας conj. *Guyet.* m) οὐ] „Omittit negationem *Fl.*" Et Cod. Gorl. Unde ut suspectum notavit *Schm.*, magna quidem injuria. Certissimum locum vide Hermot. c. 48, praeterea adnott. nostras ad Pro Imagg. c. 20. Tom. VI. p. 445. sq. et ad Toxar. c. 26. Varr. Lectt., maxime vero ad posteriorem locum doctam *Jacobi* nostri supellectilem, pag. 93. sq. n) ἁλουργίδων] ἁλουργίδι 2954.

ipsi quidem vix plumbum videamur merito, aut si quid illo vilius: victus autem cum labore plerisque contingit: caeterum paupertas, et consilii inopia, et desperatio, et illud *hei mihi!* et, *unde nanciscar?* et, *heu fortunam!* talia apud nos quidem pauperes plurima. Ac minus ea indigne, bene noris, ferremus, nisi divites in tanta esse felicitate videremus: qui tantum cum aurum atque argentum incluserint, vestes autem quot? habeant, mancipiaque et currus, et vicos totos, et agros, et magnam quidem vim singulorum possideant; tantum abest, ut eorum quidquam nobis impertiant, ut neque adspicere de plebe homines dignentur. Ista nos praesertim, Saturne, angunt, et intolerabile arbitramur, istum quidem jacentem in purpura tot in bonis delicias agere ructantem, et beatum praedicari a familiaribus, perpetuosque dies festos agere: me vero ac mei similes

ἁλφίτων ἐμπεπλησμένοι καθεύδειν, κάρδαμον, ἢ θύμον, p. 404.
ἢ κρόμμυον ἐπιτρώγοντες. ἢ τοίνυν ταῦτα, ὦ Κρόνε, ἀλλάττειν, καὶ μεταποιεῖν ἐς τὸ ἰσοδίαιτον, ἢ τὸ ὕστατον, αὐτούς γε ἐκείνους κελεύειν τοὺς πλουσίους, μὴ μόνους ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ ἀπὸ μεδίμνων τοσούτων, χρυσίου χοινικά γε ἡμῶν πάντων o) κατασκεδάσαι. ἀπὸ δὲ ἱματίων, ὅσα κἂν ὑπὸ σητῶν διαβρωθέντα οὐκ ἂν αὐτοὺς ἀνιάσειε· ταῦτα γοῦν πάντως ἀπολλύμενα, καὶ ὑπὸ τοῦ χρόνου διαφθαρησόμενα, ἡμῖν δοῦναι περιβαλέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς κοιτίσι, καὶ κίσταις, εὐρῶτι πολλῷ κατασαπῆναι. Καὶ μὴν καὶ δειπνίζειν ἕκαστον, ἄρτι μὲν τέσσαρας, ἄρτι 22
δὲ πέντε τῶν πενήτων παραλαμβάνοντας· μὴ μέντοι ἐς τὸν νῦν τρόπον τῶν δείπνων, ἀλλ' ἐς τὸ δημοτικώτερον, ὡς ἐπίσης μετέχειν ἅπαντας, καὶ μὴ τὸν μὲν ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄψων, καὶ τὸν οἰκέτην περιμένειν ἑστῶτα, ἕως' ἂν ἀπαγορεύσῃ ἐσθίων· ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἐλθόντα, ἔτι παρασκευαζομένων ὡς ἐπιβάλοιμεν p) τὴν χεῖρα, παραμείβεσθαι, δείξαντα p. 405.
μόνον τὴν λοπάδα, ἢ ὅσον ἐστὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ λοιπόν·

o) ἡμῶν πάντων] „Sic omnes.“ p) ἐπιβάλοιμεν] „Ἐπιβάλλοιμεν Schol. At vulgatum tenet Fl. Fr. J. Par. et Coll. cum cett.“

hoc ipsum per quietem etiam et in somnis curare, unde quatuor confiant oboli, ut pane certe aut pulte oppleti, adhibito nasturtii aut porri aut cepae obsonio, ire cubitum queamus. Aut igitur haec inmuta, Saturne, et reduc ad aequalitatem, aut, quod extremum est, ipsis illis divitibus impera, ne soli fruantur bonis illis, sed de tot mediis auri choenicem certe in nos omnes spargant: de vestibus autem tantum, quantum e tineis si corrodatur, aegre non ferant; haec ergo omnino peritura, et corrumpenda a tempore, nobis uti dent induenda potius, quam in arcis ac cistis multo situ computrescant. Verum etiam coena excipere illos *jube* assumtos modo quatuor, modo quinque pauperum, non tamen praesenti modo coenarum, sed populari magis ratione, ut ex aequo participes sint universi; nec alter quidem obsoniis se ingurgitet, manente servo atque adstante, donec ille edere non amplius possit; ad nos vero cum venerit *idem servus*, adhuc parantibus nobis manum injicere, praetereat, ostensa modo patina, aut quantum

p. 405. μηδὲ ἐσκομισθέντος ὗς q), διανέμοντα τῷ μὲν δεσπότῃ παρατιθέναι τὸ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὀστᾶ φέρειν r) ἐγκεκαλυμμένα. προειπεῖν δὲ καὶ τοῖς οἰνοχόοις, μὴ περιμένειν, ἕως ἂν ἑπτάκις αἰτήσῃ πιεῖν ἡμῶν s) ἕκαστος, ἀλλὰ, ἣν ἅπαξ κελεύσῃ, αὐτίκα ἐγχέαι, καὶ ἀναδοῦναι μεγάλην κύλικα ἐμπλησαμένους, ὥσπερ τῷ δεσπότῃ. καὶ τὸν οἶνον δὲ αὐτὸν πᾶσι τοῖς συμπόταις ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι· ἢ ποῦ γὰρ γεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον, τὸν μὲν ἀνθοσμίου μεθύσκεσθαι, ἐμοὶ δὲ ὑπὸ t) τοῦ
23 γλεύκους διαῤῥήγνυσθαι τὴν γαστέρα; Ἦν ταῦτα ἐπανορθώσῃς, καὶ μετακοσμήσῃς, ὦ Κρόνε, βίον μὲν τὸν βίον, ἑορτὴν δὲ τὴν ἑορτὴν ἔσῃ πεποιηκώς· εἰ δὲ μή, ἐκεῖνοι μὲν ἑορταζόντων· ἡμεῖς δὲ καθεδούμεθα, εὐχόμενοι, ἐπειδὰν λουσάμενοι ἥκωσι, τὸν παῖδα μὲν αὐτοῖς ἀνατρέψαντα τὸν ἀμφορέα κατάξαι· τὸν μάγειρον δὲ τὸν ζωμὸν κνισ-

q) ὗ ὸ ς] scripsimus cum *Schm.* e Codd. Gorl. et 2954. pro vulg. συός. r) φ έ ρ ε ι ν] ψορίνῃ conj. *Jacobs.* e comparatione locorum Diall. Deor. I, 1. Prom. s. Cauc. c. 7. et De Merc. Cond. c. 27., de Promethei fraude notissima agentium. At male agitur cum hodierno eoque religioso *Luciani* editore, quod elegantiam tum judicii, tum doctrinae *Jacobsianae* non adeo ei exosculari licet, ut unamquamque ejus conjecturarum statim pro genuina ipsius *Luciani* voce accipere possit. s) ἡ μ ῶ ν] „Recte sic *Fl. Par.* et L. Ὑμῶν male J. *Hag. Ald. Ven.* 1. *Fr. Bas.* 1. (cum 3.) *Salm.*" t) ὑ π ὸ] „recte Edd. *Ἀπὸ Schol.*"

est placentae reliquum; neque ut illato porco carptor hero quidem apponat dimidium ipsum cum capite, reliquis vero involuta ossa offerat. Praecipere porro *illos jube* pocillatoribus, ne exspectent, dum septies bibere unusquisque nostrum postulaverit; sed, cum semel jusserit, infundere statim, et tradere, non minus, quam hero, magnum plenumque calicem. Vinum vero ipsum convivis omnibus unum idemque esse *impera*; ubi enim scriptam esse illam legem, ut alter vino odorato inebrietur, mihi autem a musto rumpatur venter? Haec si correxeris, Saturne, tum demum ut vita vita sit, et festi dies sint festi, effeceris. Sin minus, festos illi dies obeant: nos vero sedebimus vota facientes, ut, cum e balneo redeant, puer eversam illis fregerit amphoram; coquus autem nidore ius corruperit, et aliud agens pisculentam muriam infuderit len-

σῶσαι, καὶ ἐπιλαθόμενον, τὸ τάριχος μὲν ἐς τὴν φακῆν u) p. 405.
ἐμβαλεῖν τῶν ἰχθύων· τὴν κύνα δὲ παρεισπεσοῦσαν x) τόν
τε ἀλλάντα y) ὅλον καταφαγεῖν, περὶ τἄλλα z) τῶν ὀψο-
ποιῶν ἐχόντων, καὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ ἥμισυ. τὸν ὖν δὲ, p. 406.
καὶ τὸν ἔλαφον, καὶ τὰ δελφάκια μεταξὺ ὀπτώμενα τὸ
ὅμοιον ποιεῖν, ὅπερ Ὅμηρος περὶ τῶν Ἡλίου βοῶν φησι·
μᾶλλον δὲ μὴ ἕρπειν μόνον, ἀλλ' ἀναπηδήσαντα φεύγειν
εἰς τὸ ὄρος αὐτοῖς ὀβελοῖς· καὶ τὰς ὄρνις δὲ τὰς παχείας,
καίτοι ἀπτέρους ἤδη οὔσας καὶ ἐσκευασμένας, ἀναπταμέ-
νας a) οἴχεσθαι καὶ ταύτας b), ὡς μὴ μόνοι ἀπολαύοιεν
αὐτῶν. Ὁ δὲ c) δὴ μάλιστα ἂν αὐτοὺς ἀνιάσειε, τὸ μὲν 24
χρυσίον μύρμηκάς τινας, οἵους τοὺς Ἰνδικοὺς, ἀνορύττον-
τας ἐκ τῶν θησαυρῶν, ἐκφέρειν νύκτωρ ἐς τὸ δημόσιον.
τὴν ἐσθῆτα δὲ δέοι d) ὀλιγωρίᾳ τῶν ἐπιμελητῶν κοσκινηδὸν

u) φακῆν] φακὴν in prioribus. Legitimam formam jam invenimus infra c. 35. vulgo exhibitam. Vid. ad *Schol.* Icarom. c. 18. Tom. VII. p. 331. Valde discrepat lectio Cod. 2954. κεφαλὴν pro φακήν. Ceterum τῶν ἰχθύων ut glossema ejici voluit *Guyet.* x) παρεισπεσοῦσαν] „Sic et *Fl.* cum *J. Par.* etc." y) ἀλλάντα] „Lege ἄλλαντα. *Schol.* ἄλλαντα." Vere circumflexum posuit Gall. c. 14. ex arbitrio suo *Reitzius*, illic non minus, quam h. l., adversantibus libris vett. editis. z) τἄλλα] τ' ἄλλα *Reitz.* et recentt. temere et contra Edd. vett., quae τάλλα habent. a) ἀναπταμένας] „ἀνεπταμένας *Fl.*" b) ταύτας] „bene *Par. Hag. Fl. J.* etc. Ταῦται male *Salm.*" c) Ὁ δὲ] τόδε 2954. τότε δὴ μάλιστα ἂν αὐτοὺς ἀνιάσῃ Gorl., unde certe ἄν, quod vulgo deest, inserui. Ὁ δὴ sine δὲ *Reitz.* typothetae culpa: nam δὲ in omnibus Edd. vett. legitur, ut omitti a *Bipp.* et *Schm.*, salva fide, nullo modo posset. d) δὲ δέοι] Sic e *Fritzschii* sententia pro vulg. δέ οἱ. Vid. Adnott.

ticulae; ut irrepens canis totum farcimen, occupatis alia in re coquis, dimidiamque placentam devoraverit. Aper vero atque cervus, et porcelli, dum assantur, simile uti faciant ei, quod de Solis bubus narrat Homerus: quin non repant modo, sed exilientes in montem ipsis cum verubus aufugiant: gallinae autem saginatae, licet vulsis jam pennis apparatae, evolantes ipsae quoque discedant, ne soli illis fruantur. Quod vero inprimis molestum iis fuerit, ut formicae, quales sunt illae Indicae, effossos thesauros noctu in publicum efferant: atque ut vestis eis ob negligentiam curatorum cribri instar perforata sit ab optimis muribus, ne quid a reti thunnis capiendis differant: atque ut

p. 406. διατετρυπῆσθαι ὑπὸ τῶν βελτίστων μυῶν, ὡς σαγήνης θυννευτικῆς μηδὲν διαφέρειν. παῖδας δὲ αὐτῶν τοὺς ὡραίους, καὶ κομήτας, οὓς Ὑακίνθους, ἢ Ἀχιλλέας, ἢ Ναρκίσσους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὀρέγοντας σφίσι τὸ ἔκπωμα, φαλακροὺς γίγνεσθαι, ὑποῤῥεούσης [e]) τῆς κόμης, καὶ πώγωνα φύειν ὀξὺν, οἷοί [f]) εἰσιν ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ σφηνοπώγωνες, καὶ παρὰ τοῖς κροτάφοις πάνυ λάσιον, καὶ κάρτα ἐκ-
p. 407. κεντοῦν [g]), τὸ μεταξὺ δὲ λεῖον καὶ γυμνὸν εἶναι. ταῦτα καὶ πλείω τούτων εὐξαίμεθ' ἄν, ἢν μὴ θέλωσι τὸ ἄγαν φίλαυτον τοῦτο ἀφέντες ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν, καὶ μεταδιδόναι ἡμῖν τῶν μετρίων.

e) ὑποῤῥεούσης] „ex emend. *Solani.* Ἐπιῤῥεούσης Edd. hac priores." f) οἷοι] „Sic jam omnes, quum ante c. 19. οἷόν εἰσιν haberent." g) ἐκκεντοῦν] „ἐκκεντοῦντα *Fl.*" Non immerito haec *Schmiederum* offenderunt, qui legi mallet καὶ τὸ παρὰ τοῖς κρ. — ἐκκεντοῦν. Ego etiam pleniorem mallem orationem: καὶ τὸ παρὰ μὲν τοῖς κρ. — ἐκκεντοῦν· τὸ μεταξὺ δὲ λεῖον etc.

pueri illorum pulchri et comati, quos Hyacinthos, vel Achilles, vel Narcissos appellant, dum poculum illis porrigunt, coma defluente calvescant, et barba crescat iis acuta, quales sunt in comoediis illi cuneobarbi, atque in ipsis temporibus plane hirsuta, vehementerque pungens, interjectis partibus laevibus atque nudis. Haec, et his plura vota faciemus, si noluerint, relicto illo nimio sui ipsorum amore, in commune esse divites, et mediocria nobis impertiri.

ΚΡΟΝΟΣ ΕΜΟΙ ΤΩι ΤΙΜΙΩΤΑΤΩι ΧΑΙΡΕΙΝ.

25 Τί ταῦτα λῆρεῖς, ὦ οὗτος, ἐμοὶ περὶ τῶν παρόντων ἐπιστέλλων, καὶ ἀναδασμὸν τῶν ἀγαθῶν ποιεῖν κελεύων; τὸ δὲ ἑτέρου ἂν εἴη, τοῦ νῦν ἄρχοντος. Θαυμάζω γάρ σε, εἰ μόνος τῶν ἁπάντων ἀγνοεῖς [h]), ὡς ἐγὼ μὲν πάλαι βασι-

h) ἀγνοεῖς] ἀγνώσσεις 2954. unde conj. *Fritzsch.* ἀγνοήσεις Quaestst. p. 147.

SATURNUS MIHI SUO CARISSIMO SAL.

Quid sic deliras, o noster, qui de praesentibus rebus ad me scribas, et bonorum divisionem me jubeas instituere? At illud alterius *opus* fuerit, ejus, qui nunc rerum potitur.

λεὺς ὢν πέπαυμαι, [εἷς ὢν] i) τοῖς παισὶ διανείμας τὴν p. 407.
ἀρχήν· ὁ Ζεὺς δὲ μάλιστα τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖται. τὰ
δὲ ἡμέτερα ταῦτα, μέχρι πεττῶν, καὶ κρότου, καὶ ᾠδῆς,
καὶ μέθης, καὶ τοῦτο οὐ πλέον ἡμερῶν ἑπτά. ὥστε περὶ
τῶν μειζόνων ἃ φῂς k), ἀφελεῖν τὸ ἄνισον, καὶ ἐκ τῆς
ὁμοίας ἢ πένεσθαι, ἢ πλουτεῖν ἅπαντας, ὁ Ζεὺς ἂν χρη-
ματίσειεν ὑμῖν. εἰ δέ τι τῶν ἐκ τῆς ἑορτῆς ἀδικοῖτό τις, p. 408.
ἢ πλεονεκτοῖτο, ἐμὸν ἂν εἴη δικάζειν. καὶ ἐπιστέλλω δὲ
τοῖς πλουσίοις περὶ τῶν δείπνων l), καὶ τοῦ χοίνικος τοῦ
χρυσίου, καὶ τῶν ἐσθήτων, ὡς καὶ ὑμῖν πέμποιεν εἰς τὴν
ἑορτήν. δίκαια γὰρ ταῦτα, καὶ ἄξια αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς
φατὲ, εἰ μή τι εὔλογον ἐκεῖνοι πρὸς ταῦτα ἔχωσι λέγειν m).
Τὸ δὲ ὅλον, ἴστε οἱ πένητες ὑμεῖς ἐξηπατημένοι, καὶ οὐκ 26
ὀρθῶς δοξάζοντες περὶ τῶν πλουσίων, οἵ γε n) πανευδαίμο-
νας αὐτοὺς οἴεσθε εἶναι, καὶ μόνους ἡδύν τινα βιοῦν τὸν
βίον o), ὅτι δειπνεῖν τε πολυτελῶς ἔστιν αὐτοῖς, καὶ με-
θύσκεσθαι οἴνου ἡδέος, καὶ παισὶν ὡραίοις, καὶ γυναιξὶν

i) εἷς ὢν] „non adgnoscit *Fl.*“ nec 2954. Unde rectius, opinor, ejicitur, quam ullo modo corrigitur. Vid. Adnott. k) ἃ φῂς] „ἀφεὶς *Fl.*“ l) τῶν δείπνων] „τοῦ δείπνου *Fl.*“ m) ἔχωσι λέγειν] „ἔχειν λέγωσιν *Fl.*“ n) οἵ γε] Sic e Gorl. pro vulg. εἴ γε. o) βιοῦν τὸν βίον] βιοῦντας βίον Gorl.

Miror enim, si solus omnium ignoras, me olim, distributo filiis imperio, regem esse desisse: ad Jovis autem curam maxime pertinere talia: hoc autem nostrum *regnum* intra talos, et plausus, cantumque et ebrietatem *fere contineri*, idque septem non amplius diebus. Itaque de majoribus illis, quae dicis, de auferenda inaequalitate, ut ex aequo aut pauperes sint omnes aut divites, Jupiter vobis respondeat. Si quis vero in ils, quae ad solennitatem pertinent, per injuriam aut avaritiam aliquid designet, meum fuerit judicium. Ac scribo ad divites epistolam de coenis, de choenice auri, et de vestibus, ut vobis etiam solennis caussa aliquid mittant: justa enim ista, et digna, quae faciant, uti dicitis, nisi quid habent illi, quod cum ratione contra dicant. In universum autem scitote, pauperes, falli vos, neque recte de divitibus sentire, qui undique beatos illos putatis, et suavem vitam solos vivere, quod sumtuose coenare illis licet, et dulci vino inebriari, et cum pueris

p. 408. ὁμιλεῖν, καὶ ἐσθῆσι μαλακαῖς χρῆσθαι. τὸ δὲ πάνυ ἀγνοεῖτε ὁποῖόν ἐστιν. αἵ τε γὰρ φροντίδες αἱ περὶ τούτων οὐ μικραί. ἀλλ' ἀνάγκη ἐπαγρυπνεῖν ἑκάστοις, μή τι ὁ οἰκονόμος βλακεύσας, ἢ ὑφελόμενος λάθῃ, μὴ ὁ οἶνος ὀξυνθῇ, μὴ ὁ σῖτος φθειρὶ ζέσῃ [p]), ἢ ὁ λῃστὴς ὑφέληται τὰ ἐκπώματα, μὴ πιστεύσῃ τοῖς συκοφάνταις ὁ δῆμος, λέγουσι τυραννεῖν αὐτὸν ἐθέλειν. ταῦτα δὲ πάντα οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἂν εἴη μέρος τῶν ἀνιώντων αὐτούς. εἰ γοῦν ἠπίστασθε τοὺς φόβους, καὶ τὰς μερίμνας, ἃς ἔχουσι, πάνυ ἂν
27 ὑμῖν φευκτέον ὁ πλοῦτος ἔδοξεν. Ἔπειτοι [q]) οἴει με αὐτὸν οὕτως ἄν ποτε κορυβαντιᾶσαι [r]), ὡς, εἰ καλὸν ἦν τὸ πλουτεῖν, καὶ βασιλεύειν, ἀφέντα ἂν αὐτὰ [s]), καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις, καθῆσθαι ἰδιωτεύοντα, καὶ ἀνέχεσθαι ὑπ'
p. 409. ἄλλῳ ταττόμενον. ἀλλὰ τὰ πολλὰ ταῦτα εἰδὼς, ἃ τοῖς πλουσίοις καὶ ἄρχουσι προεῖναι ἀνάγκη, ἀφῆκα τὴν ἀρ-
28 χήν, εὖ ποιῶν [t]). Καὶ γὰρ ἃ νῦν ἐποτνιῶ πρὸς μέ, ὡς τοὺς μὲν ὑῶν [u]) καὶ πλακούντων ἐμφορουμένους, ὑμᾶς δὲ

p) φθειρὶ ζέσῃ] Sic Cod. *Graev.* Vulg. φθειριζήσῃ. Vid. Adnott. q) ἔπειτοι] „ἐπεὶ τί *Fl.*" r) κορυβαντιᾶσαι] κορυβαντιάσαι hac tenus Edd. s) αὐτὰ] „αὐτὸν *Fl.*" t) εὖ ποιῶν] „Sic jam discretim omnes." u) ὑῶν] Sic *Schm.* e 2954. et Gorl. pro vulg. συῶν. Cf. supra c. 22.

formosis atque mulieribus esse, et vestimentis uti mollibus. Omnino autem, quale id sit, nescitis. Curae etenim de hisce non parvae. Sed opus est invigilare singulis, ne quid ipsis imprudentibus dispensator vel stupore perdat, vel fraude subducat, ne acescat vinum, ne curculione scateat frumentum, aut pocula latro auferat, ne delatoribus credat populus, tyrannidem ab ipso affectari, dicentibus. Haec vero omnia vix una de multis particula molestiarum, quae illos premunt, fuerit. Si enim timores sciatis, quos habeant, et curas, fugiendae omnino vobis videantur divitiae. Alioqui putas ipsum me ita insanire unquam, ut, si quid praeclarum adeo essent divitiae et imperium, relicta illa concedam aliis, desideam ipse privatus, et sub alterius imperio vivam. Sed cum scirem multa illa, quae adesse divitibus atque imperantibus necesse est, dimisi, nec poenitet, imperium. Quae autem modo apud me conquestus es, illos apris ingurgitare se et placentis, vos nasturtium, aut

κάρδαμον, ἢ θύμον, ἢ κρόμμυον ἐπιτρώγοντας ἐν τῇ ἑορ- p. 409.
τῇ, σκέψαι ὁποῖά ἐστι. πρὸς μὲν γὰρ τὸ παρὸν ἡδὺ καὶ οὐκ ἀνιαρὸν ἴσως x) ἑκάτερον αὐτῶν· ὡς δὲ y) μετὰ ταῦτα, ἔμπαλιν ἀναστρέφεται τὸ πρᾶγμα. εἶτα ὑμεῖς μὲν οὔτε καρηβαροῦντες ἀνασταίητ' ἂν ἐς τὴν ὑστεραίαν, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ὑπὸ τῆς μέθης, οὔτε ὑπὸ τῆς ἄγαν πλησμονῆς δυςῳδές τι καὶ καπνωδέστερον ἐρυγγάνοντες· οἱ δὲ τούτων τε ἀπολαύουσι, καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς, ἢ παισὶν, ἢ γυναιξὶν, ἢ ὅπως ἂν ὁ τράγος κελεύῃ, συναναφυρέντες, ἢ φθόην, ἢ περιπνευμονίαν, ἢ ὕδερον οὐ χαλεπῶς συνεξελέξαντο z) ἐκ τῆς πολλῆς τρυφῆς. ἢ τίνα ἂν αὐτῶν ῥᾳδίως δείξαι δύναιο, μὴ πάντως ὠχρὸν ὄντα, πολὺ τὸ νεκρῶδες ἐμφαίνοντα a); τίνα δὲ ἐς γῆρας ἀφικόμενον, τοῖς αὐτοῦ b) ποσὶν, ἀλλὰ μὴ φοράδην ἐπὶ τεττάρων ὀχούμενον, ὁλόχρυσον μὲν τὰ ἔξω, κατάῤῥαφον δὲ τὰ ἔνδον, ὥσπερ αἱ τρα-

x) ἴσως] „Ita habere omnes, adscripsit *Solanus*." y) ὡς δὲ] τὸ δὲ conj. *Guyet.*, quam conjecturam praeclaram dicit *Jacobus* Quaeetst. Lucian. Specim. I. p. 11. Potest etiam scripsisse auctor: πρὸς δὲ τὸ μ. τ. cum praecedentibus convenienter. z) συνεξελέξαντο] „συνεξελλέξαντο Edd. priores male." Excipe certe *Bas.* 1. et 3. ubi plane συνεξελέξαντο. In Gorl. autem συνελέξαντο, omissis etiam οὐ χαλεπῶς. a) ἐμφαίνοντα] Sic *Schm.* cum *Bel.* e Cod. 2954. pro vulg. ἐπιφαίνοντα. b) αὐτοῦ] restitui ex Edd. vett. pro eo, quod *Reitz, Bip. et Schm.* tacite scripserunt, αὐτοῦ.

porrum, aut cepam, per dies festos arrodere; quale sit, vide. In praesens enim suave utrumque, et minime forte molestum. Quantum vero ad ea, quae sequuntur, in contrariam partem res vertitur. Deinde *enim* vos neque gravato, ut isti, per ebrietatem capite postridie surgatis, neque ventre nimis referto tetrum vaporem eructetis. At illi, cum istum *divitiarum* fructum habeant, tum majorem noctis partem cum pueris aut mulieribus, aut prout mala libido imperaverit, volutati, tabem, vel pulmonis inflammationem, vel aquam intercutem non difficulter ex multa illa luxuria colligunt. Aut quem illorum ostendere facile possis, qui non plane sit pallidus, non multum cadaveri similis? Quem autem, si ad senectutem omnino pervenit, suis ipsum *utentem* pedibus, non quatuor hominum humeris invectum? aureum illum quidem quod ad externa, intus vero consutilem, quales sunt tragicae vestes, de pannis plane

p. 409. γιγαὶ ἐσθῆτες ἐκ ῥακῶν c) πάνυ εὐτελῶν συγκεκαττυμέναι d); ὑμεῖς δὲ ἰχθύων μὲν ἄγευστοι, καὶ ἄσιτοι· ποδάγρας δὲ, ἢ περιπνευμονίας, οὐχ ὁρᾶθ' e) ὅτι, καὶ τούτων ἄπειροί
p. 410. ἐστε; ἢ εἴ τι κατ' ἄλλην τινὰ αἰτίαν συμβαίνοι. καίτοι οὐδ' αὐτοῖς ἐκείνοις ἔτι ἐστὶν αὐτὸ f), καθ' ἡμέραν, καὶ πέρα τοῦ κόρου ἐσθίειν τούτων· ἀλλ' ἴδοις ἂν αὐτοὺς οὕτω λαχάνου g) καὶ θύμου ὀρεγομένους ἐνίοτε, ὥςπερ οὐδὲ
29 σὺ τῶν λαγῶν, καὶ ὑῶν h). Ἐῶ λέγειν ὅσα ἄλλα λυπεῖ αὐτοὺς, ἢ υἱὸς ἀκόλαστος, ἢ γυνὴ, τοῦ οἰκέτου ἐρῶσα, ἢ ἐρώμενος, πρὸς ἀνάγκην μᾶλλον, ἢ πρὸς ἡδονὴν συνών· καὶ ὅλως, πολλά ἐστιν ἅπερ ὑμεῖς ἀγνοοῦντες, τὸν χρυσὸν ὁρᾶτε αὐτῶν μόνον, καὶ τὴν πορφύραν. καὶ ἦν ἴδητέ ποτε ἐξελαύνοντας ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, κεχῆνατε, καὶ προσκυ-

c) ῥακῶν] ῥακίων 2954. d) συγκεκαττυμέναι] „ex emend. *Solani*: nam συγκεκομμέναι omnes antea male." Συγκεκριμέναι conj. *Guyet*. e) ὁρᾶθ'] ὁρᾶτε 2954. ὁρᾷς conj. *Jacob*. ad Toxar. p. 122. Sic sane haud incommode scribere potuit auctor: at vere ita scripsisse, nec video, nec, pace humanissimi viri dicam, credo. f) ἔτι ἐστὶν αὐτὸ] ἡδὺ pro ἔτι vel conjecerunt, vel interpretati sunt, *Erasmus*, *Guyetus*, *Gesnerus*. Sed *Jacobs*. conj. ἐστὶ γλυκὺ τὸ καθ' etc. De necessitate quidem cerrigendi minus dubites, quam de modo. g) λαχάνου] λαχάνων Gorl. h) ὑῶν] συῶν omnes priores Edd., etiam *Schm.*, ubi tamen supra bis c. 22. et 28. in. e Codd. haec forma in vulgatae locum substituta est. Constantiae caussa et quia et infra c. 35. formam ὗς vulgatam habemus, hos σῦς in eodem libello medio patienter ferre non poteram. Οὐδὲ in eadem hac sententia per errorem manifestum ex Ed. *Reitz*. exciderat; restituerunt id, ut par erat, recentt. e vett.

vilibus consarcinatae. Vos autem pisces ne gustatis quidem, nedum ut iis vescamini; podagrae autem et pulmonum morbi nonne videtis ipsorum quoque vos expertes esse? aut si quid *tale simili* alia caussa accidat. Quamquam ne ipsis quidem suave jam est ipsum illud quotidie, et ultra, quam satis est, de his edere. Verum videas illos adeo oleris ac porri nonnunquam cupidos, ut neque tu ita leporum aut aprorum. Mitto dicere, quae illos alia excruciant, aut filius corruptus, aut uxor amans servum, aut puer necessitate potius praebens, quam amore. Multa sunt in universum, quorum vos ignari aurum modo illorum spectatis et purpuram. Et si videas illos aliquando

νεῖτε. εἰ δὲ ὑπερεωρᾶτε αὐτῶν, καὶ κατεφρονεῖτε, καὶ μήτε p. 410.
ἐπεστρέφεσθε πρὸς τὴν ἀργυρᾶν ἁρμάμαξαν[i]), μήτε μεταξὺ
διαλεγομένων εἰς τὸν ἐν τῷ δακτυλιδίῳ σμάραγδον ἀφεω-
ρᾶτε, καὶ τῶν ἱματίων παραπτόμενοι τὸ μαλακὸν ἐθαυ-
μάζετε, ἀλλ' εἰᾶτε καθ' ἑαυτοὺς πλουτεῖν, εὖ ἴστε, αὐ-
τοὶ ἐφ' ὑμᾶς[k]) ἰόντες ἐδέοντο συνδειπνεῖν, ὡς ἐπιδείξαιντο
ὑμῖν τὰς κλίνας, καὶ τὰς τραπέζας, καὶ τὰ ἐκπώματα, ὧν
οὐδὲν ὄφελος, εἰ ἀμάρτυρος ἡ κτῆσις εἴη. Τά γέ τοι 30
πλεῖστα εὕροιτε ἂν αὐτοὺς ὑμῶν ἕνεκα κτωμένους, οὐχ
ὅπως αὐτοὶ χρήσωνται[l]), ἀλλ' ὅπως ὑμεῖς θαυμάζοιτε.
ταῦτα ὑμᾶς παραμυθοῦμαι, εἰδὼς τὸν βίον ἑκάτερον·
καὶ ἄξιον[m]) ἑορτάζειν, ἐνθυμουμένους ὅτι μετ' ὀλίγον
ἅπαντας δεήσει ἀπιέναι ἐκ τοῦ βίου, κἀκείνους τὸν πλοῦ-
τον, καὶ ὑμᾶς τὴν πενίαν ἀφέντας. πλὴν ἐπιστελῶ γε αὐ-
τοῖς ὥςπερ ὑπεσχόμην· καὶ οἶδ' ὅτι οὐκ ὀλιγωρήσουσι τῶν p. 411.
ἐμῶν γραμμάτων.

i) ἁρμάμαξαν] ἅμαξαν 2954. k) ὑμᾶς] „bene *Fl.*, ut *Jens.* voluit. Cett. ἡμᾶς." l) χρήσωνται] „Sic *Fl. Fr. Par.* etc. χρήσονται J." et *Ald.* 2. m) ἄξιον] „Edd. Ἀξιῶν *Solan.*"

albis equis vectos, hiatis *admiratione*, et adoratis. Si vero despiceretis ea et contemneretis; nec adverteret vos argenteum carpentum; nec inter agendum cum illis ad smaragdum in anulo respiceretis, et cum stupore quodam mollitiem vestium admiraremini; si pro se divites illos esse pateremini: ipsi ad vos, bene noritis, veniant, ut secum coenetis rogent, uti suos vobis lectos, et mensas, et pocula ostendant, quorum usus nullus est, si testibus careat possessio. Certe pleraque vestra illos caussa possidere videatis, non quo uiantur ipsi, verum vos ut admiremini. Haec consolandi vos caussa scribo, qui utrumque vitae genus norim. Et *vel hoc nomine* solenne hoc a vobis celebrari dignum est, si cogitetis, abeundum esse paullo post de vita omnibus, relicta illis bonorum copia, vobis paupertate. Verum etiam scribam illis, ut promiseram, et novi meas ab illis literas non neglectum iri.

31 ΚΡΟΝΟΣ ΤΟΙΣ n) ΠΛΟΥΣΙΟΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.

p. 411. Οἱ πένητες ἔναγχός ἐπεστάλκασί μοι, αἰτιώμενοι ὑμᾶς, μὴ μεταδιδόναι σφίσιν ὧν ἔχετε· καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἠξίουν με κοινὰ πᾶσι ποιεῖν τἀγαθά, καὶ τὸ μέρος, ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν· δίκαιον γὰρ εἶναι ἰσοτιμίαν καθεστηκέναι, καὶ μὴ τῷ μὲν πλέον, τῷ δὲ μηδ' ὅλως o) μετεῖναι τῶν ἡδέων. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων ἔφην ἄμεινον σκέψασθαι p) τὸν Δία· περὶ δὲ τῶν παρόντων, καὶ ὧν ἀδικεῖσθαι ᾤοντο κατὰ τὴν ἑορτήν, ἑώρων ἐπ' ἐμὲ καθήκουσαν τὴν κρίσιν, καὶ ὑπεσχόμην γράψειν πρὸς ὑμᾶς. ἔστι δὲ ἅπερ ἀξιοῦσι ταῦτα μέτρια, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε. πῶς γάρ, φασι, ῥιγοῦντες τοσούτῳ κρύει, καὶ λιμῷ ἐχόμενοι, προσέτι ἑορτάζοιμεν ἄν; εἰ τοίνυν ἐθέλοιμι κἀκείνους μετέχειν τῆς ἑορτῆς, ἐκέλευόν με ἀναγκάσαι ὑμᾶς ἐσθήτων τι, ὧν ἔχετε, μεταδοῦναι αὐτοῖς, εἴ τινες περιτταὶ, καὶ παχύτεραι ἢ καθ' ὑμᾶς· καὶ τοῦ χρυσίου ὀλίγον ἐπισταλάξαι αὐτοῖς. εἰ γὰρ ταῦτα, φασὶ, ποιήσετε, μήτε

n) ΤΟΙΣ] „omisit *Fl.*“ o) μηδ' ὅλως] „Sic *Par. Salm.* Μηδόλως J. *Ald. Fl. Fr. Hag. Bas.*“ p) σκέψασθαι] σκέψεσθαι *Ald.* 2.

SATURNUS DIVITIBUS SALUTEM.

Literas mihi nuper miserunt pauperes, quibus vos accusant, qui de vestris opibus nihil sibi impertiatis. Atque in universum illud petiere, ut communia omnibus bona facerem, quorum *aequam* unusquisque partem haberet. Par enim esse, ut instituatur aequalitas, nec plus alius *quam opus est*, alius vero plane nihil suavitatis habeat. Respondi ego, de his Jovis potius inspectionem esse. De praesentibus autem, et iis injuriis, quibus se per festos hosce dies affici a vobis putabant, ad me pertinere videbam judicium, et scripturum me vobis recepi. Sunt autem ea, quae a vobis postulant, ut mihi quidem videbatur, moderata. *Quomodo enim*, ajunt, *rigentes tanto gelu, et fame pressi festos insuper dies agamus?* Si igitur vellem, ipsos quoque in partem celebrationis venire, voluerunt uti vos cogerem, cum de vestimentis, quae habetis, sibi impertiri aliquid, si qua essent superflua, aut, quam vos deceat,

ἀμφισβητεῖν ὑμῖν ἔτι τῶν ἀγαθῶν ἐπὶ τοῦ Διός. εἰ δὲ μή, p. 411.
ἀπειλοῦσι προσκαλέσασθαι ἐπὶ τὸν ἀναδασμόν, ἐτοιδὰν τὸ πρῶτον δίκας ὁ Ζεὺς προθῇ. ταῦτά ἐστιν οὐ πάνυ χαλεπὰ ὑμῖν ἀπὸ τοσούτων, ἃ καλῶς ποιοῦντες ἔχετε. Νὴ Δία p. 412.
καὶ τῶν δείπνων πέρι, ὡς συνδειπνοῦεν ὑμῖν, καὶ τοῦτο 32
προσθεῖναι ἠξίουν τῇ ἐπιστολῇ, ὡς νῦν γε μόνους ὑμᾶς τρυφᾷν, ἐπικλεισαμένους τὰς θύρας· εἰ δέ ποτε κἀκείνων τινὰς ἐστιᾶν διὰ μακροῦ ἐθελήσετε q), πλέον τοῦ εὐφραίνοντος ἐνεῖναι r) τὸ ἀνιαρὸν τῷ δείπνῳ· καὶ τὰ πολλὰ ἐφ' ὕβρει αὐτῶν γίγνεσθαι· οἷον ἐκεῖνο, τὸ μὴ τοῦ αὐτοῦ οἴνου συμπίνειν, Ἡράκλεις, ὡς ἀνελεύθερον· καὶ καταγιγνώσκειν αὐτῶν ἐκείνων ἄξιον, ὅτι μὴ μεταξὺ ἀναστάντες οἴχονται, ὅλον ὑμῖν τὸ συμπόσιον καταλιπόντες. ἀλλ' οὐδὲ ἐς κόρον ὅμως φασὶ πίνειν· τοὺς γὰρ οἰνοχόους ὑμῶν, ὥσπερ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους, κηρῷ βεβύσθαι τὰ ὦτα. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὕτως αἰσχρά ἐστιν, ὥστε ὀκνῶ λέγειν, ἃ περὶ τῆς νομῆς τῶν κρεῶν αἰτιῶνται, καὶ τῶν διακόνων,

q) ἐθελήσετε] Sic *Bip.* et *Schm.* cum *Bel.* e 2954. pro eo quod olim vulgarant ἐθελήσητε. r) ἐνεῖναι] ἐκεῖναι *Bas.* 3.

crassiora; tum aliquantum auri ipsis instillare. Haec si faciatis, negant se de bonis litem vobis apud Jovem moturos amplius: sin minus, ad divisionem se provocaturos minantur, ubi primum Jupiter judicium proposuerit. Haec sunt non admodum difficilia vobis, de tantis, quas me non invidente habetis, opibus. Sane etiam de coenis, ut illas vobiscum capiant, etiam hoc epistolae addendum putarunt, vos nunc solos, clausis januis, delicate vivere: si vero quandoque etiam illorum quosdam convivio excipere post longum intervallum velletis, plus molestiarum quam hilariatis coenae inesse, et pleraque ibi contumeliose in se fieri; ut illud, quod non de eodem vino bibant, Hercules! quam est hoc illiberale! atque reprehensione ipsi digni, qui non inter haec surgant, et discedentes vestrum vobis vos convivium habere jubeant. Sed ne vel sic quidem ad saturitatem se bibere ajunt. Vestros enim pocillatores, ut illos Ulyssis socios, cera obturatas habere aures. Reliqua adeo sunt turpia, uti dicere ea dubitem, quae de carnium divisione et ministris dicunt, qui vobis adstent, dum ultra

p. 412. ὑμῖν μὲν παρεστώτων, ἔστ' ἂν ὑπερεμφορηθῆτε[s]), ἐκείνους δὲ παραθεόντων· καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα μικροπρεπῆ, καὶ ἥκιστα ἐλευθέροις πρέποντα. τὸ γοῦν ἥδιστον, καὶ συμποτικώτερον ἡ ἰσοτιμία ἐστί. καὶ ὁ ἰσοδαίτης[t]) τούτου ἕνεκα ἥγειται ὑμῖν τῶν συμποσίων, ὡς τὸ ἴσον ἅπαντες ἔχοιεν.
33 Ὁρᾶτε οὖν ὅπως μηκέτι ὑμᾶς αἰτιάσωνται, ἀλλὰ τιμήσωσι,
p. 413. καὶ φιλήσωσι[u]), τῶν ὀλίγων τούτων μεταλαμβάνοντες· ὧν ὑμῖν μὲν ἡ δαπάνη ἀνεπαίσθητος, ἐκείνοις δὲ ἐν καιρῷ τῆς χρείας ἡ δόσις ἀείμνηστος. ἄλλως τε, οὐδ' ἂν οἰκεῖν δύναισθε[x]) τὰς πόλεις, μὴ οὐχὶ καὶ πενήτων συμπολιτευομένων, καὶ μυρία πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν ὑμῖν συντελούντων. οὐδ' ἂν ἔχοιτε τοὺς θαυμάζοντας ὑμῶν τὸν πλοῦτον, ἢν μόνοι καὶ ἰδίᾳ καὶ ὑπὸ σκότῳ πλουτῆτε. ἰδέτωσαν οὖν πολλοί, καὶ θαυμασάτωσαν ὑμῶν τὸν ἄργυρον, καὶ τὰς τραπέζας, καὶ προπινόντων φιλοτησίας, μεταξὺ πίνοντες περισκοπείτωσαν τὸ ἔκπωμα, καὶ τὸ βάρος ἴστωσαν αὐτοὶ

s) ὑπερεμφορηθῆτε] ὑπερευφρανθῆτε Gorl. t) ἰσοδαίτης] Sie ex emend. *Gesneri*. Ἰσοδιαίτης Edd. vulgo. Unde *Solan.* conj. ἰσοδιαιτητής. Vid. Adnott. u) τιμήσωσι καὶ φιλήσωσι] „τιμήσουσι καὶ φιλήσουσι *Fl.*“ x) δύναισθε] de meo scripsi pro vulg. δύνησθε, certissima corrigendi necessitate, quam etiam *Fritzschius* pervidit Quaestst. p. 207.

modum vos ingurgitetis, illos autem praetercurrant, et alia in hoc genere multa, jejuna illa quidem, et minime digna liberis. Suavissimum enim et maxime convivale est illa aequalitas: et praeest hanc ob caussam conviviis vestris aequus ille dapium divisor *Bacchus*, ut aequum omnes habeant. Curate igitur, ut non amplius vos accusent, sed honorent potius amentque, minutorum istorum participes, quorum vos sumtum non sentiatis; quae tamen, ut munus, opportuno adeo ad usum tempore datum, perpetua ipsi memoria prosequantur. Et alio quin ne habitare quidem urbes possitis, nisi et pauperes in civitate habeatis, qui innumerabilia vobis ad felicitatem conferant: nec habeatis, qui divitias admirentur vestras, si soli et privatim, et in tenebris sitis divites. Videat igitur vulgus, et admiretur argentum vestrum, et mensas, et amicitiae poculum *sibi invicem* propinent; atque inter bibendum considerent poculum, cujus pondus ipsi manu librando explorent, et argu-

διαβαστάσαντες[y]), καὶ τῆς ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς, τὸν χρυ- p. 413.
σὸν ὅσος, ὃς[z]) ἐπανθεῖ τῇ τέχνῃ. πρὸς γὰρ τῷ χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ἀκούειν, καὶ τοῦ φθονεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἔξω γενήσεσθε· τίς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ κοινωνοῦντι, καὶ διδόντι τῶν μετρίων; τίς δ' οὐκ ἂν εὔξαιτο εἰς τὸ μήκιστον διαβιῶναι αὐτὸν[a]), ἀπολαύοντα τῶν ἀγαθῶν; ὡς δὲ νῦν ἔχετε, ἀμάρτυρος μὲν ἡ εὐδαιμονία, ἐπίφθονος δὲ ὁ πλοῦτος, ἀηδὴς δὲ ὁ βίος. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁμοίως ἡδὺ, 34
οἶμαι, μόνον ἐμπίπλασθαι[b]), ὥσπερ τοὺς λέοντάς φασι, καὶ τοὺς μονιοὺς τῶν λύκων[c]), καὶ συνόντας δεξιοῖς ἀνδράσι, καὶ πάντα χαρίζεσθαι πειρωμένοις, οἳ πρῶτα μὲν οὐ p. 414.
κωφὸν καὶ ἄφωνον τὸ συμπόσιον ἐάσουσι εἶναι, ἀλλ' ἐν μύθοις συμποτικοῖς, καὶ σκώμμασιν ἀνεπαχθέσι, καὶ φιλοφροσύναις ποικίλαις συνέσονται, οἷαι ἥδισται διατριβαί,

y) διαβαστάσαντες] „Bene sic *Fl. Par. Salm.* Διαβαστάντες male J. *Ald. Hag.* etc.“ z) τὸν χρυσὸν ὅσος, ὃς] καὶ τὸν χρυσὸν, ὅσος ἐπ. ejecto ὃς et immisso καὶ, conj. *Guyet.*, probante *Reitzio.* At nota est et frequens haec mediae orationi inserta admirationis exclamatio. Cf. supra c. 22. ἐσθῆτας δὲ ὅσας (non τόσας, ut eidem *Guyeto* placuit) ἔχοντες. Necyom. c. 14. f. καὶ τὸν γηγενῆ Τιθυόν, Ἡράκλεες ὅσος. Particulam autem καὶ et ego aegre desidero. a) αὐτὸν] αὐτῶν *Bas.* 1. et 3. nec hoc male. b) ἐμπίπλασθαι] ἐμπίμπλασθαι eaedem Edd. Eadem varietas infra c. 38., De Dom. c. 6. Tom. VIII. p. 90. et alibi. Nostram scripturam ubivis in *Luciano* praeferendam arbitratur *Fritzsch.* De Atticismo et Orthogr. Lucian. Comment. I. p. 5, sq., cum quo conf. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 95. sq. c) λύκων] συῶν conj. *Godofr. Maluyn.* At vid. Adnott.

mentum quam accurate expressum sit? et quantum auri in illo artificio niteat? Praeterquam enim, quod mansueti et humani audietis, etiam invidiam illorum evitaveritis. Quis enim invideat ei, qui impertiat sibi, quod aequum est, atque donet? Quis vero non optet, quam longissime illum extendere aevum et bonis frui? Ut vero nunc habetis, teste caret vestra felicitas, invidiae opportunae sunt vestrae divitiae, suavitatis vita vestra expers. Neque enim aeque jucundum, puto, est, impleri solum, quod de leonibus ajunt et de genere luporum solivago: atque in convictu hominum dextrorum, et gratiam inire omnibus in rebus studentium: qui primo non patientur convivium esse mutum et vocis expers, sed in fabulis convivalibus, et jocis non molestis, et vario genere comitatis una versabuntur: quod genus suavissi-

p. 414, φίλαι μὲν Διονύσῳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, φίλαι δὲ Χάρισιν. ἔπειτα δὲ πρὸς ἅπαντας ἐς τὴν ὑστεραίαν διηγούμενοι, ὑμῶν τὴν δεξιότητα φιλεῖσθαι παρασκευάσουσι. d) ταῦτα πολλοῦ πρίασθαι καλῶς εἶχεν. Ἐπεὶ ἐρήσομαι ὑμᾶς, εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν, (ὑποθώμεθα γὰρ οὕτως) οὐκ ἂν ὑμᾶς ἠνίασεν οὐκ ἔχοντας οἷς ἐπιδείξαισθε e) τὰς ἀλουργεῖς ἐσθῆτας, καὶ τῶν ἀκολούθων τὸ πλῆθος, ἢ τῶν δακτυλίων τὸ μέγεθος; ἐᾷ λέγειν ὡς καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ μίση παρὰ τῶν πενήτων ἀναγκαῖον ἐγγίνεσθαι πρὸς ὑμᾶς, ἢν μὴ τρυφᾶν ἐθέλητε. ἃ μὲν γὰρ εὔξεσθαι καθ' ὑμῶν ἀπειλοῦσιν, ἀποτρόπαια, μηδὲ f) γένοιτο g) εἰς ἀνάγκην αὐτοὺς καταστῆναι τῆς εὐχῆς· ἐπεὶ οὔτε ἀλλάντων γεύσεσθε, οὔτε πλακοῦντος, ἢ εἴτι λείψανον τῆς κυνός· ἡ φακῆ h) δὲ
p. 415, ὑμῖν σαπέρδην ἐντετηκότα ἕξει· ὗς δὲ καὶ ἔλαφος ὀπτώμενοι i) μεταξὺ δρασμὸν βουλεύσουσιν ἐκ τοῦ ὀπτανείου ἐς τὸ

d) παρασκευάσουσι] Sic *Bas.* 3. convenienter *Gesneri* conjecturae pro vulg. *παρασκευάζουσι*. e) ἐπιδείξαισθε] Vulgo tnrpiter ἐπιδείξασθε. Sed *Fl.* et 2954. ἐπιδείξετε. rectius, ut *Guyet.* et *Jens.* voluerunt, ἐπιδείξαισθε *Ald.* 2. ἐπιδείξασθαι conj. *Gesn.* f) μηδὲ] Sic *Bas.* 3., μὴ δὲ sejunctim, ut solent, reliquae Edd. vett., quas h. l. secutus est *Reitz.*, alibi non item; et plane sic etiam recentt. g) γένοιτο] „γένηται *Fl.*" h) φακῆ] φακελὴ 2954. Fallor, an illic est κεφαλὴ, ut supra cap. 23. ἐς τὴν κεφαλὴν pro ἐς τὴν φακῆν. Ceterum notandum, h. l. eandem tractari, quam illic, materiam. i) ὀπτώμενοι] „bene J. *Par.* Ὀπτόμενοι

mae consuetudinis Baccho amicum et Veneri, amicum Gratiis. Tum vero postridie narranda apud omnes dexteritate vestra amorem *vobis* conciliabunt. Haec vero vel magno redimere bonum fuerit. Namque interrogabo vos, si clausis oculis incederent pauperes, ponamus enim hoc; nonne vobis id molestum esset? non habentibus, quibus ostenderetis vestes purpureas, et pedissequorum turbam, aut speciem anulorum. Omitto dicere, fieri non posse, quin insidias et odia contra vos concipiant pauperes, si vivere in deliciis soli velitis. Quae enim se vota contra vos facturos minantur, abominanda sunt; et absit, ut in necessitatem eorum votorum deveniant. Nam neque farcimen gustabitis, neque placentam, nisi si quid forte canis reliquerit: lenticula vobis saperdae tabem habebit: aper et cervus, dum assantur, fugam de culina meditabuntur in saltum:

ὄρος· καὶ ὄρνις ψύτταν[k]) κατατείνασαι, ἄπτεροι καὶ αὖ- p. 415.
ται, παρ' αὐτοὺς τοὺς πένητας ἐκπετήσονται. τὸ δὲ μέ-
γιστον, οἱ ὡραιότατοι τῶν οἰνοχόων φαλακροὶ ἐν ἀκαρεῖ
τοῦ χρόνου ὑμῖν γενήσονται, ἐπὶ κατεαγότι καὶ ταῦτα τῷ
ἀμφορεῖ. πρὸς τάδε βουλεύεσθε, ἃ καὶ τῇ ἑορτῇ πρέ-
ποντα γένοιτ' ἂν[l]), καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα, καὶ ἐπικουφί-
ζετε πολλὴν πενίαν αὐτοῖς, ἀπ' ὀλίγου τελέσματος φίλους
οὐ μεμπτοὺς ἕξοντες.

Hag. male." Ordine verso *μεταξὺ ὀπτώμενοι* mallet *Guyet.*, idque convenienter sane cum c. 23. et cum vulgari more, hanc vocem *μεταξὺ* participio suo praeponendi. At non puto propterea corrigendum, quum non videam, quidni etiam alter ordo suo quidem loco admitti possit. Unum certe hujus generis exemplum e *Platon.* Theag. attulit *Matthiae* Gr. Gr. §. 556. 6. k) *ψύτταν*] „ψύτται *Ald.* (1.) *Hag. Fr. Par.* etc. Ψήττας J. (cum *Ald.* 2.) et *Ven.* 2." l) *πρέποντα γένοιτ' ἄν*] *πρέποιτ' ἄν* 2954., turpe sphalma, minus tamen illud turpe, si distinguas *πρέποι τ' ἄν.*

et gallinae, ilicet! contentis *alis* etiam implumes ad ipsos pauperes avolabunt: quod vero maximum, pincernarum formosissimi calvi vobis uno momento fient, idque fracta insuper amphora. Ad haec, quae tum dies festos deceant, tum vobis sint tutissima, statuite, et multam illis pauperatem levate, quos parva pensione *interposita* amicos habebitis minime contemnendos.

ΟΙ ΠΛΟΥΣΙΟΙ ΤΩι ΚΡΟΝΩι ΧΑΙΡΕΙΝ.

Πρὸς γὰρ σὲ οἶει μόνον ὑπὸ τῶν πενήτων ταῦτα γε- 36
γράφθαι, ὦ Κρόνε, οὐχὶ δὲ καὶ ὁ Ζεὺς ἤδη ἐκκεκώφωται
πρὸς αὐτῶν ἀναβοώντων καὶ αὐτὰ δὴ ταῦτα, τὸν ἀνα-
δασμὸν ἀξιούντων γενέσθαι, καὶ αἰτιωμένων τήν τε εἱμαρ-
μένην ὡς ἄνισον τὴν νομὴν πεποιημένην, καὶ ἡμᾶς ὅτι
μηδενὸς αὐτοῖς μεταδιδόναι ἀξιοῦμεν; ἀλλ' οἶδεν ἐκεῖνος p. 416.

DIVITES SATURNO SALUTEM.

Nimirum ad te solum scripta esse a pauperibus ista, Saturne, existimas? Nonne etiam Jupiter diu est cum ab istis obtunditur clamantibus, et divisionem fieri postulantibus, et fatum accusantibus, quod inaequalem illam divisionem fecerit, et nos, qui nihil impertiri illis dignemur? Verum novit ille, ut qui sit Jupiter, penes utros culpa

p. 416. ἅτε Ζεὺς ὢν, παρ' οἷς τισιν ἡ αἰτία, καὶ διὰ τοῦτο παρακούει αὐτῶν τὰ πολλά· σοὶ δὲ ὅμως ἀπολογησόμεθα, ἐπείπερ ἄρχεις γε νῦν ἡμῶν. ἡμεῖς μὲν[m]) γὰρ ἅπαντα πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες, ἃ γέγραφας, ὡς καλὸν ἐπικουρεῖν ἀπὸ πολλῶν τοῖς δεομένοις, καὶ ὡς ἥδιον συνεῖναι, καὶ συνευωχεῖσθαι τοῖς πένησιν, ἀεὶ διετελοῦμεν οὕτω ποιοῦντες, ἰσοδίαιτοι[n]) καθεστῶτες, ὡς ἂν μηδὲ τὸν συνδίαιτον[o])
37 αὐτὸν[p]) αἰτιάσασθαί τι. Οἱ δὲ ὀλίγων ἐν ἀρχῇ δεῖσθαι φάσκοντες, ἐπειδήπερ ἅπαξ αὐτοῖς ἀνεπετάσαμεν τὰς[q]) θύρας, οὐκ ἀνίεσαν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις αἰτοῦντες. εἰ δὲ μὴ πάντα εὐθὺς, μηδὲ πρὸς ἔπος λαμβάνοιεν, ὀργὴ, καὶ μῖσος, καὶ πρόχειροι αἱ βλασφημίαι· κἂν, εἴτι ἐπιψεύδοιντο ἡμῖν, ἀλλ' οἵ γε ἀκούοντες ἐπίστευον ἂν, ὡς ἀκριβῶς εἰδόσιν ἐκ τοῦ συγγεγονέναι. ὥστε δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ διδόντα[r]) ἐχθρὸν εἶναι πάντως ἔδει, ἢ πάντα προϊέμενον[s]), αὐτίκα μάλα πένεσθαι, καὶ τῶν αἰτούντων καὶ αὐτὸν[t]) εἶ-

m) μὲν] vulgo praetermissum e 2954. inseruit *Schm.* n) ἰσοδίαιτοι] Sic Edd. vett. omnes. Ἰσοδιαίτην G. et hinc *Solan. Reitz.* et recentt. ἰσοδιαιτητήν. Vid. Adnott. o) συνδίαιτον] Sic e conj. scripsimus pro vulg. συνδιαίτην, et quod e G. et Edd. *Amst.* et *Salm.* cum *Reitzio* posuerant recentt. συνδιαιτητήν. p) αὐτὸν] Sic J. *Fl. Ald. Salm.* Sed αὐτῶν *Par. Hag. Bas.* 1. (et 3.) *Fr.*" q) τὰς] τὰ prave *Ald.* 1. et 2. r) διδόντα] δόντα 2954., quod *Belinus* sine probabili caussa praeferendum duxit. s) προϊέμενον] Sic e conj. *Jens.* certissima, cui accedit *Ald.* 2. pro vulg. προϊεμένους. t) αὐτὸν] „αὐτῶν *Ven.* 2. sola."

sit, et ob id ipsum preces illorum surda fere aure transmittit. Interim tamen caussam apud te, qui nunc certe nobis imperes, dicemus. Nos enim, quibus, quae scripsisti, ante oculos versarentur omnia, tanquam pulchrum esset auxilium ferre de sua copia indigentibus, et suavius, versari cum pauperibus atque epulari, semper faciebamus ita, aequo ipsi victu utentes, adeo ut neque convictor eorum, quod accusaret, haberet. At isti, qui paucis initio opus se habere dixerant, cum semel fores iis aperuissemus, alia super alia petere non desierunt. Si vero non omnia statim neque in ipso verbo acciperent; ira, et odium, et maledicta in promtu. Ac si quid mendacio nobis affingerent, credebant tamen, qui audirent, velut accurate ipso ex convictu scientibus. Itaque alterum de duobus, aut, si nihil daręs, inimicum omnino esse oportebat; aut, si

ναι. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα μέτρια u)· ἐν δὲ τοῖς δείπνοις αὐ- 38
τοῖς, ἀμελήσαντες τοῦ ἐμπίπλασθαι x), καὶ γαστρίζεσθαι, p. 416.
καὶ αὐτοὶ, ἐπειδὰν πλείω τοῦ ἱκανοῦ πίωσιν, ἢ παιδὸς p. 417.
ὡραίου, μεταξὺ ἀναδόντος τὸ ἔκπωμα, ἔνυξαν τὴν χεῖρα,
ἢ παλλακῇ, ἢ γαμετῇ γυναικὶ ἐπεχείρησαν· εἶτα κατεμέ-
σαντες τοῦ συμποσίου, ἐς τὴν ὑστεραίαν λοιδορούνται ἡμῖν
κατελθόντες y), ὡς ἐδίψησαν; καὶ ὡς λιμῷ συνῆσαν διη-
γούμενοι. καὶ εἴ σοι ταῦτα καταψεύδεσθαι αὐτῶν δοκοῦ-
μεν, τὸν ὑμέτερον παράσιτον ἀναμνήσθητι, τὸν Ἰξίονα· ὃς
ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, ἀξίωμα ἴσον ἔχων z) ὑμῖν, τῇ
Ἥρᾳ μεθυσθεὶς ἐπεχείρει ὁ γενναῖος. Ταῦτά ἐστι καὶ τὰ 39
τοιαῦτα, ὑφ' ὧν a) ἡμεῖς ἐβουλευσάμεθα πρὸς τὸ λοιπὸν,
ἀσφαλείας τῆς ἡμετέρας ἕνεκεν, μηκέτι ἐπίβατον ποιεῖν αὐ-
τοῖς τὴν οἰκίαν. εἰ δὲ ἐπὶ σοῦ συνθεῖντο b), μετρίων δεή-

u) *μέτρια*] *οὐ μέτρια* vulg. *Bel.*, aut ironicam habendam sententiam. Imo figura est praeteritionis, frequens illa maxime in Lucianeis, qua tanto major vis sequenti sententiae tribuitur, quanto minuitur aut leuitur praecedens. Quae deinceps sequuntur, corrupta visa *Schmiedero*, ita is corrigi posse putat, ut legatur *οὐκ ἀμελήσαντες*. Certe, quod interpretes Latini reddiderunt: *non satis habentes*, non inest in verbo *ἀμελήσαντες*. x) *ἐμπίπλασθαι*] *ἐμπίμπλασθαι Bas.* 1. et 3., ut supra c. 34., ubi vid. Varr. Lectt. y) *καταλέγοντες*] *καταλέγοντες* conj. *Guyet.* z) *ἔχων*] *ἔχειν* 2954. a) *ὑφ' ὧν*] *ἐφ' οἷς* conj. *Guyet.* At bene habet vulgata: *quibus moti*, *adducti*; quae dicendi ratio innumera habet alia ejusdem generis exempla. b) *συνθεῖντο*] Vulg. *συνθοῖντο*.

omnia illis *diripienda* permitteres, ipsum fieri statim pauperem, et unum eorum, qui ab aliis peterent. Ac reliqua tolerabilia: in ipsis vero coenis non satis habentes (?) impleri, et ingurgitare se; etiam ipsi, ubi plus, quam satis esset, bibissent, vel formosi pueri, dum poculum praebet, manum stringebant, vel pellicem aut conjugem adeo tentare audebant. Deinde ubi vomitu opplevere triclinium, postridie maledictis nos perstringunt; quam sitierint, quam famis convictores fuerint, enarrant. Et si haec mentiri contra eos videamur, vestri illius parasiti recordare, Ixionis, qui communi dignatus mensa, dignationem aequalem vobis habens, ebrius cum esset, Junonis pudorem tentavit vir fortis. Haec sunt et talia, quibus inducti decrevimus in posterum nostrae securitatis caussa, non amplius accessum illis in nostras domus praebere. Si vero te

p. 417. σεσθαι, ὥςπερ νῦν φασι, μηδὲν δὲ ὑβριστικὸν ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάσεσθαι [a]), κοινωνούντων ἡμῖν καὶ συνδειπνούντων τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. καὶ τῶν ἱματίων, ὡς σὺ κελεύεις, πέμψομεν, καὶ τοῦ χρυσίου ὁπόσον οἷόν τε, καὶ προσδαπανήσομεν, καὶ ὅλως, οὐδὲν ἐλλείψομεν· καὶ αὐτοὶ δὲ ἀφέμενοι τοῦ κατὰ τέχνην ὁμιλεῖν ἡμῖν, φίλοι ἀντὶ κολάκων καὶ παρασίτων ἔστωσαν· ὡς ἡμᾶς γε οὐδὲν ἂν αἰτιάσαιο, κἀκείνων τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελόντων.

Correctum ex Ed. principe, monente etiam *Fritzschio* Quaestst. Lucc. p. 215. Vide tamen varii generis exempla ap. *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* Tom. II. p. 469. sq. et *Buttmanni* de iis judicium prudentissimum ac modestissimum Gramm. amplioris Part. I. §. 107. not. 35. a) ἐργάσεσθαι] „Sic *Fl.* Ἐργάσασθαι cett."

arbitro ac vindice spondeant, moderata se, uti nunc ajunt, petituros, neque contumeliosum quidquam admissuros in conviviis, in communionem veniunto, quod bene vertat, nobiscum epulantor. Etiam de vestibus, ut imperas, mittemus, ac de auro etiam, quantum aequum fuerit, insuper impendemus. Atque in universum nulla in parte deficiemus. Verum ipsi quoque ex arte nobiscum agere desinunto, pro adulatoribus et parasitis amici sunto. Nos quidem, si et isti facere officium voluerint, nulla in re accusabis.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ Η ΛΑΠΙΘΑΙ.

Arg. Implacabilis philosophorum suae aetatis adversarius Lucianus, ut saepe alias, ita et in hoc libello, acriter perstringit variarum sectarum philosophos, quos fingit vel vocatos, vel non vocatos, vel praesentes, vel per literas, interesse divitis cujusdam juvenis epulis nuptialibus. Multiplex hic offertur philosophis occasio tum fastus sui, tum voracitatis, tum impudentiae, tum libidinis, tum furacitatis, tum vero maxime rixandi studii comprobandi; quae eruditiorum istorum hominum vitia tanto magis displicent, quanto placent humanitas, elegantia et modestia in patrefamilias et sponso. Quod autem postremum bene poti convivae nostri sapientes adeo ad cruentam pugnam inter se congrediuntur, ut praeter alios etiam sponsus insons forte graviter vulneretur, inde ob magnam rerum similitudinem hoc convivium *Lapitharum* nomen traxit.

ΦΙΛΩΝ ΚΑΙ ΛΥΚΙΝΟΣ.

ΦΙΛ. Ποικίλην, ὦ Λυκῖνε, διατριβήν φασι γεγενῆσθαι 1
ὑμῖν χθὲς ἐν Ἀριστοινέτου παρὰ τὸ δεῖπνον, καί τινας
φιλοσόφους λόγους[a]) εἰρῆσθαι, καὶ ἔριν οὐ σμικρὰν[b]) συ-
στῆναι ἐπ' αὐτοῖς· εἰ δὲ μὴ ἐψεύδετο Χαρῖνος, καὶ ἄχρι
τραυμάτων[c]) προχωρῆσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος αἵματι
διαλυθῆναι τὴν συνουσίαν.

ΛΥΚ. Καὶ πόθεν, ὦ Φίλων, ἠπίστατο Χαρῖνος
ταῦτα; οὐ γὰρ συνεδείπνει μεθ' ἡμῶν.

a) φιλοσόφους λόγους] „φιλοσόφους λόγους B. Cod. sive O.“ b) σμικρὰν] „Sic Edd. *Μικρὰν* B.“ c) τραυμάτων] „πραγμάτων male B.“

CONVIVIUM SEU LAPITHAE.

PHILON ET LYCINUS.

Phil. Varia vos ratione tempus fefellisse ajunt heri in coena apud Aristaenetum, et philosophos quosdam sermones habitos, et contentionem non parvam super iis ortam, ac, si non mentitus est Charinus, ad vulnera usque rem processisse, ac sanguine dissolutam disputationem.

Lyc. Et unde, mi Philo, sciebat ista Charinus? neque enim nobiscum coenavit.

p. 418. ΦΙΛ. Διονίκου, ἔφη, τοῦ ἰατροῦ ἀκοῦσαι. Διόνικος δὲ καὶ αὐτὸς, οἶμαι, τῶν συνδείπνων ἦν.

ΛΥΚ. Καὶ μάλα. οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς γε οὐδ' αὐτὸς ἅπασι παρεγένετο, ἀλλὰ ὀψὲ μεσούσης σχεδὸν [d]) ἤδη τῆς μάχης ἐπέστη ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων. ὥστε θαυ-
p. 419. μάζω, εἴ τι σαφὲς εἰπεῖν ἐδύνατο, μὴ παρακολουθήσας ἐκείνοις ἀφ' ὧν ἀρξαμένη ἐς τὸ αἷμα ἐτελεύτησεν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία.

2 ΦΙΛ. Τοιγαροῦν, ὦ Λυκῖνε, καὶ ὁ Χαρῖνος αὐτὸς, εἰ βουλοίμεθα τἀληθῆ ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως ἐπράχθη ἕκαστα, παρὰ σὲ ἥμᾶς ἥκειν ἐκέλευε· καὶ τὸν Διόνικον γὰρ αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς μὲν οὐ παραγένοιτο [e]) ἅπασι, σὲ δὲ ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ γεγενημένα, καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς ἀπομνημονεῦσαι, ἅτε μὴ παρέργως τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἐν σπουδῇ ἀκροώμενον. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις [f]) ἑστιῶν ἡμᾶς ἡδίστην ταύτην ἑστίασιν, ἧς οὐκ οἶδ' ἂν τίς [g]) ἡδίων ἔμοιγε· καὶ μάλιστα ὅσῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἀναιμωτὶ ἔξω βέλους ἑστιασόμεθα· εἴτε γέροντες ἐμπαρώνη-

d) σχεδὸν] „deest in B.“ e) παραγένοιτο] „παρεγένετο B.“ Et sic *Schm.* Modo ἐκέλευσε est in Gorl. f) φθάνοις] „φθόνοις B.“ g) οὐκ οἶδ' ἂν τίς] Sic bene *Fritzsch.* Quaestst. p. 207. pro vulg. οὐκ οἶδ' ἄν τις, quae *Struvius* Lectt. Lucc. p. 251. sic mutari voluerat: ἧς οὐκ οἶδα ἥτις ἡδ. ἔμ.

Phil. E Dionico se, dicebat, audisse medico. Fuit autem, puto, ipse inter convivas Dionicus.

Lyc. Omnino: neque tamen ab initio inde omnibus ipse quoque interfuit: sed sero, media fere jam pugna, paullo ante vulnera ipse supervenit. Itaque miror, si quid satis certum dicere potuit, qui non interfuerit iis, a quibus coepta contentio in sanguinem illis exiit.

Phil. Itaque, Lycine, ipse quoque Charinus, si vera audire, et ut acta sint singula, vellemus, ad te nos ire jussit: Dionicum enim ipsum dixisse, se non interfuisse omnibus; te vero, quidquid actum sit, accurate scire, et ipsos sermones memoria complexum, quippe qui non obiter talia, sed studiose audire soleas. Itaque non effugies, quin epulo nos jucundissimo excipias: mihi quidem certe nullum eo jucundius; idque eo magis, quod sobrii in pace et sine sanguine, extra teli jactum epulabimur, sive senes

σάν[h]) τι παρὰ τὸ δεῖπνον, εἴτε νέοι, εἰπεῖν τε ὅσα ἥκιστα p. 419.
ἐχρῆν ὑπὸ τοῦ ἀκράτου προαχθέντες, καὶ πρᾶξαι.

ΛΥΚ. Νεανικώτερα ἡμᾶς, ὦ Φίλων, ἀξιοῖς ἐκφέ- 3
ρειν ταῦτα πρὸς τοὺς πολλοὺς, καὶ ἐπεξιέναι διηγουμέ-
νους[i]) πράγματα, ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ γενόμενα, δέον λήθην p. 420.
ποιήσασθαι αὐτῶν, καὶ νομίζειν ἐκεῖνα πάντα θεοῦ ἔργα
τοῦ Διονύσου εἶναι, ὃς οὐκ οἶδα· εἴ τινα τῶν αὐτοῦ ὀρ-
γίων ἀτέλεστον καὶ ἀβάκχευτον περιεῖδεν. ὅρα οὖν μὴ κα-
κοήθων τινῶν ἀνθρώπων ἢ τὸ ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα ἐξετά-
ζειν, ἃ καλῶς ἔχει[k]) ἐν τῷ συμποσίῳ καταλιπόντας
ἀπαλλάττεσθαι. μισῶ γάρ, φησι καὶ ὁ ποιητικὸς λόγος,
μνάμονα συμπόταν. καὶ οὐδὲ ὁ Διόνικος ὀρθῶς ἐποίησε
πρὸς τὸν Χαρῖνον αὐτὰ ἐξαγορεύσας, καὶ πολλὴν τὴν[l])
ἑωλοκρασίαν κατασκεδάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων· ἐγὼ δὲ,
ἄπαγε, οὐκ ἄν τι τοιοῦτον εἴποιμι.

ΦΙΛ. Θρύπτῃ[m]) ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' οὔτι γε πρὸς 4
ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς[n]) γιγνώσκων[o]) πολὺ πλέον

h) ἐμπαρῴνησαν] „Sic dedit *Solanus.* Ἐπαρῴνησαν Edd. et B." i) διηγουμένους] „διηγουμένοις marg. *Ald.* 1. W." k) ἔχει] „ἔχειν B." l) τὴν] „omittit B." m) θρύπτῃ] κρύπτῃ, et mox κρύψομαι, Cod. Par. 1041., tradente *Boissonad.* ad *Philostr.* p. 373. n) ἀκριβῶς] „ὃς ἀκριβῶς οἶδα B." Cf. not. seq. o) γιγνώσκων] „Sic B. J. *Bas.* 1. *Ald. Hag. Fr. Salm.* Γινώσκων *Fl.* Γιγνώσκοντα *Par.*

vinolento furore turbarint convivium, sive juvenes, inducti nempe a mero et dicere, quae minime opus erat, et facere.

Lyc. Nimis tu, Philo, acriter a nobis petis, ut in vulgus efferamus ista et persequamur, narrandis, quae per vinum atque ebrietatem facta sunt, cum oblivioni mandanda potius, et Dei, Bacchi, opera putanda sint omnia: qui nescio an quemquam suis orgiis non initiatum, neque operatum Bacchicis sacris, praetermittat. Vide igitur, ne maligiuorum hominum sit accurate exquirere talia, quibus in ipso convivio relictis decet discedere. Namque *Odi*, ut habet poëticum illud verbum, *convivam memorem.* Nec bene Dionicus, quod apud Charinum ista elocutus est, et hesternae coenae reliquiis perfudit viros philosophos. Ego vero, absit, ne quid dicam ejusmodi.

Phil. Delicias facis, Lycine. Sed apud me certe hoc agere non conveniebat, qui certo sciam, te multo malle

p. 420. ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι· καί μοι δοκεῖς, εἰ
p. 421. ἀπορήσειας τῶν ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονά τινα, ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθὼν, ἐκχέαι πάντα p) συνείρων ἀμυστί. εἰ γοῦν ἐθελήσω ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐκ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἕξεις q), καὶ παρακολουθήσεις, καὶ δεήσῃ r). κἀγὼ θρύψομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει s)· καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν ἄλλου αὐτὰ πευσόμενοι, σὺ δὲ μὴ λέγε.

ΛΥΚ. Μηδὲν πρὸς ὀργὴν, διηγήσομαι γὰρ, ἐπείπερ οὕτω προθυμῇ, ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς.

ΦΙΛ. Εἰ μὴ παντάπασιν ἐγὼ ἐπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτὸ, καὶ φθάσεις t) εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσει u). Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι πρῶτον εἰπὲ, τῷ παιδὶ τῷ Ζήνωνι ὁ Ἀριστaίνετος ἀγόμενος γυναῖκα, εἱστία ὑμᾶς;

Bas. 2. (et 3.)" Totum locum sic exhibet Cod. Par. 1041. a *Boissonadio* collatus. ὃς ἀκριβῶς (abjecto *γιγνώσκων*) πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν οἶδα, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. Et sic fere Gorl. nisi quod ὃ habet pro ὅς, siquidem recte referunt, qui consuluerunt. Vid. Adnott. p) *πάντα*] ἅπαντα 2955. q) ἕξεις] „restitui ex *Fl.* pro ἥξεις, quod erat in cett. et B." Ἥξεις etiam 1041. et 2955. Vid. Adnott. r) *δεήσῃ*] *δεήσει* 1041. s) *πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει*] *ἐν τῷ μέρει πρὸς σέ* 1041. t) *φθάσεις*] „*φθάσῃ Fl.*" u) *δεήσει*] Sic edidimus e 2955. pro vulg. *δεήσῃ*.

narrare hoc mihi, quam me audire; ac videris mihi, si non habeas, qui audire velint, vel ad columnam statuamve cupide accessurus, effusurusque uno spiritu connexa inter se omnia. Si proinde nunc discedere velim, non sinas me nondum auditis illis abire: sed retineas, persequaris, roges. Hic ego vicissim faciam me delicatum apud te. Et, si videtur, abeamus percontatum ista ex aliis. At tu noli dicere.

Lyc. Bona verba! Narrabo enim, quando ita cupidus es; sed ne multis dicas.

Phil. Nisi plane ego Lycini ingenium oblitus sum, ipse tu hoc melius feceris, et occupabis dicere omnibus, ne mea opera opus sit. Sed illud mihi dic prius, filione suo Zenoni Aristaenetus uxorem cum daret, convivio vos excepit?

ΛΥΚ. Οὔκ, ἀλλὰ τὴν θυγατέρα ἐξεδίδου αὐτὸς τὴν p. 421.
Κλεανθίδα τῷ Εὐκρίτου τοῦ δανειστικοῦ τῷ φιλοσοφοῦντι.

ΦΙΛ. Παγκάλῳ, νὴ Δία, μειρακίῳ, ἁπαλῷ γε μὴν p. 422.
ἔτι, καὶ οὐ πάνυ καθ' ὥραν γάμων.

ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλον ἐπιτηδειότερον, οἶμαι. τοῦτον οὖν κόσμιόν τε εἶναι δοκοῦντα, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὡρμημένον, ἔτι δὲ, μόνον ὄντα πλουσίῳ τῷ x) Εὐκρίτῳ, προείλετο νυμφίον ἐξ ἁπάντων.

ΦΙΛ. Οὐ μικρὰν λέγεις αἰτίαν τὸ y) πλουτεῖν τὸν Εὔκριτον. ἀτὰρ, ὦ z) Λυκῖνε, τίνες οἱ δειπνοῦντες ἦσαν;

ΛΥΚ. Τοὺς μὲν ἄλλους τί ἂν σοι λέγοιμι; οἱ δὲ 6
ἀπὸ φιλοσοφίας, καὶ λόγων, οὕσπερ ἐθέλεις, οἶμαι, ἀκοῦσαι μάλιστα, Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης, ὁ ἀπὸ a) τῆς στοᾶς, καὶ ξὺν αὐτῷ Δίφιλος ὁ Λαβύρινθος ἐπίκλην, διδάσκαλος ὢν οὗτος τοῦ b) Ἀριστ αινέτου υἱέος, τοῦ Ζήνωνος· τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ περιπάτου Κλεόδημος, οἶσθα τὸν στωμύλον, τὸν ἐλεγκτικόν; ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταὶ καὶ κοπίδα καλοῦσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ἕρμων παρῆν, καὶ εἰσελθόντα γε αὐτὸν, εὐθὺς ὑπεβλέποντο οἱ Στωϊκοὶ,

x) *πλουσίῳ τῷ*] „πλουσίον τε τῷ B." y) *τὸ*] „τοῦ B. sed vulgatum verum est." z) *ὦ*] „οὖν ὦ Fl." a) *ὁ ἀπὸ*] „Articulum omittit B." b) *τοῦ*] omittit B."

Lyc. Non: sed filiam ipse Cleanthidem Eucriti foeneratoris filio collocavit, philosophanti.

Phil. Pulcherrimo, ita me Jupiter! adolescentulo, sed tenero adhuc et nondum nuptiis maturo.

Lyc. Sed non habuit, puto, alium magis idoneum. Hunc igitur, qui et honestus esse videretur, et animum applicuisse ad philosophiam, insuper vero unicum in domo Eucriti divitis, sponsum praeoptavit ex omnibus.

Phil. Non parvam mihi narras caussam, Eucriti divitias. Sed convivae quinam erant, Lycine?

Lyc. Reliquos quid tibi dicam? de philosophis autem atque eruditis, quos, puto, audire cupis maxime, erat Zenothemis ille de porticu, et cum illo Diphilus cognomine Labyrinthus, Zenonis, Aristaeneti filii, magister. De Peripateticis autem Cleodemus. Nosti argutum illum et redarguendi peritum? Gladium et Falcem appellant discipuli. Verum Epicureus quoque Hermon aderat: quem

p. 423. καὶ ἀπεστρέφοντο, καὶ δῆλοι ἦσαν ὥςπερ τινὰ πατραλοίαν καὶ ἐναγῆ μυσαττόμενοι. οὗτοι μὲν Ἀριστοινέτου αὐτοῦ φίλοι, καὶ συνήθεις ὄντες, παρεκέκληντο c) ἐπὶ δεῖπνον, καὶ ξὺν αὐτοῖς ὁ γραμματικὸς Ἱστιαῖος, καὶ ὁ ῥήτωρ Διονυ-
7 σόδωρος. Διὰ δὲ τὸν νυμφίον τὸν Χαιρέαν Ἴων ὁ Πλατωνικὸς συνειστιᾶτο d), διδάσκαλος αὐτοῦ ὤν, σεμνός τις ἰδεῖν, καὶ θεοπρεπὴς, καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐπιφαίνων τῷ προςώπῳ. κανόνα γοῦν οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸν, εἰς τὴν ὀρθότητα τῆς γνώμης ἀποβλέποντες. καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, ὑπεξανίσταντο πάντες αὐτῷ, καὶ ἐδέξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων· καὶ ὅλως, θεοῦ ἐπιδημία τὸ πρᾶγμα ἦν
8 Ἴων ὁ θαυμαστὸς συμπαρών. Δέον δὲ ἤδη κατακλίνεσθαι, ἁπάντων σχεδὸν παρόντων, ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιόντων αἱ γυναῖκες ὅλον τὸν κλιντῆρα ἐκεῖνον ἐπέλαβον, οὐκ ὀλίγαι οὖσαι, καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη, πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη, ὑπὸ τῶν γυναικῶν περιεχομένη· ἐς δὲ τὸ ἀντίθυρον e) ἡ
p. 424. ἄλλη πληθὺς, ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχε. Κατ' ἀντικρὺ δὲ
z) ἐπ'] „recte L. *Fl.* J. *Par.* etc. Ἀπ' male *Ald.* et *Hag.* 2." Ἀπ' in utraque *Ald.* et in *Hag.* 1. quoque. Quod amplexus *Gesnerus* correxit Αἰθιοπίης, in quo eum secutus est *Wieland.* Vid. Adnott. a) κέραα] „Ita *Fl. Hag. Par. Salm.* etc. Κέρεα J." et cum hac etiam Cod. 2954. b) προπυλαίοισιν] „προπυλέοισι W." c) ἐμοὶ μέν νυν] Vulgo ἐμοὶ μὲν ὦν. Sed τὸ ἐμοὶ μὲν νῦν *Fl.* et W. Unde sic scripsi, ut *Herodotus* solebat, monente *Koenio* ad *Gregor.* Cor. p. 184. Eodem modo variant libri nostri infra capp. 21. 23. et 26. d) τί] τὸ scribi vult *Fritzsch.* Quaestst. p. 210. Probabilius, si corrigi oporteat, videtur ὅ, τι. e) ἐγείρουσι] „ἐγείρουσιν *Schol. Aristoph.* Vid. nott." f) φέρουσι] „Sic rursus M. cum Edd. Φορέουσι *Solan.*"

quandoquidem etiam castrationis illius caussam aliam audivi, multum fide digniorem. Placent vero mihi, quae de templo dicunt ii, qui Graecis majorem partem consentiunt, qui *nempe* Deam Junonem putant esse, opus vero a Baccho Semeles filio factum. Nempe Bacchus in Syriam venit in itinere illo suo Aethiopico. Ac sunt multa in templo Bacchi auctoris indicia; in his et vestes barbarae, et gemmae Indicae, et elephantorum cornua, quae ex Aethiopibus Bacchus attulit; et stant phalli in vestibulo duo maximi, in quibus talis est inscriptio:

HOSCE PHALLOS BACCHUS JUNONI NOVERCAE POSUI.

Mihi quidem etiam haec satis sunt. Dicam vero etiam aliud, quod est in templo Bacchi sacrum. Phallos Graeci Baccho erigunt, in quibus etiam tale quid usurpant; vi-

p. 463. δρας μικροὺς g) ἐκ ξύλου πεποιημένους h), μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. καλέονται i) δὲ τάδε νευρόσπαστα k). ἔστι δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ ἱρῷ, ἐν δεξιᾷ τοῦ νηοῦ· κάθηται σμικρὸς l)
17 ἀνὴρ χάλκεος, ἔχων αἰδοῖον μέγα. Τοσάδε μὲν m) ἀμφὶ
p. 464. τῶν οἰκιστέων τοῦ ἱροῦ μυθολογέουσι. ἤδη δὲ ἐρέω καὶ τοῦ νηοῦ πέρι, θέσιός τε ὅκως ἐγένετο, καὶ ὅστις μιν ἐποιήσατο. λέγουσι τὸν νηὸν τὸν νῦν n) ἐόντα μὴ o) ἔμμεναι τὸν τὴν ἀρχὴν γεγενημένον, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν κατενεχθῆναι χρόνῳ ὕστερον· τὸν δὲ νῦν ἐόντα Στρατονίκης ἔμμεναι ποίημα, γυναικὸς τοῦ Ἀσσυρίων βασιλῆος p). δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνη ἔμμεναι, τῆς ὁ πρόγονος ἠρήσατο q), τὸν ἤλεγξε τοῦ ἱητροῦ ἐπινοίη. ὡς γάρ μιν ἡ συμφορὴ κατέλαβε, ἀμηχανέων τῷ κακῷ, αἰσχρῷ r) δοκέοντι, κατ' s) ξυχίην ἐνόσεε. ἔκειτο δὲ ἀλγέων οὐδέν· καί οἱ ἥ τε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο, καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. ὁ

g) μικρούς] σμικρούς vult *Koen.* ad *Gregor.* Cor. p. 500. Schäf. neque id improbabiliter. h) πεποιημένους] „bene M. *Fl. Ald. Par.* etc. Πεποιημένους male J. et *Ven.* 2." i) καλέονται] „καλέεται *Schol. Aristoph.* k) νευρόσπαστα] „νευρόπαστα *Fl.* At vulgato adsentitur M." l) σμικρὸς] „μικρὸς W." m) μὲν] μιν vulg. μὴν *Reitz.* et recentt. ex *Pell.* Requiri μὲν vidit *Fritzsch.* Quaestst. p. 210. n) νῦν] „restitui ex L. et W. Πρὶν Edd." o) μὴ] „Hoc et quinque seq. omissa in W. Sed lacuna conspicitur." p) βασιλῆος] „bene pleraeque. Βασιλῆος W. Βασιλέως *Fl.*" q) ἠρήσατο] „ἠράσατο *Fl.* Nil mutat M." r) αἰσχρῷ] „αἰσχρὸν *Fl.*" s) κατ'] καθ' *Bas.* 1. et 3.

runculos parvos e ligno factos, pudenda magna habentes; vocantur autem haec neurospasta [*q. d. nervis tracta*]. Est hoc etiam in delubro. In dextra templi positus est vir parvus, cum magno veretro. Ista de conditoribus sacri narrant. Jam vero de ipsa aede dicam, et illius positione, quomodo sit facta, et quis eam aedificaverit. Ajunt, aedem, quae *nunc* sit, non esse illam ab initio statim structam, sed istam temporis injuria collapsam: quae vero nunc sit, eam Stratonices opus esse, quae uxor Assyriorum regis fuerit. Videtur autem mihi illa fuisse Stratonice, quam privignus suus amavit, quem medici deprehendit ingenium. Cum enim ille ipsum morbus invasisset, consilii expers in malo, quod turpe videretur, aegrotabat silentio. Jacebat autem sine dolore, sic tamen ut colorem plane mutaret, et corpus in dies magis illi marcesceret. At medicus, cum

δὲ ἰητρὸς, ὡς εἶδέ μιν ἐς οὐδὲν ἐμφανὲς ἀῤῥωστέοντα t), p. 464.
ἔγνω τὴν νοῦσον ἔρωτα ἔμμεναι. ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ
σημήϊα, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες, καὶ φωνὴ, καὶ χροιὴ, καὶ
δάκρυα. μαθὼν δὲ, ταῦτα ἐποίεε. χειρὶ μὲν τῇ δεξιῇ ἔχε
τοῦ νεηνίσκου τὴν καρδίην, ἐκάλεε δὲ τοὺς ἀνὰ τὴν οἰκίην
πάντας· ὁ δὲ, τῶν μὲν ἄλλων ἐξιόντων πάντων, ἐν ἠρεμίῃ
μεγάλῃ ἦν. ὡς δὲ ἡ μητρυιὴ ἀπίκετο, τήν τε χροιὴν ἠλ-
λάξατο, καὶ ἱδρώειν ἄρξατο u), καὶ τρόμῳ ἔχετο x), καὶ ἡ
καρδίη ἀνεπάλλετο. τὰ δὲ γιγνόμενα ἐμφανέα τῷ ἰητρῷ p. 465.
τὸν ἔρωτα ἐποίεε. καί μιν ὧδε ἰήσατο. Καλέσας τοῦ νεη- 18
νίσκου τὸν πατέρα, κάρτα ὀῤῥωδέοντα, ἦδε ἡ νοῦσος, ἔφη,
τὴν y) ὁ παῖς ὅδε ἀῤῥωστέει, οὐ νοῦσός ἐστι, ἀλλὰ ἀδικίη.
ὅδε γάρτοι ἀλγέει μὲν οὐδὲν, ἔρως δέ μιν καὶ φρενοβλα-
βείη z) ἔχει. ἐπιθυμέει δὲ, τῶν οὐδαμῇ τεύξεται, φιλέων
γυναῖκα ἐμὴν, τὴν ἐγὼ οὔτι μετήσομαι. ὁ μὲν ὢν τοιάδε a)
σοφίῃ ἐψεύδετο. ὁ δὲ αὐτίκα ἐλίσσετο, πρός τε σοφίης,
καὶ ἰητρικῆς, μή μοι παῖδα ὀλέσῃς· οὐ γὰρ ἐθέλων ταύτῃ

t) ἀῤῥωστέοντα] „Sic M. cum Edd. plurimis. Ἀῤῥωστέ-
οντα *Fl.* male.“ u) ἄρξατο] „Nil mutant Edd. nec M.“
x) ἔχετο] „εἴχετο *Fl.* ἴσχετο M. Forsan. ἔσχετο, ut mox.“
y) τὴν] „ἦν *Fl.* et M.“ z) φρενοβλαβείη] „φρενο-
βλαβία W.“ a) τοιάδε] τοιῇδε Edd. et M. Conj. τοιῇδε
Solan. τοιᾶδε *Conr. Reitz.* Verum vidit *Fritzsch.* Quaestst.
p. 210. corrigens τοιάδε.

videret, illum manifesto nullo morbo laborare, amorem esse ipsius morbum, cognovit. Occultati enim amoris signa multa, oculi languidi, et vox, et color, et lacrimae. Hoc cognito, ita se instituit. Dextra manu cordi adolescentis imposita, domesticos vocabat omnes. Ille aliis omnibus intrantibus tranquillus admodum erat: adveniente autem noverca, et colorem mutabat, et incipiebat sudare, et tremore corripiebatur, et cor ei palpitabat. Ista cum fierent, manifesto morbum medico prodidere. Atque ita illum sanavit. Vocato patre adolescentis vehementer anxio, *Iste morbus,* inquit, *non morbus est, sed injuria. Nihil enim ipsi dolet; sed amor illum tenet atque amentia. Concupiscit enim, quae nunquam consequetur: meam quippe uxorem amat, quam ego neutiquam dimittam.* Haec ille astu quodam commentus est. At pater statim supplicare, *Per,* inquit, *tuam sapientiam et medicinae peritiam, noli pati perire mihi fi-*

p. 465. συμφορῇ ἔσχετο b), ἀλλά οἱ ἡ νοῦσος ἀέκουσίη. τῷ σὺ μηδαμᾶ ζηλοτυπέων πένθος ἐγεῖραι c) πάσῃ βασιληΐῃ, μηδὲ ἰητρὸς ἐὼν, φθόνον d) προξενέειν e) ἰητρικῇ. ὁ μὲν ὧδε ἀγνὼς ἐὼν ἐδέετο. ὁ δέ μιν αὖτις f) ἀμείβετο, Ἀνόσια σπεύδεις, γάμον ἐμὸν ἀπαιρεόμενος, ἠδὲ ἰητρὸν ἄνδρα βιώμενος. σὺ δὲ, κῶς ἄν αὐτὸς ἔπρηξας, εἴ τοι σὴν γυναῖκα ἐπόθεε, ἐμεῦ τάδε δεόμενος; ὁ δὲ πρὸς τάδε ἔλεγε, ὡς οὐδ' αὐτὸς ἄν κοτε γυναικὸς ἐφείσατο, οὐδὲ παιδὶ σωτηρίης ἐφθόνεε, εἰ καίτοι g) μητρυιῆς ἐπεθύμεε· οὐ γὰρ ὁμοίην συμφορὴν ἔμμεναι, γαμετὴν, ἢ παῖδα ὀλέσαι. ὡς δὲ τάδε ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, Τί τοι, ἔφη, ἐμὲ λίσσεαι; καὶ
p. 466. γάρ τοι σὴν γυναῖκα ποθέει· τὰ δὲ ἔλεγον ἐγὼ, πάντα ἔην ψεύδεα. πείθεται μὲν τουτέοισι, καὶ τῷ μὲν παιδὶ λείπει καὶ γυναῖκα καὶ βασιληΐην· αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Βαβυλωνίην

b) ἔσχετο] „Sic jam et *Fl.*" c) ἐγεῖραι] Sic W. et *Fl.* pro vulg. ἔγειρε, probantibus *Koenio* ad *Gregor.* Cor. p. 423. Ed. *Schäf.*, *Schäfero* ad *L. Bos* Ellipss. p. 591. et *Bastio* ad *Gregorii* locum; qui iidem viri Critici mox etiam προξενέειν corrigi voluerunt, et ultimus quidem eorum, collatis locis infra cap. 20. σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν. et Soloecist c. 4. μὴ τοίνυν ἔτι λέγειν. d) φθόνον] Sic *Pell.*, *Koen.* ad l. l. et *Fritzsch.* l. l. pro vulg. φόνον. e) προξενέειν] Vulg. προξενέεις. Lacuna in W. Προξένεε conj. *Guyet.* Cf. supra not. ad ἐγεῖραι. f) αὖτις] αὖθις *Reitz.* et recentt., ut supra cap. 12., contra Edd. vett. auctoritatem. g) εἰ καί τοι] εἰ καὶ οἱ conj. *Fritzsch.* Quaestst. p. 210. quam vere, non definiam.

lium: nec enim volens hoc tenetur malo, sed involuntarius ei morbus est: noli ergo tua zelotypia luctum excitare regno universo; neque, medicus cum sis, invidiam conciliare medicinae. Sic ille imprudens orabat. At ita respondit medicus: *Nefarium est, quod studiose adeo petis, matrimonium mihi meum auferre, vim adhibere parans viro medico. Tu vero quid ipse facias, si tuae uxoris desiderio teneretur, qui me ista depreceris?* Ad haec ille, neque se uxori unquam parsurum, neque invisurum filio salutem, etiamsi suam is novercam amaret: non enim aequalem esse calamitatem, conjugem amittere, et filium. Haec ubi audierat medicus, *Quid ergo*, inquit, *me rogas? Tuam nempe uxorem amat. Quae vero modo dicebam, conficta erant omnia.* His ille obsecutus, et uxorem et regnum relinquit filio, ipse autem in Babyloniae regio-

χώρην ἀπίκετο, καὶ πόλιν ἐπὶ τῷ Εὐφρήτῃ h) ἐπώνυμον p. 466.
ἑωυτοῦ ἐποιήσατο, ἔνθα οἱ καὶ ἡ τελευτὴ ἐγένετο. ὧδε μὲν
ὁ ἰητρὸς ἔρωτα ἔγνω τε καὶ ἰήσατο. Ἡ δὲ i) δὴ ὧν ἡ 19
Στρατονίκη ἔτι τῷ προτέρῳ ἀνδρὶ συνοικέουσα, ὄναρ τοι-
όνδε ἐθηήσατο, ὡς μιν ἡ Ἥρη ἐκέλευε ἐγεῖραί οἱ τὸν ἐν
τῇ ἱρῇ πόλει νηόν· εἰ δὲ ἀπειθέοι, πολλά οἱ καὶ κακὰ
ἀπείλεε. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐδεμίην ὥρην k) ἐποιέετο·
μετὰ δὲ, ὡς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, τῷ τε ἀνδρὶ τὴν
ὄψιν ἀπηγήσατο, καὶ τὴν Ἥρην ἱλάσκετο, καὶ στήσειν
τὸν νηὸν ὑπεδέξατο. καὶ αὐτίκα ὑγιέα γενομένην ὁ ἀνὴρ ἐς
τὴν ἱρὴν πόλιν ἔπεμπε, σὺν δέ οἱ καὶ χρήματα, καὶ στρα-
τιὴν πολλὴν, τοὺς μὲν οἰκοδομέειν, τοὺς δὲ καὶ τοῦ ἀσφα-
λέος εἵνεκα. καλέσας δέ τινα τῶν ἑωυτοῦ φίλων, νεηνίην
κάρτα καλὸν, τῷ οὔνομα ἦν Κομβάβος, Ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ
Κομβάβε, ἐσθλὸν ἐόντα, φιλέω τε μάλιστα φίλων ἐμῶν,
καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε καὶ εὐνοίης τῆς ἐς ἡμέας,
τὴν l) δὴ ἐπεδέξαο m)· νῦν δέ μοι χρειὼ μεγάλης πίστιος·

h) Εὐφρήτῃ] „Sic *Ald.* J. *Bas.* 1. (et 3.) *Hag. Fr. Salm. Amst. Εὐφράτῃ Par.* et *Fl.*“ i) Ἡ δὲ] Ἥδε in prioribus omnibus. k) ὥρην] „Sic *Bas.* 1. et 2. Cett. ὦρην cum M.“ Pace *Reitzii* dicam, *Bas.* 1. ὦρην habet adspirate, sed *Bas.* 3. ὦρην cum leni spiritu scriptum. l) τὴν] „ἣν *Fl.* et M. frustra. Vid. ad c. 18.“ m) ἐπεδέξαο] „Sic longe plurimae. Ἐπιδείξαο *Fl.* Ἀποδέξαο M.“

nem discedit, et urbem sibi cognominem ad Euphraten condit: ubi etiam mortuus est. Sic ille medicus et deprehendit amorem, et sanavit. Haec ergo Stratonice, cum in prioris adhuc viri matrimonio esset, somnium vidit ejusmodi, quasi imperaret sibi Juno, uti templum Hierapoli sibi excitaret; si non pareret, multa illi et mala interminans. Illa initio quidem nullam ejus rationem habuit. At postea, cum magnus illam morbus invaderet, et viro enarravit visum, et Junonem placavit, et statuere aedem recepit. Cumque statim convaluisset, misit illam vir suus Hierapolin, et cum illa magnam vim pecuniae, et magnum exercitum, partim qui aedificarent, partim securitatis causa. Advocatum vero quendam amicorum suorum juvenem pulcherrimum, Combabo nomen erat, *Ego*, inquit, *Combabe, te tanquam bonum virum, amicorum, meorum maxime amo, et vehementer te laudo sapientiae pariter et benevo-*

p. 467. τῷ σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἑσπόμενον, ἔργον τέ μοι ἐπιτελέσαι, καὶ ἱρὰ τελέσαι, καὶ στρατιῆς ἐπικρατέειν· σοὶ δὲ ἀπικομένῳ ἐξ ἡμιέων τιμὴ μεγάλη ἔσεται. πρὸς δὲ[n]) τάδε ὁ Κομβάβος αὐτίκα λίσσετο[o]), πολλὰ λιπαρέων μή μιν ἐκπέμπειν, μηδὲ πιστεύειν οἱ, τὰ πολλὸν ἑωυτοῦ μέζονα χρήματα, καὶ γυναῖκα, καὶ ἔργον ἱρόν. τὰ δὲ ὀρρώδεε, μή κοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ὑστέρῳ ἐς τὴν Στρατονίκην γένοιτο, τὴν μοῦνος ἀπάξειν ἔμελλε. Ὡς δὲ οὐδαμιᾶ ἐπείθετο[p]), ὁ δὲ ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται, δοῦναί οἱ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων· μετὰ δὲ, ἀποστεῖλαί μιν, τελέσαντά τι τῶν μάλιστα ἐδέετο. τυχὼν δὲ ῥηϊδίως, ἐς τὸν ἑωυτοῦ οἶκον ἀπικνέεται, καὶ πεσὼν χαμάζε, τοιάδε ὠδύρετο[q]· Ὦ δείλαιος, τί μοι ταύτης τῆς πίστιος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; νέος μὲν ἐγὼ, καὶ γυναικὶ καλῇ ἕψομαι. τὸ δέ μοι μεγάλη συμφορὴ ἔσσεται, εἰ μὴ ἔγωγε πᾶσαν αἰτίην κακοῦ ἀποθήσομαι. τῷ με χρῆν μέγα ἔργον ἀποτελέσαι, τό μοι πάντα φόβον ἰήσεται. τάδε εἰπὼν ἀτελέα ἑωυτὸν ἐποίεε, καὶ ταμιὼν τὰ αἰδοῖα, ἐς ἀγγήϊον μικρὸν

n) δὲ] „non adgnoscit W." o) λίσσετο] „ἐλίσσετο W. recte." p) ἐπείθετο] „ἐπίθετο Fl." q) ὠδύρετο] „ὀδύρετο Fl."

lentiae in nos caussa, quam ostendisti. Jam vero magna mihi fide opus est: ideoque volo, te, uxorem comitatum meam, opus mihi perficere, et sacra facere, et exercitui cum imperio praeesse. Caeterum tibi reduci magnus a nobis honor habebitur. Ad haec Combabus statim supplicare, et multum rogare, ne se mitteret, neque commendaret sibi res multum se majores, pecunias, uxorem, opus sacrum. Partim vero metuebat, ne quando illi postea zelotypia de Stratonice oreretur, quam solus abducturus erat. Cum vero persuaderi sibi rex non pateretur, ad novam ille supplicationem conversus, septem sibi dierum tempus dari petit: postea se mitteret, ubi perfecisset, quod maxime facto opus esset. Hoc facile cum impetrasset, domum suam abit, et humi procumbens, ita suam sortem deplorat: *Miserum me, quorsum ista mihi fides? quid mihi iter, cujus jam finem prospicio? Juvenis ego, pulchram comitabor mulierem. Hoc vero magnae mihi erit calamitati, nisi omnem ego mali caussam atque obtentum*

κατέθετο, σμύρνῃ τε ἅμα, καὶ μέλιτι, καὶ ἄλλοισι θυώ- p. 467.
μασι, καὶ ἔπειτα, σφρηγῖδι r) τὴν ἐφόρεε σημηνάμενος, τὸ
τρωῦμα s) ἴητο. μετὰ δὲ, ὥς μιν ὁδοιπορέειν ἐδόκεε, ἀπι- p. 468.
τόμενος ἐς τὸν βασιλῆα t), πολλῶν παρεόντων, διδοῖ τε
ἅμα τὸ ἀγγήϊον, καὶ λέγει ὧδε· 3Ω δέσποτα, τόδε μοι μέγα
κειμήλιον ἐν τοῖσι οἰκείοισι u) ἀπεκέατο, τὸ ἐγὼ κάρτα ἐπό-
θεον. νῦν δὲ, ἐπεὶ μεγάλην ὁδὸν ἔρχομαι, παρὰ σοὶ τόδε
θήσομαι· σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν. τόδε γάρ μοι χρυ-
σοῦ βέλτερον, τόδε μοι ψυχῆς ἐμῆς ἀντάξιον. εὖτ' ἂν δὲ
ἀπίκωμαι, σῶον αὖτις x) ἀπολσομαι. ὁ δὲ δεξάμενος ἑτέρῃ y)
σφρηγῖδι z) ἐσημαίνετο, καὶ τοῖσι ταμίῃσι φρουρέειν ἐνετείλα-
το. Κομβάβος μέν νυν a) τὸ ἀπὸ τοῦδε b) ἀσφαλέα ὁδὸν 21
ἤννε· ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν, σπουδῇ τὸν νηὸν
οἰκοδόμεον, καὶ σφίσι c) τρία ἔτεα ἐν τῷ ἔργῳ ἐξεγένετο. ἐν

r) σφρηγῖδι] σφρηγίδι in prioribus. Recte infra σφρηγῖδα c. 25. et 48. Vid. ad Alexandr. c. 20. Varr. Lectt. Tom. V. p. 80. sq. s) τρωῦμα] „Sic pleraeque. Τραῦμα *Fl.* Τρῶμα M." t) βασιλῆα] „βασιλέα W. et *Fl.* male." u) οἰκείοισι] Sic W. Vulg. οἰκίοισι, minus bene. Scripsit, ni fallor, auctor οἰκηΐοισι, ut infra cap. 22. et 57. x) αὖτις] „bene M. et *Fl.* Αὖθις cett. male." Malae fidei narratio: nam eae, quas inspicere licuit, Edd. vett. omnes habent αὖτις, ut supra capp. 18. et 12. y) ἑτέρῃ] „ἑταίρῃ male W." z) σφρηγῖδι] σφρηγίδι priores, ut supra. a) μέν νυν] Vulgo μὲν ὦν. Sed in W. μὲν νῦν. Cf. supra c. 16. ibique Varr. Lectt. b) τὸ ἀπὸ τοῦδε] τοαποτοῦδε *Ald.* 1. 2. et *Hag.* c) καὶ σφίσι] καί σφισι enclitice prio-

removero. Itaque magnum pignus domi fuerat repositum, valde mihi carum. Jam mihi perficiendum opus est, quod omnem mihi metum sanet. Haec ubi dixit, ipse se mutilat, et resecta pudenda in vasculo parvo recondit cum myrrha et melle, et aromatis aliis, ac deinde suo, quem gestabat, anulo obsignat. Tum curat vulnus, et cum iter facere posse sibi videretur, accedens ad regem multis praesentibus, cum vasculum porrigit, tum ita loquitur: *Hoc mihi, Domine, pretiosissimum vero cum magnam viam ingredior, apud te illud deponam. Tu vero tutum mihi praesta: est enim auro mihi carius, et non minus, quam vita, pretiosum. Cum rediero, salvum rursus recipiam.* Ille acceptum, alioque obsignatum anulo, quaestoribus suis asservandum tradit. Combabus igitur ab eo inde tempore securum iter peregit. Delati Hierapolin diligenter

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1882

p. 468. τοῖσι ἀπέβαινε τὰ περ ὁ Κομβάβος ὀρρώδεε[d]). ἦ Στρατονίκην, γὰρ χρόνον ἐπὶ πολλὸν συνόντα μιν πόθεειν ἄρχετο[e]) · μετὰ δέ οἱ καὶ κάρτα ἐπεμήνατο. καὶ λέγουσι οἱ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει τὴν Ἥρην τουτέων αἰτίην ἐθέλουσαν γενέσθαι, Κομβάβον ἐσθλὸν μὲν ἐόντα λαθέειν μηδαμᾶ · Στρατονί-
22 κην δὲ τίσασθαι, ὅτι οὐ ῥηϊδίως τὸν νηὸν[f]) ὑπέσχειο. Ἡ
p. 469. δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐσωφρόνεε, καὶ τὴν νοῦσον ἔκρυπτε · ὡς δέ οἱ κακὸν μέζον ἠσυχίης ἐγένετο, ἐς ἐμφανὲς ἐτρύχετο, κλαίεσκέ τε δι' ἡμέρης, καὶ Κομβάβον ἀνεκαλέετο, καί οἱ πάντα Κομβάβος ἦν. τέλος δὲ, ἀμηχανέουσα τῇ συμφορῇ, εὐπρεπέα ἰκεσίην ἐδίζετο[g]). ἄλλῳ μὲν ὧν τὸν ἔρωτα ὁμολογέειν ἐφυλάσσετο, αὐτὴ δὲ ἐπιχειρέειν ἤδέετο[h]). ἐπινοέει ὧν τοιάδε · οἴνῳ ἐωυτὴν μεθύσασα, ἐς λόγους οἱ ἐλθεῖν · ἅμα δὲ οἴνῳ ἐσιόντι παῤῥησίη τε ἐσέρχεται, καὶ ἡ ἀποτυχίη οὐ κάρτα. αἰσχρὴ, ἀλλὰ τῶν πρησσομένων ἕκαστα ἐς ἀγνοίην[i]) ἀναχωρέει. ὡς δέ οἱ ἐδόκεε, καὶ ἐποίεε ταῦτα.

res. Vid. ad c. 12. Varr. Lectt. d) ὀρρώδεε] „ὀρρώδεεν *Fl.*" e) ἄρχετο] „Nihil mutant Edd. nec M. notante *Solano.*" f) νηὸν] „νεὼν W." g) ἐδίζετο] „ἐδιζῆτο W." h) ἤδέετο] „ἐδέετο male *Fl.*" Sic etiam Cod. Florent., referente *Koenio* ad *Gregor.* Cor. p. 406. et 407. Confirmat hanc formam Vat. 90. teste *Bastio* ad illum locum. Itaque fortasse scribendum *αἰδέετο.* i) ἀγνοίην] Sic *Reitz.*

aedem aedificant, tresque ipsis anni in hoc negotio effluxere. Interea acciderunt, quae Combabus metuerat. Stratonice enim illum, qui longo tempore secum versaretur, amare coepit: qui amor postea in furorem, et magnum quidem exiit. Dicunt Hierapolitani, Junonem harum rerum caussam volentem fuisse: non fugisse illam, virum bonum esse Combabum; Stratonicen autem ulcisci voluisse, quod non facile templum aedificandum suscepisset. Ac primo quidem modesta est, morbum occultat. Cum autem quietem non amplius illi malum indulgeret, manifeste afflictabat se, toto die plorabat, Combabum revocabat, omnia illi Combabus. Tandem impotens illius mali, decentem supplicandi *Combabo* occasionem quaerit. Atque alii quidem fateri amorem cavet, ipsa autem rem aggredi pudore prohibetur. Excogitat ergo illud, ut vino inebriata cum illo agat. Quippe una cum vino audacia etiam ingreditur, nec admodum turpis repulsa, sed quidquid egeris, in ignorantiam confer-

καὶ ἐπεὶ ἐκ δείπνου ἐγένοντο, ἀπικνεομένη k) ἐς τὰ οἰκήϊα, p. 469.
ἐν τοῖσι Κομβάβος αὐλίζετο, λίσσετό τε, καὶ γούνων l)
ἅπτετο, καὶ τὸν ἔρωτα ὡμολόγεε m). ὁ δὲ τόν τε λόγον
ἀπηνέως ἀπεδέκετο, καὶ τὸ ἔργον ἀναίνετο, καὶ οἱ τὴν μέ-
θην ἐνεκάλεε. n) ἀπειλούσης δὲ μέγα τι κακὸν ἑωυτὴν ἐργά-
σασθαι, δείσας, πάντα οἱ λόγον ἔξέφηνε o), καὶ πᾶσαν τὴν
ἑωυτοῦ πάθην ἀπηγήσατο, καὶ τὸ ἔργον ἐς ἐμφανὲς ἤνει-
κε p). ἰδοῦσα δὲ ἡ Στρατονίκη τὰ οὔποτε q) ἔλπετο, μανίης
μὲν οὕτω r) ἐκείνης ἔσχετο s), ἔρωτος δὲ οὐδαμῇ ἐλήθετο, ἀλλὰ p. 470.
πάντα οἱ συνεοῦσα, ταύτην παραμυθίην ἐποιέετο ἔρωτος ἀπρή-
κτοιο. ἔστι δ ἔρως οὗτος ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, καὶ ἔτι νῦν γίγνεται.
γυναῖκες Γάλλων ἐπιθυμέουσι, καὶ γυναιξὶ Γάλλοι ἐπιμαίνον-
ται, ζηλοτυπέει δὲ οὐδείς, ἀλλὰ σφίσι τὸ χρῆμα κάρτα
ἱρὸν νομίζεται. Τὰ δ' ὧν t) ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, ἀμφὶ τὴν 23
Στρατονίκην, οὐδαμᾷ τὸν βασιλῆα λέληθε, ἀλλὰ πολλοὶ
ἀπικνεόμενοι κατηγόρεον, καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπηγέοντο. ἐπὶ

et recentt. ἀγνοιῆν vett. k) ἀπικνεομένη] „ἀπικομένη W. Nihil a vulgato abit *Fl.*“ l) γούνων] „γούνον male J.“ m) ὡμολόγεε] „ὡμολόγεεν *Fl.* Vulgato favet M.“ n) ἐνεκάλεε] „ἀνεκάλεεν *Fl.* ἐπεκάλεε W.“ o) ἐξέφηνε] „ἐνέφηνε *Fl.* ἔφηνεν W.“ p) ἤνεικε] „Sic W. Ἔνεικε Edd.“ q) οὔποτε] „οὔτε *Fl.* Lege οὔκοτε, etsi οὔποτε M. cum Editionum vulgo.“ r) οὕτω] „omisit W. et *Fl.* rectius.“ s) ἔσχετο] ἀπέσχετο maluit *Jens.* frustra. Vid. *Gesner.* ad h. l., quem laudat *Wesseling.* ad *Herodot.* VII, 237. t) τὰ δ' ὧν] Sic emendavi, quod in *Ald.*

tur. Ut vero visum erat, sic agit: ac post coenam veniens in cubiculum, ubi commorabatur Combabus, supplicat illi, genua contingit, fatetur amorem. Ille averso animo sermonem illum accipit, rem recusat, ebrietatem illi objicit. Cum autem illa minaretur, magnum se sibi malum illaturam, pertimescit, totam illi rationem suam indicat, quidquid sibi accidisset, enarrat, rem ipsam aperte demonstrat. Ubi conspexit, quae nunquam speraverat, Stratonice, furor ille quidem constitit: amoris autem neutiquam obliviscitur, sed semper cum illo versata hoc habet irriti amoris solatium. Viget ejusmodi amor Hierapoli, et nunc adhuc ita fit. Amant feminae Gallos, furunt Galli in feminas, zelotypus nemo est, sed res ea valde sancta apud illos putatur. Quae igitur Hierapoli agebantur de Stratonice, ea neutiquam fugiebant regem, multis, qui inde venirent,

p. 470. τοῖσι περιαλγέων, ἐξ ἀτελέος τοῦ ἔργου Κομβάβον μετεκάλεε. ἄλλοι δὲ λέγουσι λόγον οὔτι ἀληθέα, τὴν Στρατονίκην, ἐπειδὴ ἀπέτυχε τῶν ἐδέετο, αὐτὴν γράψασαν ἐς τὸν ἄνδρα, τοῦ Κομβάβου κατηγορέειν, πείρην οἱ ἐπικαλέουσαν. καὶ τὸ Ἕλληνες Σθενεβοίης πέρι λέγουσι, καὶ Φαίδρης τῆς Κνωσσίης, ταυτὶ καὶ Ἀσσύριοι ἐς Στρατονίκην μυθολογέουσι. ἐγὼ μέν νυν [u]) οὐδὲ Σθενεβοίην πείθομαι, οὐδὲ Φαίδρην τοιάδε ἐπιτελέσαι, εἰ τὸν Ἱππόλυτον ἀτρεκέως ἐπόθεε Φαίδρη. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐχέτω ὅκως καὶ ἐγέ-
24 νετο. Ὡς δὲ ἡ ἀγγελίη ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἀπίκετο, ἔγνω τε ὁ Κομβάβος τὴν αἰτίην, θαρσέων τε ἤιε [x]), ὅτι οἱ ἡ ἀπολογίη οἵη ἐλίπετο· καί μιν [y]) ἐλθόντα ὁ βασιλεὺς αὐτίκα μὲν ἔδησέ τε καὶ ἐν φρουρῇ ἔχε [z]). μετὰ δὲ παρεόντων οἱ τῶν φίλων, τοὶ [a]) καὶ τότε πεμπομένῳ τῷ Κομβά-
p. 471. βῳ παρεγένοντο, παραγαγὼν ἐς μέσον, κατηγορέειν ἄρχετο, καί οἱ μαιχίην τε, καὶ ἀκολασίην προὔφερε· κάρτα δὲ δεινοπαθέων, πίστιν τε καὶ φιλίην ἀνεκαλέετο, λέγων

utraque, *Hag.*, *Reitz.* et *Bip.* erat τά, δ' ὧν, in *Bas.* 1. 8. et *Schm.* τάδ' ὧν. u) μέν νυν] Vulg. μὲν ὦν. Sed W. μὲν νῦν. Unde sic scripsi, ut supra capp. 16. et 21. x) ἤϊε] „beno *Fr. Par.* etc. *Fl.* ἦεν. M. ἦεν, quod verum credo." y) μιν] „μὴν male J." Sic etiam *Ald.* 2. z) ἔχε] „εἶχεν W. εἶχε *Fl.*" a) τοὶ] „οἳ male *Fl.* et W."

deferentibus, et quid fieret narrantibus. His commotus rex, imperfecto adhuc opere, Combabum arcessit. Alii hic narrant rem minime veram: Stratonicen; cum repulsae essent illius preces, ipsam scripsisse marito, accusasse Combabum, tentatae ab illo pudicitiae suae reum fecisse. Et quod de Sthenoboea sua Graeci dicunt, et Phaedra Gnossia, idem de Stratonice fabulantur Assyrii. Equidem neque Sthenoboeam credo, neque Phaedram fecisse talia, si vere amavit Phaedra Hippolytum. Verum ea ita se, uti facta sunt, habeant. Ubi vero Hierapolin nuncius venit, caussamque cognovit Combabus, cum fiducia abiit, quod domi relicta sibi esset defensio. Venientem rex statim in vincula conjectum tradit custodibus. Deinde praesentibus amicis, qui etiam tum, cum dimitteretur Combabus, aderant, productum in medium accusare occipit, et adulterium illi atque malam libidinem objicit: graviterque commotus fidem et amicitiam memorat, triplici se scelere obstringere Combabum affir-

τρισσὰ Κομβάβον ἀδικέειν, μοιχόν τε ἐόντα, καὶ ἐς πίστιν p. 471.
ὑβρίσαντα, καὶ ἐς θεὸν ἀσεβέοντα, τῆς ἐν τῷ ἔργῳ τοιάδε
ἔπρηξε. πολλοὶ δὲ παρεστεῶτες ἤλεγχον, ὅτι ἀναφανδὸν
σφέας ἀλλήλοισι συνεόντας εἶδον. πᾶσι δὲ τέλος ἐδόκεε b)
αὐτίκα θνήσκειν Κομβάβον, θανάτου ἄξια εἰργασμένον c).
Ὁ δὲ τέως μὲν ἑστήκεε, λέγων οὐδέν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἐς τὸν 25
φόνον ἦγετο, φθέγξατό τε, καὶ τὸ κειμήλιον αἴτεε d), λέ-
γων, ὡς ἀναιρέει μιν οὐχ ὕβριος οὐδὲ γάμων εἵνεκα e),
ἀλλὰ ἐκείνων ἐπιθυμέων, τά οἱ ἀπιὼν παρεθήκατο. πρὸς
τάδε ὁ βασιλεὺς καλέσας τὸν ταμίην, ἐκέλευε ἐνεῖκαι f) τά
οἱ φρουρέειν ἔδωκε. ὡς δὲ ἔνεικε g), λύσας τὴν σφρηγῖδα
ὁ Κομβάβος, τά τε ἐνεόντα ἐπέδειξε h), καὶ ἑωυτὸν ὁποῖα
ἐπεπόνθεε· ἔλεξέ τε, Ὦ βασιλεῦ, τάδε τοι ἐγὼ ὀρρωδέων,
εὖτέ με ταύτην ὁδὸν ἔπεμπες, ἀέκων ἦιον i). καὶ ἐπεί με
ἀναγκαίη μεγάλη ἐκ σέο κατέλαβε, τοιάδε ἐπετέλεσα, ἐσθλὰ
μὲν ἐς δεσπότεα, ἐμοὶ δὲ οὐκ εὐτυχέα· τοιόσδε μέντοι ἐὼν,

b) ἐδόκεε] ἐδόκεεν *Schm.* e Gorl. c) εἰργασμένον] Sic *Bas.* 1. et 3. cum Gorl. et hinc *Schm.* pro vulg. ἐργασμένον. d) αἴτεε] Vulg. ἤτεε. Sed ἄϋτεε W. Gorl. et Vat. 90. teste *Bastio* ad *Gregor.* Cor. p. 407. *Schäf.* Unde *Koenius* ibid. αἴτεε fecit, quod nos amplexi sumus. e) εἵνεκα] „ἕνεκα W." f) ἐνεῖκαι] „Ita *Fl. Fr. Bas.* 1. (et 3.) *Hag. Par.* Ἐνῆκαι J. Ἐνεῖκε M. a manu rec. g) ἔνεικε] „ἤνεικεν W. solus" h) ἐπέδειξε] „Nil varietatis invenio." i) ἦιον] „*Fl.* ἦον. M. ἤιον."

mans, qui et adulter esset, et in fidem sibi habitam contumeliosus, et in Deam impius, cujus in opere commisisset talia. Multi adstantes *eum* convincunt, quod aperte amplexantes vidissent. Tandem placet omnibus, mori statim Combabum, qui morte digna perpetrasset. At ille huc usque steterat nihil dicens. Cum vero ad supplicium jam duceudus esset, loquitur, pignus suum reposcit, interfici se dicens non contumeliae *regi illatae* aut matrimonii *illius violati* caussa, sed quod illorum cupiditate *rex* teneretur, quae discedens ipsi commendasset. Ad haec vocato quaestore rex afferri jubet, quae custodienda illi tradiderat. Cum attulisset, detracto Combabus signo, quae inerant, demonstrat, seque ipsum adeo, quomodo affectus esset; dixitque, *Haec ipsa, Rex, ego metuens, cum hoc mihi iter mandares, et ivi invitus, et cum magna abs te mihi necessitas imposita esset, hoc feci, commodum illud quidem*

p. 471. ἀνδρὸς ἐπ' ἀδικίην ἐγκαλέομαι. ὁ δὲ πρὸς τάδε θαμβώσας[k]), περιέβαλέ τέ μιν, καὶ δακρύων ἅμα ἔλεγε, Ὦ Κομ-
p. 472. βάβε, τί μέγα κακὸν εἰργάσαο[l]); τί δὲ σεωυτὸν οὕτω[m]) ἀεικέλιον ἔργον μοῦνος ἀνδρῶν ἔπρηξας; τὰ οὐ πάμπαν ἐπαινέω, ὦ σχέτλιε, ὃς τοιάδε ἔτλης, οἷα μήτε[n]) σὲ παθέειν, μήτε ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε[o])· οὐ γάρ μοι ταύτης ἀπολογίης ἔδεε. ἀλλ' ἐπεὶ δαίμων τοιάδε ἤθελε, πρῶτα μέν σοι τίσις ἐξ ἡμέων ἔσεται, αὐτέων συκοφαντέων ὁ θάνατος, μετὰ δὲ μεγάλη δωρεὴ ἀπίξεται, χρυσός τε πολλὸς, καὶ ἄργυρος ἄπλετος, καὶ ἐσθῆτες Ἀσσύριαι, καὶ ἵπποι βασιλήϊοι. ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελέος, οὐδέ τις ἀπέρξει σε ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἢν γυναικὶ ἅμα εὐνάζωμαι. τάδε εἰπέ τε ἅμα, καὶ ἐποίεε. καὶ οἱ μὲν αὐτίκα ἐς φόνον ἤγοντο· τῷ δὲ τὰ δῶρα ἐδίδοτο[p]), καὶ ἡ φιλίη μέζων ἐγεγόνεε. ἐδόκεε δὲ οὐδεὶς ἔτι Ἀσσυρίων Κομβάβῳ σο-
26 φίην καὶ εὐδαιμονίην εἴκελος. Μετὰ δὲ, αἰτησάμενος ἐκτε-

k) θαμβώσας] ἀμβώσας (pro ἀναβοώσας) scribi maluit *Valckenar.* ad *Herodot.* VII, 18. l) εἰργάσαο] „Sic jam *Fl. Fr.* J. *Par.* etc. cum M." m) οὕτω etc.] „Hoc ad ἀνδρῶν usque aliena manus explevit in W. ubi lacuna erat." n) μήτε] μή τι *Hag.* o) ὤφελε] „ὄφελλεν W. ὤφελεν *Fl.*" p) ἐδίδοτο] Vulgatum vitium ἐδέδοτο correxi ad mentem *Fritzschii* Quaestst. p. 210. quod idem factum in eadem caussa Necyom. c. 14. et Somn. c. 3., hic ad sententiam *Hemsterhusii*, illic etiam Codd. jubentibus.

domino, mihi vero minime secundum. Talis tamen cum sim, facinoris, quod non nisi vir committere potest, reus sum. At ille obstupefactus ad haec, complexus illum cum lacrimis dixit: *Quod tibi tantum, Combabe, malum intulisti? Quod in te tam incredibile facinus solus virorum designasti? Non omnino laudo ista, miser, qui ea sustineris, quae utinam neque tu passus esses, neque ego vidissem! Hac enim defensione mihi opus non erat. Sed quandoquidem haec fortuna voluit, primo quidem hoc tibi a me ultionis caussa dabitur, mors delatorum: postea donum veniet magnum, aurumque multum, et argentum immensum, et vestimenta Assyria, et equi regii. Intrabis ad nos, nemine intro nuntiante; neque quisquam a nostro te conspectu arcebit, neque si cum uxore jaceam.* Haec dixit simul et fecit. Illi statim ducuntur ad supplicium; huic munera tribuuntur, et major fit amicitia. Neque vi-

λέσαι τὰ λείποντα τῷ νηῷ, (ἀτελέα γάρ μιν ἀπολελοίπεεν q)) p. 472.
αὖτις r) ἐπέμπετο, καὶ τόν τε νηὸν ἐξετέλεσε, καὶ τὸ λοιπὸν αὐτοῦ ἔμενε. ἔδωκε δέ οἱ ὁ βασιλεὺς ἀρετῆς τε καὶ εὐεργεσίης εἵνεκα s), ἐν τῷ ἱρῷ ἑστάναι χάλκεον· καὶ ἔστη t) ἐς τιμὴν ἐν τῷ ἱρῷ Κομβάβος χάλκεος, Ἑρμοκλέους τοῦ Ῥοδίου ποίημα, μορφὴν μὲν οἵοιή γυνή, ἐσθῆτα δὲ ἀνδρηίην ἔχει. λέγεται δὲ τῶν φίλων τοὺς μάλιστά οἱ εὐνοέοντας, ἐς παραμυθίην τοῦ πάθεος, κοινωνίην ἑλέσθαι τῆς συμφορῆς. ἔτεμον γὰρ ἑωυτοὺς, καὶ δίαιταν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ διαιτέοντο. ἄλλοι δὲ ἱρολογέουσι u) ἐπὶ τῷ πρήγματι, λέγοντες, ὡς ἡ Ἥρη φιλέουσα Κομβάβον, πολλοῖσι τὴν p. 473.
τομὴν ἐπὶ νόον ἔβαλλε x), ὅκως μὴ μοῦνος ἐπὶ τῇ ἀνάν- 27
δρηίῃ λυπέοιτο. Τὸ δὲ ἔθος τοῦτο ἐπειδὴ ἅπαξ ἐγένετο, ἔτι νῦν μένει, καὶ πολλοὶ ἑκάστου ἔτεος ἐν τῷ ἱρῷ τάμνονται καὶ θηλύνονται, εἴτε Κομβάβον παραμυθεόμενοι y), εἴτε καὶ Ἥρῃ χαριζόμενοι z). τάμνονται δ' ὧν, ἐσθῆτα δὲ

q) ἀπολελοίπεεν] Sic W. Sed vulg. ἀπολέλοιπε, et ἀπολέλοιπεν Fl. r) αὖτις] Sic tandem Bip. et Schm. cum Edd. vett. pro αὖθις, quod et hic Reitzii festinantia scripsit. Vid. Adnott. s) εἵνεκα] „ἕνεκα Edd. et M. male." t) ἔστη] ἔστι Bas. 3. u) ἱρολογέουσι] „recte M. Ἱερολογέουσι Edd." x) ἔβαλλε] ἔβαλεν Schm. e Gori. y) παραμυθεόμενοι] „παραμηθ. male J." Sic et Ald. 2. z) χαριζόμενοι] Vulg. χαριζεόμενοι. W. χαρίζονται. Cor-

detur Assyriorum quisquam consapientia par Combabo aut felicitate. Postea cum petiisset, *ut liceret sibi*, quae deerant templo, perficere, (imperfectum enim reliquerat) denuo dimittitur, perficit templum, et reliquo tempore ibi manet. Tribuit ipsi hoc etiam rex virtutis et bene factorum caussa, uti aeneus in templo staret. Stabat, *inquam*, honoris caussa in templo Combabus aeneus, Hermoclis Rhodii opus, forma qualis mulier, vestitum autem habet virilem. Dicitur porro, amicorum benevolentissimos, consolandi illius casus gratia, in communionem jacturae illius venisse. Exsecuerunt nempe se ipsi, et eandem, quam ille, vivendi rationem elegerunt. Alii Deos admiscent negotio, ac dicunt, adamatum a Junone Combabum: hanc multis illam castrandi se mentem injecisse, ne solus ademtam sibi virilitatem graviter ferret. Interim ille mos, postquam semel susceptus est, etiam manet, multique singulis annis in templo exsecant se et effeminant, sive Com-

p. 473. οὐδε[a]) οὐκ ἔτι ἀνδρήϊην ἔχουσι, ἀλλὰ[b]) εἵματά τε γυναικήϊα φορέουσι, καὶ ἔργα γυναικῶν ἐπιτελέουσι. ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουον, ἀνακέαται καὶ τουτέων ἐς Κομβάβον ἡ αἰτίη. συνενείχθη γάρ οἱ καὶ τάδε. ξείνη γυνὴ ἐς πανήγυριν ἀπικομένη, ἰδοῦσα καλόν τε ὄντα, καὶ ἐσθῆτα ἔτι ἀνδρήϊην ἔχοντα, ἔρωτι μεγάλῳ ἔσχετο[c]). μετὰ δὲ, μαθοῦσα ἀτελέα ἐόντα, ἑωυτὴν διεργάσατο. ἐπὶ τοῖσι Κομβάβος ἀθυμέων, ὅτι οἱ ἀτυχέως τὰ ἐς Ἀφροδίτην ἔχει, ἐσθῆτα γυναικηΐην ἐνεδύσατο[d]), ὄχως μηκέτι ἑτέρη γυνὴ ἴσα ἐξαπατέοιτο. ἥδε αἰτίη Γάλλοισι στολῆς θηλείης[e]). Κομβάβου μέν μοι[f]) πέρι[g]) τοσάδε εἰρήσθω. Γάλλων δὲ αὖτις[h]) ἐγὼ λόγῳ ὑστέρῳ μεμνήσομαι, τομῆς τε αὐτέων, ὄχως τάμνονται, καὶ ταφῆς, ὁκοίην θάπτονται, καὶ ὅτεν. εἵνεκα ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ ἐσέρχονται· πρότερον δέ μοι θυμὸς εἰπεῖν θέσιός τε πέρι τοῦ νηοῦ, καὶ μεγάθεος· καὶ δῆτα ἐρέω.

rexi, ut jam voluerat *Reitz.* a) οἵδε] „Sic Edd. et M.“ b) ἀλλὰ] καὶ addunt vulgo Edd., omittunt rectius Codd. W. et Gorl., uncis inclusit *Schm.* c) ἔσχετο] An scripsit auctor ἴσχετο, passiva vi? aut poterat etiam ἔχετο. d) ἐνεδύσατο] „restitui ex M. et *Salm.* Ἐνεδήσατο cett. male.“ Excipe *Bas.* 1. et 3., ubi bene ἐνεδύσατο. e) θηλείης] θηλέης maluit *Koen.* ad *Gregor.* Cor. p. 440. *Schäf.* ut supra c. 15. et infra c. 51. f) μέν μοι] „μέντοι *Fl.* male. Vulgatum firmat M.“ g) πέρι] „omittit W. et *Fl.*“ h) αὖτις] αὖθις *Reitz.* et recentt. constat lectio restituta in Edd.

babi consolandi caussa, sive gratum Junoni ut faciant. Exsecant certe. Verum hi vestitum non amplius virilem habent, sed et vestimenta gestant muliebria, et opera mulierum faciunt. Quantum audivi, etiam horum origo ad Combabum refertur. Nam usu illi venerunt et ista. Peregrina mulier, in conventum *sacrum* quae venisset, conspecto homine ita pulchro et vestito viriliter, magno illius amore exarsit: post cum comperisset mutilum esse, ipsa se interemit. Ob haec graviter ferens Combabus, sibi infeliciter adeo succedere Venerem, muliebrem vestem sumsit, ne alia amplius mulier ea ratione deciperetur. Haec caussa Gallis vestitus feminei. Ac de Combabo ista mihi dicta sunto. Gallorum autem deinde procedente sermone mentionem faciam, et castrationis illorum, *hoc est*, quomodo castrentur, et sepulturae, qua sepeliantur, et cujus rei caussa in templum non ingrediantur. Prius autem co-

Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ἐν τῷ τὸ ἱρὸν ἵδρυται, λόφος ἐστὶ, p. 473.
κέαται δὲ κατὰ μέσον μάλιστα τῆς πόλιος· καὶ οἱ τείχεα 28
δοιὰ περικέαται. τῶν δὲ τειχέων τὸ μὲν ἀρχαῖον, τὸ δὲ
οὐ πολλὸν ἡμέων πρεσβύτερον. τὰ δὲ προπύλαια τοῦ ἱροῦ
ἐς ἄνεμον Βορέην ἀποκέκριναι[i]), μέγαθος ὅσον τε ἑκα-
τὸν[k]) ὀργυιέων. ἐν τούτοισι τοῖσι προπυλαίοισι καὶ οἱ p. 474.
φαλλοὶ ἑστᾶσι, τοὺς Διόνυσος ἑστήσατο, ἡλικίην καὶ οἵδε[l])
τριηκοσίων ὀργυιέων. ἐς τουτέων τὸν ἕνα φαλλὸν ἀνὴρ
ἑκάστου ἔτεος δὶς ἀνέρχεται, οἰκέει τε ἐν ἄκρῳ τῷ φαλλῷ
χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων. αἰτίη δέ οἱ τῆς ἀνόδου ἥδε λέγεται·
οἱ μὲν πολλοὶ νομίζουσι ὅτι ὑψοῦ τοῖσι θεοῖσι ὁμιλέει, καὶ
ἀγαθὰ ξυμπάσῃ[m]) Συρίῃ αἰτέει· οἱ δὲ τῶν εὐχωλέων[n])
ἀγχόθεν ἐπαΐουσι. ἄλλοισι δὲ δοκέει καὶ τάδε Δευκαλίωνος
εἵνεκα ποιέεσθαι, ἐκείνης ξυμφορῆς μνήματα, ὁκότε οἱ ἄνθρω-
ποι ἐς τὰ οὔρεα καὶ ἐς τὰ περιμήκεα τῶν δενδρέων ἥεισαν[o]),

vett. i) ἀποκέκριναι] „Sic M. *Fl. Vat.* 2. *Par. Hag.* etc. *Ἀποκέκριται* J. et marg. *Ald.* 1.“ Cum J. facit Gorl. Unde *Schmied.* conj. *ἀποκέκλιται*, collato loco *Arrian. Exped. Alex.* V, 6, 1. *Ἀποκέκλινται* etiam *Saager.* Diar. Class. Vol. XIX. p. 31. Utrumque satis probabile. k) ἑκατὸν] De hoc et, qui mox sequitur, numero vid. Adnott. l) καὶ οἵδε] „Et sic M. cum Edd.“ m) ἀγαθὰ ξυμπάσῃ] Vulgo *ἀγαθὰ πάσῃ*. Sed *ξὺν πάσῃ* sine *ἀγαθὰ Fl.* et Gorl. Et *ἀγ. ξὺν ἁπάσῃ* W. Ex his inter se conciliatis edidi, ut jam conjecerat *Reitzius.* n) εὐχωλέων] „bene *Salm.* et *Amst. Εὐχολέων* cett. et M. prave.“ o) ἥεισαν] „ἦσαν W.“

gito de positione templi et magnitudine dicere: et jam dico. Locus ipse, in quo sacrum constitutum est, collis est. Jacet autem in media urbe, et duplici muro est circumdatus. Murorum alter antiquus est, alter non multum aetate nostra superior. Vestibulum templi in Boream ventum porrectum est, centum circiter passuum magnitudine. In hoc vestibulo etiam stant phalli, quos Bacchus statuit, iique altitudine tricenorum passuum. In horum unum phallum vir singulis annis bis ascendit, moraturque in summo phallo tempus septem dierum. Caussa illi hujus ascensionis ista memoratur. Vulgus putat, in alto illum versari cum Diis, et bona petere toti Syriae, eosque sic e propinquo audire preces. Alii haec etiam Deucalionis caussa fieri autumant, in memoriam illius calamitatis, cum homines in montes et arborum altissimas

p. 474. τὸ πολλὸν ὕδωρ ὀρρωδέοντες. ἐμοὶ μέν νυν p) καὶ τάδε ἀπίθανα. δοκέω γε μὲν Διονύσῳ σφέας καὶ τάδε ποιέειν. συμβάλλομαι δὲ τουτέοισι. φαλλοὺς ὅσοι Διονύσῳ ἐγείρουσι q), ἐν τοῖσι φαλλοῖσι καὶ ἄνδρας ξυλίνους κατίζουσι r)· ὅτεν μὲν εἵνεκα, ἐγὼ οὐκ ἐρέω. δοκέει δ' ὦν
p. 475. μοι καὶ ὅδε ἐς ἐκείνου μίμησιν τοῦ ξυλίνου ἀνδρὸς ἀνέρχε-
29 σθαι s). Ἡ δέ οἱ ἄνοδος τοιήδε. σειρῇ μακρῇ t) ἑωυτόν τε ἅμα, καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει· μετὰ δὲ, ἐπιβαίνει ξύλων προσφυῶν τῷ φαλλῷ, ὁκόσον ἐς χώρην ἄκρου ποδός· ἀνιὼν δὲ ἅμα ἀναβάλλει τὴν σειρὴν ἀμφοτέρωθέν, ὅκωσπερ ἡνιοχέων. εἰ δέ τις τόδε μὲν οὐκ ὄπωπε, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας, ἢ ἐν Ἀραβίῃ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἄλλοθί κου u), οἶδε τὸ λέγω. ἐπεὰν δὲ ἐς τέλος ἵκηται τῆς ὁδοῦ, σειρὴν ἑτέρην ἀφεὶς, τὴν αὐτὸς ἔχει, μακρὴν ταύτην, ἀνέλκει τῶν οἱ θυμὸς, ξύλα, καὶ εἵματα, καὶ σκεύεα· ἀπὸ τῶν ἔδρην

p) μέν νυν] μὲν ὦν vulgo. Μὲν νῦν W. et Gorl. Unde genuinam lectionem restitui, ut supra jam aliquoties. q) ἐγείρουσι] „ἀγείρουσι W. perperam." Totum hunc locum, male olim sic dispositum: συμβάλλομαι δὲ τουτέοισι φαλλοὺς, ὅσοι Διονύσῳ ἐγείρουσι, ἐν τοῖσι φαλλοῖσι κ. ἄ. ξ. κ. *Micyllus* jam et *Gesnerus* in interpretationibus suis, *Reitzius* autem et recentt. in textu castigaverant. r) κατίζουσι] „recte J. *Hag.* *Fl. Fr.* cum W. Καθίζουσι male *Bas.* I. (et 3.) *Par. Salm.*" s) ἀνέρχεσθαι] „ἀνέρχεται M. Vulgatum probat *Fl.*" t) μακρῇ] μικρῇ conj. *Kuster.* u) ἄλλοθί κου] „Et sic *Fl.* cum J. *Par.* etc."

aquarum multarum metu ascenderunt. Mihi quidem ista quoque parum probabilia, ac puto, illos haec etiam Baccho facere. Conjicio autem inde, Phallos quotquot Baccho erigunt, iidem ligneos in phallis viros collocant: cujus rei causa, non dixerim equidem. Videtur ergo mihi illius ligniei viri imitatione hic ascendere. Porro ascensus est ejusmodi. Catena longa se pariter ac phallum circumdat. Postea inscendit ligna phallo affixa, ea magnitudine, quae extremum pedem recipiat. Quantum vero ascendit, tantum utrinque, aurigantis gestu, catenam in altum rejicit. Si quis vero hoc non vidit, vidit autem illos, qui palmas conscendunt in Arabia, aut in Aegypto, aut alio quocunque loco, idem, quod dico, intelligit. Cum autem ad finem viae pervenit, fune demisso alio, quem secum habet, longo illo quidem, sursum trahit, quae vult, ligna, et ve-

συνδέων, ὀκοίην καλιὴν, ἰζάνει. μίμνει τε χρόνον, τῶν x) p. 475.
εἶπον ἡμερέων. πολλοὶ δὲ ἀπικνεόμενοι, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, οἱ δὲ χαλκὸν κομίζουσι y)· εἶτ' ἀφέντες ἐκείνου πρόσθε κείμενα, ἀπιᾶσι, λέγοντες τὰ οὐνόματα ἕκαστος. παρεστεὼς δὲ ἄλλος, ἄνω ἀγγέλλει· ὁ δὲ δεξάμενος τοὔ- p. 476.
νομα, εὐχωλὴν ἐς ἕκαστον ποιέεται· ἅμα δὲ εὐχόμενος, κροτέει ποίημα χάλκεον, τὸ ἀείδει μέγα καὶ τρηχὺ, κινεόμενον. εὕδει δὲ οὐδαμῆ. ἢν γάρ μιν ὕπνος ἕλῃ ποτὲ z), σκορπίος ἀνιὼν ἀνεγείρει τε, καὶ ἀεικέα ἐργάζεται, καί οἱ ἥδε ἡ ζημίη τοῦ ὕπνου ἐπικέαται a). τὰ μὲν ὧν ἐς τὸν σκορπίον μυθέονται, ἱρά τε καὶ θεοπρεπέα· εἰ δὲ ἀτρεκέα ἐστὶ, οὐκ ἔχω ἐρέειν. δοκέει b) δέ μοι, μέγα ἐς c) ἀγρυπνίην συμβάλλεται καὶ τῆς πτώσιος ἡ ὀρρωδίη. φαλλοβατέων μὲν δὴ πέρι τοσάδε d) ἀρκέει. ὁ δὲ νηὸς ὁρέει μὲν ἐς Ἥλιον ἀνιόντα. Εἶδος δὲ, καὶ e) ἐργασίην ἐστὶ, ὀκοί- 30

x) τῶν] „restitui ex W. Τὸν Edd. et M. male." y) κομίζουσι] „τὰ νομίζουσιν εἰς ἐκεῖνον πρόσθε κείμενον κατίασι W. et *Fl.*" E *Schmiederi* silentio colligo, Gorl. Codicem cum vulgatis conspirare. Sic nihil illa respiciam, quae discrepant. z) ποτὲ] „Nil mutant Edd. et M." a) ἐπικέαται] ἐπικέεται M. *Fl. Reitz.* et *Bip.* In cett. Edd. vett. et Cod. Gorl. ἐπικέαται eadem ratione, quam servavimus capp. 6. et 8. Etiam *Schm.* h. l. restituit ἐπικέαται. Vid. Adnot. ad c. 6. b) δοκέει] Sic vulgo. Sed δοκέειν, monente *Solano*, scripserunt *Reitz.* et recentt. Cf. init. huj. libelli ibique notata. c) μέγα ἐς] „ἐς μέγα W. male." d) τοσάδε] Sic W. et Gorl. pro vulg. τοσαῦτα. e) καὶ] „omittunt W. et *Fl.*"

ztes, et vasa: e quibus sede colligata, quasi nido quodam, ibi desidet, manetque tempore dierum, quos dixi. Advenientes autem multi aurum et argentum, quidam vero aes afferunt: deinde in conspectu illius posita relinquunt, indicato suo quisque nomine. Adstans vero alius sursum nuntiat; ille vero, accepto nomine, preces pro unoquoque nuncupat: inter precandum sonum edit instrumento aeneo, quod, ubi movetur, magnum quiddam canit et asperum. Dormit neutiquam. Si enim somnus illi aliquando obrepat, scorpius ascendens et excitat illum, et magno malo afficit: haec ei poena somni proposita est. Quae igitur de scorpio narrant, ea sacra sunt et religiosa: utrum sint vera, dicere non habeo. Ut mihi videtur, multum etiam ad vigilandum confert ille metus cadendi. De illis phallorum conscensoribus haec sufficiant. Templum spectat in Solem

p. 476. ους νηοὺς ἐν Ἰωνίῃ ποιέουσι. ἔδρη μεγάλη ἀνέχει ἐκ γῆς f) μέγαθος ὀργυιέων δυοῖν, ἐπὶ τῆς ὁ νηὸς ἐπικέαται g). ἄνοδος ἐς αὐτὸν h) λίθου πεποίηται, οὐ κάρτα μακρή. ἀνελθόντι δὲ θωῦμα μὲν καὶ ὁ πρόνηος μέγα παρέχεται, θύρῃσί τε i) ἤσκηται χρυσείῃσιν k)· ἔνδοθε δὲ ὁ νηὸς χρυ-
p. 477. σοῦ τε πολλοῦ ἀπολάμπεται, καὶ ἡ ὀροφὴ πᾶσα χρυσέη. ἀπόζει δὲ αὐτοῦ ὀδμὴ ἀμβροσίη, ὁκοίη λέγεται τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης. καί σοι τηλόθεν ἀνιόντι προσβάλλει πνοιὴν κάρτα ἀγαθήν· καὶ ἢν αὖτις l) ἀπίῃς, οὐδαμῆ λείπεται, ἀλλά σευ τά τε εἵματα ἐς πολλὸν ἔχει τὴν πνοιὴν, καὶ σὺ
31 ἐς πάμπαν m) αὐτῆς μνήσεαι. Ἔνδοθεν δὲ ὁ νηὸς οὐκ n) ἁπλόος ἐστὶ, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ o) θάλαμος ἄλλος πεποίηται. ἄνοδος καὶ ἐς τοῦτον ὀλίγη· θύρῃσι δὲ οὐκ ἤσκηται, ἀλλ' ἐς ἀντίον ἅπας ἀναπέπταται. ἐς μὲν ὧν p) τὸν μέγαν νηὸν

f) ἐκ γῆς] „recepi ex L. Ἐκ τῆς Edd. et M.“ Ἐκτὸς jam conjecerat *Guyet.* sed felicius *Gesn.* ἐκ γῆς. g) ἐπικέαται] Sic *Schm.* recte cum plerisque Edd. vett. et Gorl. Ex arbitrio *Solanus*, invitus autem ipse *Reitzius*, correxerunt ἐπικέεται, et hos secuti *Bipontini.* Ἀποκέαται *Par.* ἀπικέαται *Hag.* Vid. supra. h) αὐτὸν] „recepi ex W. et *Fl.* Αὐτὴν cett. male.“ i) τε] „Sic Edd. et M. Lege γάρ.“ k) χρυσέῃσιν] „restitutum ex W. Χρυσέοισι Edd. priores.“ l) αὖτις] „αὖθις *Par.*“ m) πάμπαν] „Nil mutant *Fl.* et M. etc.“ n) οὐκ] „οὐχ marg. *Bas.* 1. frustra.“ o) ἐν αὐτῷ] ἐς τοῦτον *Bas.* 3. et mox ἐν αὐτῷ pro ἐς τοῦτον ead. Ed. imprudentiae culpa. p) ὧν] „recte W. ut semper in hoc libello. Οὖν Edd. exceptis *Bas.* 1. 2. (et 3.) quae ὦν.“

orientem. Specie est atque opere illo, qualia in Ionia templa aedificant. Eminet e solo crepido magna, passuum duorum altitudine, in qua aedes imposita est. Ascensus in illam e lapide factus non sane latus. Ascendenti spectaculum magnum etiam atrium templi praebet: et valvis aureis excultum est. Intus autem aedes auroque multo relucet, et lacunar totum est aureum. Sentitur autem hic divinus odor, qualis dicitur regionis Arabiae, qui e longinquo ascendenti spiritum inhalat optimum; et si inde discesseris, non deserit; quin et vestimenta tua diu servant odorem; et ipsi tibi semper obversabitur. Intus vero aedes non simplex est, sed thalamus in ea factus alius. Ascensus etiam in hunc parvus. Valvis non est ornatus, sed totus ex adverso *venien-*

πάντες ἐςέρχονται q)· ἐς δὲ τὸν θάλαμον οἱ ἱρέες μοῦνον r). p. 477.
οὐ μέντοι πάντες ἱρέες, ἀλλὰ τοὶ s) μάλιστα ἀγχίθεοί τέ
εἰσι, καὶ τοῖσι πᾶσα ἐς τὸ ἱρὸν μέλεται θεραπείη. ἐν δὲ
τῷδε t) ἔαται τὰ ἕδεα, ἥτε Ἥρη, καὶ u) τὸν αὐτοὶ Δία
ἐόντα ἑτέρῳ οὐνόματι κληΐζουσι. ἄμφω δὲ χρύσεοί τέ
εἰσι, καὶ ἄμφω ἕζονται· ἀλλὰ τὴν μὲν Ἥρην λέοντες φέ- p. 478.
ρουσι x)· ὁ δὲ ταύροισι y) ἐφέζεται. καὶ δῆτα τὸ μὲν τοῦ
Διὸς ἄγαλμα, ἐς Δία πάντα ὁρῇ, καὶ κεφαλὴν, καὶ εἵ-
ματα z), καὶ ἕδρην· καί μιν οὐδὲ ἐθέλων ἄλλως εἰκάσεις.
Ἡ δὲ Ἥρη σκοπέοντί τοι a) πολυειδέα μορφὴν ἐκφανέει. 32
καὶ τὰ b) μὲν ξύμπαντα ἀτρεκέϊ c) λόγῳ Ἥρη ἐστί· ἔχει
δέ τι καὶ Ἀθηναίης, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Σεληναίης, καὶ
Ῥέης, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Νεμέσιος, καὶ Μοιρέων. χειρὶ
δὲ τῇ μὲν ἑτέρῃ σκῆπτρον ἔχει, τῇ ἑτέρῃ δὲ ἄτρακτον.
καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει, καὶ πῦργον, καὶ

q) ἐ/ςέρχονται] „Recte sic emendatum in M. Εἰςέρχονται Edd. male.“ r) μοῦνον] „omisit *Fl.* Adest in cett. et M.“ Sed scribendum videtur μοῦνοι. s) ἀλλὰ τοὶ] „οἳ (pro τοὶ) *Fl.* et M. ac mox οἵσι, frustra.“ Edidit autem *Reitz.* et cum eo recentt. ἀλλά τοι. Castigatius Edd. vett., ut nos. t) ἐν δὲ τῷδε] „bene *Fl.* M. *Par.* (etc.) Ἐν δὲ δὲ τῷ J.“ u) καὶ] omisit *Bas.* 3. x) φέρουσι] Sic probata exempla M. Gorl. et *Fl.* Vulg. φορέουσι. Cf. cap. 15. y) ταύροισι] Sic Edd. vett. pleraeque. Ταύροισιν *Fl. Reitz.* et recentt. Ταῦροισι male J., quod ad accentum, solum attinet. z) εἵματα] „Sic W. Ὄμματα Edd.“ a) τοι] σοι maluit *Solan.* b) τὰ] τῷ Gorl. c) ἀτρεκέϊ] de meo scripsi pro vulg.

tibus apertus. In magnum ergo templum ingrediuntur omnes; in thalamum vero soli sacerdotes, ac ne sacerdotes quidem omnes; sed ii, qui proximi censentur Diis, et quibus omnis administratio sacrorum curae est. In hoc collocata sunt signa, tum Junonis, tum quem, Jupiter cum sit, alio ipsi nomine appellant. Ambo aurei, ambo sedent. Verum Junonem leones ferunt: alter tauris insidet. Nempe Jovis simulacrum Jovem refert per omnia, capite, vestibus, throno, nec, etiamsi velis, alii ipsum assimules. Verum Juno multiplicem considerantibus formam offert. Universim, ut vere dicam, Juno est. Sed habet aliquid etiam Minervae, et Veneris, et Lunae, et Rheae, et Dianae, et Nemesis, et Parcarum. Manu altera sceptrum tenet, colum altera: et in capite gerit radios et turrim; et cestum *habet*, quo solam Caelestem *Venerem* ornant. Extra vero et aliud

p. 478. κεστὸν, τῷ μούνην τὴν Οὐρανίην κοσμέουσι. ἔκτοσθε δέ οἱ χρυσός τε ἄλλος περικέαται d), καὶ λίθοι κάρτα πολυτελέες, τῶν οἱ μὲν λευκοὶ, οἱ δὲ ὑδατώδεες e), πολλοὶ δὲ πυρρώδεες. ἔτι δὲ ὄνυχες οἱ Σαρδῶοι πολλοὶ, καὶ ὑάκινθοι, καὶ σμάραγδοι, τὰ φέρουσι f) Αἰγύπτιοι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰθίοπες, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἀρμένιοι, καὶ Βαβυλώνιοι. τὸ δὲ δὴ μέζονος λόγου ἄξιον, τοῦτο ἀπηγήσομαι· λίθον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φορέει, λυχνὶς καλέεται, οὔνομα δέ οἱ τοῦ ἔργου g) ἡ συντυχίη. ἀπὸ τούτου ἐν νυκτὶ σέλας πολλὸν ἀπολάμπεται, ὑπὸ δέ οἱ καὶ ὁ νηὸς ἅπας, οἷον
p. 479. ὑπὸ λύχνοισι, φαείνεται. ἐν ἡμέρῃ δὲ τὸ μὲν φέγγος ἀσθενέει. ἰδέην δὲ ἔχει κάρτα h) πυρώδεα i). καὶ ἄλλο θωυμαστόν ἐστι ἐν τῷ ξοάνῳ. ἢν ἑστεὼς k) ἀντίος ἐσορέῃς, ἐς σὲ ὁρᾷ· καὶ μεταβαίνοντι τὸ βλέμμα ἀκολουθέει, καὶ ἢν
33 ἄλλος ἑτέρωθεν ἱστορέῃ l), ἴσα καὶ ἐς ἐκεῖνον ἐκτελέει. Ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοτέρων ἕστηκε ξόανον ἄλλο χρύσεον, οὐδαμᾶ

ἀτρεκέει. d) περικέαται „Et sic jam *Fl.* cum cett.“ e) ὑδατώδεες] „Vid. nott.“ f) φέρουσι] Sic omnes ante *Reitz.* libri. Φορέουσι tamen *Solan.*, *Reitz.* et *Bip.* Sed bene vulgatam restituit *Schm.* Cf. modo c. 10. et 13. g) ἔργου] „ὄρχου W. Sed in marg. est ἔργου.“ h) κάρτα] „M. *Fl.* aliaeque recte. Χάρτα J. male.“ i) πυρώδεα] „Sic et *Fl.* cum cett. Πυρρώδεα W.“ k) ἑστεὼς] „Ἑστέως *Bas.* 1. Sed *Bas.* 2. cum *Fl. Par.* etc. vulgatum servat.“ Imo *Bas.* 1. cum 3. recte habet ἑστεώς. l) ἱστορέῃ] „Nil mutare Edd. et M. addit *Solanus.* Ἐσορέῃ forsan.“ Vid. tamen Adnott.

aurum circumpositum est, et gemmae valde pretiosae, quarum aliae albae, aquei coloris aliae, multae etiam ignei. Insuper vero Sardae onyches multae, et hyacinthi et smaragdi, quas Aegyptii ferunt, et Indi, et Aethiopes, et Medi, et Armenii, et Babylonii. Quod autem magis commemoratu dignum est, illud enarrabo. Gemmam in capite fert, quae lychnis vocatur: nomen illi res ipsa dedit. Ab hac noctu splendor multus refulget, ut ab ea tanquam a lucernis aedes tota reluceat: interdiu splendor ille imbecillior; caeterum speciem habet valde igneam. Etiam aliud est in illo simulacro admirabile. Si stans contra intueare, te respicit, transeuntem obtutus ille persequitur: et si ab alia parte alius hoc experiatur, idem in illum perficit. Inter utrumque stat

τοῖσι ἄλλοισι ξοάνοισι εἴκελον. τὸ δὲ μορφὴν μὲν m) ἰδίην p. 479.
οὐκ ἔχει, φορέει δὲ τῶν ἄλλων θεῶν εἶδεα. καλέεται δὲ
σημήϊον καὶ ὑπ' αὐτῶν Ἀσσυρίων. οὐδέ τι οὔνομα ἴδιον
αὐτῷ ἔθεντο, ἀλλ' οὐδὲ γενέσιος αὐτοῦ πέρι n) καὶ εἴδεος
λέγουσι. καί μιν οἱ μὲν ἐς Διόνυσον, ἄλλοι δὲ ἐς Δευκα-
λίωνα, οἱ δὲ ἐς Σεμίραμιν ἄγουσι. καὶ γὰρ δὴ ὧν ἐπὶ τῇ
κορυφῇ αὐτοῦ περιστερὴ o) χρυσέη ἐφέστηκε. τοὔνεκα
δὴ μυθέονται Σεμιράμιος ἔμμεναι τόδε σημήϊον. ἀποδη-
μέει δὲ δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐς θάλασσαν, ἐς κομιδὴν τοῦ
εἵπον ὕδατος. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ νηῷ, ἐσιόντων ἐν ἀριστερῇ, 34
κέαται p) πρῶτα μὲν θρόνος ἠελίου· αὐτοῦ δὲ εἶδος οὐκ
ἔνι, μόνου γὰρ Ἡελίου καὶ Σεληναίης ξόανα οὐ δεικνύουσι.
ὅτευ δὲ εἵνεκα ὧδε νομίζουσι, ἐγὼ καὶ τόδε ἔμαθον. λέ- p. 480.
γουσι τοῖσι μὲν ἄλλοισι θεοῖσι ὅσιον ἔμμεναι ξόανα ποιέε-
σθαι, οὐ γὰρ σφέων ἐμφανέα πάντεσι q) τὰ εἴδεα· Ἥλιος
δὲ, καὶ Σεληναίη, πάμπαν ἐναργέες, καί σφεας πάντες
ὁρέουσι. κοίη ὧν αἰτίη ξοανουργίης, τοῖσι ἐν τῷ ἠέρι
φαινομένοισι; Μετὰ δὲ τὸν θρόνον τοῦτον κέαται r) ξόανον 35

m) μὲν] „ex W. est. Non erat in Edd.“ n) πέρι] „deest in W.“ o) περιστερὴ] „περιστερεὴ W. non adsentiente *Fl.*“ p) κέαται] „Et sic jam. *Fl.*“ q) πάντεσι] „παντέσι W. Nil mutat *Fl.*“ r) κέαται] „κέεται *Fl.* Sed prius M. cum Edd. vulgo.“

imago ex auro, alia nulla parte aliis imaginibus similis. Suam hoc formam non habet, gerit autem aliorum Deorum species: signum vocatur ab ipsis Assyriis, nec nomen illi proprium posuere: sed neque de ortu illius aut forma dicunt; sed alii ad Bacchum, alii ad Deucalionem, ad Semiramidem alii referunt. Etenim in vertice illius stat columba aurea: quam ob caussam Semiramidis esse simulacrum illud fabulantur. Abit [*defertur*] vero bis quotannis ad afferendam, quam dixi, aquam. In ipsa porro aede ad sinistram intrantium Solis primum thronus positus est: ipsius vero simulacrum non inest. Solius enim Solis ac Lunae simulacra non ostendunt. Cujus autem rei caussa hoc instituerint, id ipsum quoque didici. Ajunt, reliquis Diis simulacra facere fas esse: illorum enim species non esse notas omnibus. At Sol et Luna plane conspicui, et vident illos universi. Quae igitur caussa simulacrorum illis faciendorum, qui in aethere se conspiciendos praebeant? Post illum thronum Apollinis

p. 480. Ἀπόλλωνος, οὐκ οἷον ἐώθεε ποιέεσθαι. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες, Ἀπόλλωνα νέον τε ἤγηνται, καὶ πρωθήβην s) ποιέουσι. μοῦνοι δὲ οὗτοι Ἀπόλλωνος γενειήτεω ξόανον δεικνύουσι· καὶ τάδε ποιέοντες, ἑωυτοὺς μὲν ἐπαινέουσι, Ἑλλήνων δὲ κατηγορέουσι, καὶ ἄλλων, ὁκόσοι Ἀπόλλωνα παῖδα θέμενοι ἱλάσκονται· αἰτίη δὲ ἥδε t) δοκέει αὐτέοισι ἀσοφίη μεγάλη ἔμμεναι, ἀτελέα ποιέεσθαι τοῖσι θεοῖσι τὰ εἴδεα. τὸ δὲ νέον ἀτελὲς ἔτι νομίζουσι. ἐν δὲ u), καὶ ἄλλο x) τῷ σφετέρῳ Ἀπόλλωνι καινουργέουσι. μοῦνοι Ἀπόλλωνα εἵ-
36 μασι *) κοσμέουσι. Ἔργων δὲ αὐτοῦ πέρι, πολλὰ μὲν ἔχω εἰπεῖν. ἐρέω δὲ τὸ μάλιστα θωυμάζειν ἄξιον. πρῶτα δὲ τοῦ μαντηίου ἐπιμνήσομαι. μαντήια πολλὰ μὲν παρ' Ἕλλησι, πολλὰ δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι, τὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ· καὶ ἐν τῇ δὲ y) Ἀσίῃ πολλά ἐστι. ἀλλὰ τὰ μὲν
p. 481. οὔτε ἱρέων ἄνευ οὔτε προφητέων φθέγγονται. ὅδε δὲ αὐ-

s) πρωθήβην] „Recte sic J. Fl. Fr. Salm. Par. M." t) αἰτίη δὲ ἥδε] Post haec secus ac vulgo factum interpunxi, monente *Fritzschio* Quaestst. p. 209. sq. u) ἐν δὲ] restituta lectio vetus in locum ejus, quam a *Solano* e Cod. M. depromptam ediderunt *Reitz.* et recentt. ἓν δὲ καὶ etc. x) ἄλλο] ἄλλῳ M. quod versio Latina expressit: „Verum unum etiam *in alio* suo Apolline novant;" admodum sinistre. *) εἵμασι] „εἵματι *Fl.* Vulgato favet M." y) τῇ δὲ] Vulgo τῇδε. Mutavi scripturam et distinctionem loci cum versione, quatenus opus erat, auctore *Fritzschio* Quaestst. p. 210. Ceterum ad vocem ἓν notatum in Ed. *Reitz.* „Sic et W. cum *Fl.* etc." quae suspicor non huc, sed ad illud ἓν cap. 39. pertinere. Et mox pro ὅδε in *Fl.* est ὧδε. Et ἐθέλῃ paullo inferius in W. pro ἐθέ-

signum positum est, non quale fieri consuevit. Nam reliqui omnes juvenem putant Apollinem, et prima florentem pubertate faciunt. Hi soli vero barbati Apollinis signum ostendunt. Haec dum faciunt, sibi placent, reprehendunt Graecos, aliosque, qui Apollinem placant, quem ponunt puerum. Caussa haec est: videtur illis magna esse insipientia, imperfectas Dis formas tribuere: adolescentiam autem adhuc imperfectam existimant. Simul vero etiam aliud in suo Apolline novant. Soli vestibus ornant Apollinem. De operibus ipsius multa habeo dicere. Dicam vero, quod maxime admiratione dignum est. Primo autem oraculi mentionem faciam. Oracula apud Graecos multa, multa apud Aegyptios, nonnulla etiam in Libya: et vero in Asia multa sunt. Sed illa non sine sacerdotibus vel prophetis respondent: at hic movetur ipse, et

τός τε κινέεται, καὶ τὴν μαντηΐην ἐς τέλος αὐτουργέει. p. 481.
stituit, conductis in unum praestantissimis civitatibus, Graecis copiis omnibus collectis; Atheniensibus simul, et Thebanis, Boeotiisque reliquis, et Corinthiis, Euboënsibusque, et Megarensibus, et praestantissimis Graeciae, in periculi societatem coactis, meque ad interiora Atticae penetrare prohibito. Tales habebat ille perpetuo de Demosthene sermones: et his, qui dicerent, gravem ipsi esse adversarium populum Atheniensem, respondebat, *Mihi adversarius solus Demosthenes: Athenienses vero, Demosthene destituti, Aenianes sunt et Thessali.* Et si quando legatos ad civitates mitteret, atque aliorum oratorum quosdam contra ipsum civitas Atheniensium ablegaret, legatione facile ipse vicerat. Quoties vero instaret Demosthenes, *Frustra,* inquit, *legationem misimus. Neque enim contra Demosthenis orationes tropaeum licet erigere.* Haec Philippus. Et profecto omnibus modis inferiores [*nos Philippo*] talem vi-

p. 520. ἂν ἐπὶ σφαγὴν ἤγομεν, ἢ πολὺ μᾶλλον ἂν σύμβουλον περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, καὶ τῆς ἀρχῆς πάσης ἐποιούμεθα; φύσει μὲν γὰρ αὐτῷ, καὶ κατ' ἀρχὰς προσεπεπόνθειν ἐξ αὐτῶν τῶν πολιτευμάτων· ἔτι δὲ μᾶλλον Ἀριστοτέλει μάρτυρι. πρὸς γοῦν i) τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς ἡμᾶς γε λέγων k), οὐδὲν ἐπαύετο, τοσούτων ὄντων αὐτῷ τῶν l) προσπεφοιτηκότων m), μηδένα οὕτω πώποτε θαυμάσαι, μεγέθους τε φύσεως, καὶ τῆς περὶ τὴν ἄσκησιν ἐγκρατείας, καὶ βάρους, καὶ τάχους, καὶ παῤῥησίας, καὶ καρτερίας.

41 Ὑμεῖς δὲ, ἔφη, διανοεῖσθε ὡς ὑπὲρ Εὐβούλου, καὶ Φρύνωνος, καὶ Φιλοκράτους, καὶ πειρᾶσθε δώροις καὶ τοῦτον ἀναπείθειν, ἄνθρωπον n) καὶ τὴν πατρῴαν οὐσίαν εἰς Ἀθη-

p. 521. ναίους, ἰδίᾳ τε τοῖς δεηθεῖσι, καὶ δημοσίᾳ τῇ πόλει κατηναλωκότα o); διαμιαρτάνοντες δὲ, φοβήσειν οἴεσθε, πάλαι βεβουλευμένον τὴν ψυχὴν ὑποθεῖναι ταῖς τῆς πατρίδος

i) πρὸς γοῦν] Sic correxit *Gesn.* vulgata πρός τ' οὖν. k) λέγων] „Sic dedi ex J. *Ven.* 2. et *Fl.* Ἄγων cett. *Λέγων* etiam marg. A. 1. W." l) αὐτῷ τῶν] „ἰῶν αὐτῷ *Fl.*" m) προσπεφοιτηκότων] *συμπεφ.* maluit *Wolf.* προσφοβητικῶν *Schmied.* mirum commentum. n) ἄνθρωπον] Comma vulgo post hoc nomen positum praeponere placuit, quod jam ante monitum *Fritzschii* Quaestst. p. 79. in Chrestom. fecerat *Gesnerus.* o) κατηναλωκότα] „καταναλ. *Fl.*"

rum si cepissemus; per Jovem, Archia, quid tandem putas? bovemne ad macellum acturi eramus, an consiliarium potius de rebus Graecis, totoque imperio nostro adhibituri? Naturam enim illi me etiam ab initio conciliari sentiebam ex ipsis in republica gestis, magis vero testimonio Aristotelis. Is enim cum apud Alexandrum et nos ageret, ac tot haberet, qui suam domum audiendi caussa frequentaverant, nunquam desiit praeter omnes hunc admirari ob magnitudinem ingenii, et illam circa exercitationes continentiam, et gravitatem, et celeritatem, et libertatem dicendi, et constantiam. *Vos autem*, inquit, *de illo cogitatis, ut de Eubulo* quodam, *et Phrynone, et Philocrate, et hunc donis conamini in partes traducere hominem, qui patrimonium quoque in Athenienses, privatim in egentes, publice in civitatem impenderit; et ubi hac spe excidistis, terrere illum vos posse arbitramini, cui olim deliberatum sit animam subjicere incertis patriae fortunis? et in facta*

ἀδήλοις τύχαις· καὶ καθαπτομένου τῶν πραττομένων ὑμῖν, p. 521.
ἀγανακτεῖτε; ὁ δ' p) οὐδὲ τὸν Ἀθηναίων δῆμον ὑποστέλλεται. Λέληθεν ὑμᾶς, ἔφη, τῇ μὲν τῆς πατρίδος εὐνοίᾳ πολιτευόμενος, αὐτῷ δὲ τὴν πολιτείαν γυμνάσιον q) φιλοσοφίας προθέμενος. Τὰ τοιαῦτα r), ὦ Ἀρχία, ὑπερεπεθύμουν αὐτῷ συγγενόμενος, τήν τε γνώμην, ἣν ἔχει r) περὶ 42
τῶν παρόντων, ἀκοῦσαι λέγοντος, καὶ τῶν ἀεὶ παραπεπτωκότων ἡμῖν κολάκων, εἰ ἐδεόμην, ἀποστὰς, ἁπλοῦ τινος ἐξ ἐλευθέρας γνώμης ἀκοῦσαι λόγου, καὶ φιλαλήθους συμβουλῆς s) μεταλαβεῖν· καί τι καὶ νουθετῆσαι δίκαιον, ὑπὲρ οἵων ὄντων Ἀθηναίων τὴν ἀχαριστίαν, πάντα παραβάλοιτο τὸν αὐτοῦ βίον, ἐξὸν εὐγνωμονεστέροις καὶ βεβαιοτέροις κεχρῆσθαι φίλοις.

ΑΡΧ. Ὦ βασιλεῦ, τῶν μὲν ἄλλων ἴσως ἂν ἔτυχες· ταυτὶ δὲ μάτην ἂν ἔλεγες· οὕτω μανικῶς φιλαθήναιος ἦν.

ΑΝΤ. Ταῦτα t), ὦ Ἀρχία· τί γὰρ ἂν καὶ u) λέγοιμεν; ἀλλὰ πῶς ἀπέθανεν;

p) ὁ δ'] Vulg. δδ', vitio consueto. Forsan tamen ὅς ab auctore fuerit. q) γυμνάσιον] „Sic plurimae. Γυμνάσειον J. Ven. 2. Fl.“ r) τὰ τοιαῦτα] „desunt in Fl.“ Reddiderat *Gesnerus: Talia* etc. minus accommodate ad reliquam sententiam. Melius ipse in Chrest. explicat per ellipsin praepos. διά. et ad hanc rationem correxi interpretationem. s) ἔχει] „ἔχοι Fl.“ t) συμβουλῆς] συμβολῆς Bas. 1. et 3. haud raro errorum genere. u) ταῦτα] Ἦν ταῦτα conj. *Jacobs.* haud improbabiliter, ob ultimam, quae in Archiae sermone praecesserat, vocem. Sed mallem legi Εἶεν, sine ταῦτα, quod nescio an ex antecedenti ταυτὶ huc repetierit librarius. x) καὶ]

illo vestra invehente, indignamini? qui nec populo Atheniensium se submittat. Nescitis, inquit, *patriae illum amore tractare rempublicam, sibi autem eam philosophiae gymnasium constituisse.* His de caussis, Archia, supra modum cupiebam consuetudine illius utens ex illo audire, et quae ipsius de rebus praesentibus esset sententia: atque, quoties opus esset, relictis, qui semper in nos irruunt, adulatoribus, simplicem e libera mente orationem percipere, et veracis consilii copiam nancisci. Etiam fas putarem illum admonere, pro quam ingratis Atheniensibus vitam omnem in discrimen dedisset, cum liceret gratos magis et firmiores amicos habere.

Arch. Reliqua, Rex, forte consecutus esses: sed ista frustra fuisses dicturus, adeo ad

43 *ΑΡΧ.* Ἔοικας ἔτι μᾶλλον, ὦ βασιλεῦ, θαυμάσειν,
p. 521. καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ τεθεαμένοι διαφέρομεν οὐδὲν ἐκπλήξει τε
καὶ ἀπιστίᾳ τῶν ὁρώντων y). ἔοικε γὰρ δὴ πάλαι ὢν z)
p. 522. ὧδε βεβουλευμένος περὶ τῆς ὑστάτης ἡμέρας· δηλοῖ δὲ ἡ
παρασκευή. καθῆστο μὲν γὰρ ἔνδον ἐν τῷ νεῷ, μάτην δὲ
τῶν πρόσθεν ἡμερῶν λόγους ἦμεν κατηναλωκότες a).

ΑΝΤ. Τίνες γὰρ ἦσαν οἱ παρ' ὑμῶν λόγοι;

ΑΡΧ. Πολλὰ καὶ φιλάνθρωπα προὐτεινόμην, ἔλεόν
τινα παρὰ σοῦ καθυπισχνούμενος b), οὐ μάλα μὲν προσδο-
κῶν· (οὐ γὰρ c) ἠπιστάμην, ἀλλὰ σὲ ᾤμην δι' ὀργῆς ἔχειν
τὸν ἄνθρωπον,) χρήσιμον δ' οὖν πρὸς τὸ πείθειν νομίζων.

ΑΝΤ. Ὁ δὲ πῶς προσίετο τοὺς λόγους; καί με μη-
δὲν ἀποκρύψῃ· μάλιστα μὲν γὰρ αὐτήκοος ἂν ἐβουλόμην

male omiserunt *Reitz.*, *Bip.* et *Schm.*, quod cum vett. recte edidit *Gesn.* in Chrestom. y) *διεφέρομεν — ὁρώντων*] „Nil varietatis inveniri addit *Solanus.*" Simplicissime locum corruptum sanavit Gorl. praebens *διαφέρομεν*, pro *διεφέρομεν*, ut jam divinaverat *Jensius.* Vid. Adnott. z) *ὢν*] deest in Gorl. a) *κατηναλωκότες*] Vulgo *ἀναλωκότες*. Sed Gorl. *καταναλωκότες*. Unde nos correximus *κατηναλ.*, ut supra jam aliquoties vulgo ediderant, e. g. c. 41. 24. 22., b) *καθυπισχνούμενος*] „*καθυπισχνουμένοις Fl.*" c) *οὐ γὰρ*] Haec usque ad verba *τὸν ἄνθρωπον* perspicuitatis juvandae caussa parentheseos instar inclusi: Verba enim: *χρήσιμον δ' οὖν πρὸς τὸ πείθειν νομίζων* referuntur ad superiora: *οὐ μάλα μὲν προσδοκῶν.* quod parum viderunt nonnulli interpretes.

furorem usque ille amabat Athenas.

Ant. Ita res habet, Archia, quid enim dicamus? Sed quomodo mortuus est?

Arch. Videris magis etiam, Rex, admiraturus esse. Etenim nos, qui vidimus, non minus obstupescebamus, et fidem negabamus oculis, quam qui non viderunt. Videbatur enim olim deliberatum de ultimo die habuisse, id quod apparatus indicat. Consederat nimirum intus in templo. Frustra superiorum diérum sermones consumseramus.

Ant. Quinam erant vestri sermones?

Arch. Multa de tua humanitate illi ostendebam, misericordiam a te pollicitus, non valde quidem *illam ipse* exspectans; neque enim sciebam, sed iratum te viro putabam: verum quod putarem id ipsum utile esse ad persuadendum.

Ant. Ille vero quomodo accipiebat istos sermones? Et

παρὼν εἶναι νῦν. ἀλλὰ σύ γε μὴ παραλίπῃς μηδέν· οὐ p. 522.
γάρ τοι σμικρὸν ἔργον, ἦθος ἀνδρὸς γενναίου πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τοῦ βίου καταμαθεῖν, πότερον ἄτονος καὶ νωθρὸς ἦν, ἢ παντάπασιν ἀκλινὲς τὸ τῆς ψυχῆς ὄρθιον ἐφύλαττεν [d]).

ΑΡΧ. Οὐδὲν ὑπέστελλεν ἐκεῖνός γε. πῶς γάρ [e]); ὃς 44
ἤδὺ γελάσας, καὶμὲ δὴ σκώπτων ἐς τὸν πρότερον βίον, Ἀπίθανον. ἔφη, με ὑποκριτὴν εἶναι τῶν σῶν ψευσμάτων.

ΑΝΤ. Ἀπιστήσας ἄρα τοῖς ἐπαγγέλμασι, προεῖτο τὴν ψυχήν;

ΑΡΧ. Οὔκ· εἴγε τῶν λοιπῶν ἀκούσαις, οὐ δόξει σοι μόνον ἀπιστεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ κελεύεις, ὦ βασιλεῦ, λέγειν, Μακεδόσι μὲν, εἶπεν, οὐδὲν ἀπώμοτον, οὐδὲ παράδοξον, p. 523.
εἰ Δημοσθένην οὕτω λαμβάνουσιν [f]), ὡς Ἀμφίπολιν, ὡς Ὄλυνθον, ὡς Ὠρωπόν. τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγε· καὶ γὰρ οὖν ὑπογραφέας παρεστησάμην, ἵνα σοι τὰ λεχθέντα σώ-

d) ἐφύλαττεν] διεφύλαττεν maluit *Jens.* frustra. e) πῶς γάρ;] Male haec verba *Gesnerus* in Chrestom. Antipatro tribuit; sequentia: ὃς ἤδὺ etc. Archiae. Imo continua haec est Archiae oratio; de qua figura dicendi egit *Hemsterh.* ad Timon. c. 2. Cf. *Matthiae* Gr. Gr. maj. p. 898. f) λαμβάνουσιν] „λαμβανούσιν *Bas.* 1. Correxit *Bas.* 2." Ego in *Bas.* 1. inveni λαμβαίνουσιν, verum nec hoc notatu dignum.

noli me celare quidquam. Vellem enim vel maxime adfuisse, et meis auribus accepisse singula. Sed tu ne quid praetermiseris. Neque enim sane parvum quid est, ingenium viri generosi sub ipsum vitae finem cognoscere; utrum languidus fuerit et ignavus, an nusquam inclinatam illam mentis altitudinem servaverit.

Arch. Nihil ille sane remisit. Qui enim? qui suaviter ridens, et in superiorem vitam meam ludens, improbabilem me mendaciorum tuorum histrionem diceret.

Ant. Ergo quod diffideret promissis, ideo vitam abjecit?

Arch. Non: si quidem audire reliqua volueris, non videbitur tibi solum diffisus esse. Sed, quando jubes, Rex, *de Macedonibus*, inquit, *nihil quidem est, quod abjures: neque mirum fuerit, si Demosthenem ita capiunt, ut Amphipolin, ut Olynthum, ut Oropum.* Talia dixit multa. Etenim notarios constitui, ut dicta tibi servarentur. *Tametsi ego*, inquit, *tormentorum aut mortis metu in conspectum venire Antipatri nolo;*

p. 523. ζοιτο. Ἐγὼ μέν τοι, ἔφη, ὦ Ἀρχία, βασάνων g), ἢ θανάτου φόβῳ κατ' ὄψιν οὐκ ἂν Ἀντιπάτρῳ γενοίμην. ἀλλ' εἰ ταῦτ' ἀληθεύετε, πολύ μοι μᾶλλον ἔτι φυλακτέον, μὴ τὴν ψυχὴν αὐτὴν h) παρ' Ἀντιπάτρου δεδωροδοκηκέναι, μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα, τάξιν λιπὼν τὴν Ἑλληνικὴν, εἰς τὴν Μακεδονικὴν μεταβαλέσθαι i). Καλὸν γὰρ, ὦ Ἀρχία, εἰ τὸ ζῆν ἐμοὶ Πειραιεὺς αὐτὸς παρέχοι, καὶ τριήρης, ἣν ἐπιδέδωκα, καὶ τεῖχος, καὶ τάφρος τοῖς ἐμοῖς τέλεσιν ἐξειργασμένα, καὶ φυλὴ Πανδιωνὶς, εἰς ἣν k) ἐθελοντὴς ἐχορήγουν l) ἐγὼ, καὶ Σόλων, καὶ Δράκων, καὶ παῤῥησία βήματος, καὶ δῆμος ἐλεύθερος, καὶ ψηφίσματα στρατιωτικὰ, καὶ νόμοι τριηραρχικοὶ, καὶ προγόνων ἀρεταὶ, καὶ τρόπαια, καὶ πολιτῶν εὔνοια, τῶν ἐμὲ πολλά-

g) βασάνων] οὐ βασάνων reddit *Belinus*, „ridiculam ratus et Demosthene indignam" vulgatam sententiam. Non adsentior. Ex sequentibus patet has sententias, simpliciter si exprimas, sese invicem excipere: Sive falsa promittis, sive vera dicis, neutra ratione Antipatro in conspectum venire volo: aut enim tormenta mihi metuenda et mors, aut, quod multo majus est, cavendum, ne vitae mihi ab Antipatro donatae usum habeam turpem et indignum. Video hic prudentiam pariter ac magnum animum, nec vero humile quidquam, multo minus quod ridiculum sit. Distinguamus inter Graecum genuinum Demosthenem et Regulum vere Romanum. Affectatum tormentorum necisque a perfido hoste exspectandae contemtu longe abesse voluit *Lucianus* a Demosthene suo. Id totius loci ratio evidentissime declarat. h) αὐτὴν] δόξω inseri voluit *Guyet.* inscite. i) μεταβαλέσθαι] μεταβάσεσθαι *Bas.* 3. k) εἰς ἣν] „ἧς omisso εἰς *Fl.*" l) ἐχορήγουν] „bene *Salm.* et *Amst.* Ἐχωρήγουν male *Hag.* 1. 2. *Par. Bas.* J. *Ald. Fl.*"

sed si vere ista praedicatis, multo magis etiam mihi cavendum est, ne vita ipsa ab Antipatro mihi donata corrumpar, neque relicta acie, in qua ipse me locavi, Graecanica, in Macedonicam me conjiciam. Praeclarum enim esset, Archia, si vitam mihi Piraeeus ipse praestaret, et triremis, quam dedi, et moenia et fossa meis impensis effecta, et Pandionis tribus, in qua mea sponte sumtus in pompam sacrorum feci, et Solon, et Dracon, et illa tribunalis fiducia, et liber populus, et militaria decreta, et leges trierarchicae, et majorum virtutes, et tropaea, et benevolentia civium, qui saepe me coronarunt, et Graecorum potentia, qui huc usque a me servati sunt. Si vero

κις ἐστεφανωκότων, καὶ δύναμις Ἑλλήνων, τῶν ὑπ' ἐμοῦ p. 523.
μέχρι νῦν τετηρημένων· εἰ δὲ καὶ βιωτὸν ἐλεηθέντι, τα-
πεινὸν μέν, ἀνεκτὸς δ' οὖν ὁ ἔλεος παρὰ[m]) τοῖς οἰκείοις,
ὧν ἐλυσάμην αἰχμαλώτους[n]), ἢ τοῖς πατράσιν, ὧν συνέξέ- p. 524.
δωκα τὰς θυγατέρας, ἢ οἷς τοὺς ἐράνους συνδιελυσάμην.
Εἰ δέ με μὴ σώζοι[o]) νήσων ἀρχὴ, καὶ θάλαττα, παρά γε 46
τουτουὶ Ποσειδῶνος αἰτῶ τὸ σώζεσθαι, καὶ τοῦδε τοῦ βω-
μοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν νόμων. εἰ δὲ Ποσειδῶν, ἔφη, μὴ
δύναται φυλάττειν τὴν ἀσυλίαν τοῦ νεώ, μηδ' ἐπαισχύνε-
ται προδοῦναι Δημοσθένην Ἀρχίᾳ, τεθναίην, οὐδὲ Ἀντί-
πατρος ἡμῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ κολακευτέος. ἐξῆν μοι φιλτέ-
ρους ἔχειν Ἀθηναίων Μακεδόνας, καὶ νῦν μετέχειν τῆς
ὑμετέρας τύχης, εἰ μετὰ Καλλιμέδοντος, καὶ Πυθέου, καὶ
Δημάδου συνεταττόμην. ἐξῆν γὰρ κἂν ὀψὲ τῆς ψυχῆς[p])
μεθαρμόσασθαι, εἰ μὴ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας καὶ τὸν
Κόδρον ἐπῃσχυνόμην· οὔκουν ἥρουμην αὐτομολοῦντι τῷ
δαίμονι συμμεταβάλλεσθαι. καλὸν γὰρ κρῃσφύγετον θάνα-

m) παρὰ] „rescripsi ex *Fl.* J. et *Ven.* 2. Περὶ male cett.“ Excipe *Ald.* 1. et 2., ubi παρὰ, cum compendio scriptum. n) αἰχμαλώτους] „αἰχμαλώτων *Fl.*“ o) σώζοι] σώζει mavult *Fritzsch.* Quaestst. p. 213. non male. p) τῆς ψυχῆς] „Nihil mutant Edd. *Tυχῆς* L.“ Τὴν ψυχὴν maluerunt *Guyet. Gesner.* et *Reitz.*; hic tamen conj. etiam τῆς ζωῆς. Denique τὸ τῆς ψυχῆς *Abresch.* Lectt. Aristaenett. p. 191. Vid. Adnott.

etiam misericordia aliena vivendum, humile id quidem est, sed tolerabilis tamen misericordia a necessariis, quorum redemi captivos, aut patribus, quorum una elocavi filias, aut quos in dissolvendis eranis adjuvi. Si vero servare me non potest insularum imperium et mare, at certe ab hoc Neptuno salutem peto, et ab hoc altari, et sanctis legibus. Si vero nec Neptunus, inquit, praestare potest templo suo sanctitatem, neque pudet illum Archiae prodere Demosthenem, moriar potius, neque Antipatro nos pro Deo adulemur. Licebat mihi amiciores Atheniensibus habere Macedonas, et nunc in fortunae vestrae partem venire, si cum Callimedonte, et Pythea, et Demade conjungere me voluissem. Licebat enim vel sero aliter instituere animum, nisi Erechthei filias vererer et Codrum. Non igitur velim cum fortuna transfuga et ipse muta-

p. 524. τος q) ἐν ἀκινδύνῳ παντὸς αἰσχροῦ γενέσθαι. καὶ νῦν, Ἀρχία, τὸ κατ' ἐμαυτὸν οὐ καταισχυνῶ τὰς Ἀθήνας ἑκὼν δουλείαν ἑλόμενος, ἐντάφιον δὲ τὸ κάλλιστον τὴν ἐλευθε-
47 ρίαν προέμενος. Ἀλλὰ, δίκαιον γάρ, ἔφη, σοι τῶν τρα-
p. 525. γῳδιῶν μνημονεύειν, οὐ σεμνὸν τὸ λεχθέν,

Eurip. Hec. v. 566. sq.

...ἦ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως,
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως r) πεσεῖν;

κόρη καὶ ταῦτα s)· Δημοσθένης δὲ εὐσχήμονος θανάτου βίον προκρινεῖ ἀσχήμονα, τῶν Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ ἀθανασίας λόγων ἐκλαθόμενος; καί τινα καὶ πικρότερον t) ἔλεγε, προαχθεὶς εἰς ταὺς ταῖς τύχαις ἐξυβρίζοντας. ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν νῦν ἐμέ; τέλος δ' ἐμοῦ, τὰ μὲν δεομένου, τὰ δ' ἀπειλοῦντος, ἁπαλὴν μοῦσαν στερρᾷ κεραννύντος, Ἐπείσθην ἄν, ἔφη, τούτοις Ἀρχίας ὤν· ἐπεὶ δὲ Δημοσθένης εἰμὶ, συγγίγνωσκέ μοι, ὦ δαιμόνιε, μὴ πεφυκότι
48 κακῷ γενέσθαι. Τότε δὴ τότε πρὸς βίαν αὐτὸν ἀποσπᾷν

q) θάνατος] „emendatio *Gesneri* necessaria. θάνατον Edd. priores." r) εὐσχήμως] „audacter recepi ex *Eurip.* Εὐσχημόνως Edd. priores male." s) κόρη καὶ ταῦτα] καὶ ταῦτα κόρη maluit *Reitz.* auctore *Wetstenio.* t) καί τινα καὶ πικρ.] καί τινα πικρ. vulgo, sine altero καὶ, quod inserui ex Gorl.

ve castra. Honestum enim perfugium mors est, ut ab omnis turpitudinis periculo simus liberi. Et nunc, Archia, quantum in me est, non afficiam turpitudine Athenas, servitute vltro eligenda, abjiciendaque libertate, pulcherrimo ferali amiculo. Verum, inquit, *fas enim est Tragoediarum apud te meminisse, nonne praeclarum est illud dictum:*

At illa dum moritur, tamen
Multa cavet cura, decenter ut cadat.

Haec puella: et Demosthenes honesta morte vitam turpem potiorem habebit, Xenocratis et Platonis de immortalitate librorum oblitus? Et provectus ultra, amarius quaedam dixit in eos, qui a fortuna insolescunt. Sed quid ea nunc dicere opus est? Tandem vero mé preces partim, partim minas adhibente, et mollem Musam illa rigida miscente, *Moverer*, inquit, *hisce, Archias si essem. Quandoquidem vero sum Demosthenes, ignosce mihi, o noster, quem natura non fingit ad ignaviam.*

διενούμην· ὁ δ'[u]) ὡς ἤσθετο, δῆλος ἦν καταγελῶν, καὶ τὸν θεὸν προσβλέψας, Ἔοικεν Ἀρχίας, εἶπεν, ὅπλα μόνα, καὶ τριήρεις, καὶ τείχη, καὶ στρατόπεδα, δυνάμεις εἶναι καὶ χρησφύγετα ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ὑπολαμβάνειν· τῆς δ' ἐμῆς παρασκευῆς καταφρονεῖν, ἣν οὐκ ἂν ἐλέγξειαν[x]) Ἰλλυριοὶ, καὶ Τριβαλλοὶ, καὶ Μακεδόνες[y]), ὀχυρωτέραν ἢ ξύλινόν ποτε τεῖχος ἡμῖν, ὃ θεὸς ἀνεῖλεν ἀπόρθητον εἶναι· μεθ' ἧς ἂν τῆς προνοίας ἀδεῶς μὲν ἐπολιτευσάμην, ἀδεὲς δέ μοι τὸ κατὰ Μακεδόνων θάρσος· ἐμέλησε δ' οὐδὲν οὐκ Εὐκτήμονος[z]), οὐκ Ἀριστογείτονος, οὐ Πυθέου, καὶ Καλλιμέδοντος, οὐ Φιλίππου τότε, οὐ τανῦν*) Ἀρχίου. Ταῦτ' εἰπὼν, μὴ προσάγαγέ μοι τὴν χεῖρα, ἔφη· τὸ κατ' ἐμὲ γὰρ, οὐδὲν παράνομον ὁ νεὼς πείσεται· τὸν δὲ θεὸν προσειπὼν, ἑκὼν ἕψομαι. κἀγὼ μὲν ἦν ἐπὶ τῆς ἐλπίδος ταύτης· καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος, οὐδὲν ἀλλ' ἢ[a]) προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. p. 525. p. 526. 49

u) ὁ δ'] ὃ δ' priores omnes praeter *Gesn.* Chrest. x) ἐλέγξειαν] „bene J. *Hag.* etc. Ἔλεγξαν male *Par.*" y) Μακεδόνες] „Μακεδόναις *Ald.* (1. et 2.) Sed vulgatum ejus (primae scil.) margini adscriptum." z) Εὐκτήμονος] „bene *Fl.* J. *Fr. Par.* etc. Εὐτήμονος male J." et *Ald.* 2. *) τανῦν] Sic *Gesn.* Chrest. cum *Ald.* 1. 2. et *Hag.* Τὰ νῦν *Reitz.* et recenti. cum *Bas.* 1. et 3. a) οὐδὲν ἀλλ' ἢ] Sic recte *Reitz. Bip.* et *Schm.* Sed οὐδὲν ἄλλ' ἢ *Gesn.* in Chrest. cum vett. omnibus praeter *Bas.* 3., quae ἀλλ' recte ex-

Tum sane tum vi illum detrahere *ab altari* cogitabam. At ille cum sentiret, aperte ridebat, et Deum adspiciens, *Videtur*, inquit, *putare Archias, arma sola, et triremes, et moenia, et exercitus, copias esse, et refugia humanis animis; meum autem apparatum contemnere: quem tamen non redarguant Illyrii, et Triballi, et Macedones, ipso illo muro ligneo firmiorem, quem respondit quondam Deus vastari non posse; qua quidem providentia sine metu versatus sum in republica, metusque omnis expers mihi fuit contra Macedonas audacia, neque movit me Euctemon, neque Aristogiton, nec Pytheas et Callimedon, nec Philippus tum, neque nunc Archias.* Haec ubi dixerat, *Noli*, inquit, *manum mihi injicere; quantum enim in me est, nulla fiet huic sacro injuria: sed Deo adorato sponte sequar.* Atque ego in spe hac eram, illoque

p. 526. *ANT.* Τὸ δὲ τί δή [b]) ποτε ἦν;

ΑΡΧ. Ὕστερον βασάνοις θεραπαίνης ἐφωράσαμεν, πάλαι φάρμακον αὐτὸν [c]) τεταμιεῦσθαι, λύσει ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἐλευθερίαν κτώμενον. οὐ γὰρ οὖν ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸν οὐδὸν [d]) τοῦ νεώ· καὶ πρὸς ἐμὲ βλέψας, Ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον· Δημοσθένην δὲ οὐκ ἄξεις [e]), οὐ, μὰ τοὺς.... καίμοι μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας. Ὁ δὲ χαίρειν εἰπών,
p. 527. ἀπέπτη. τοῦτό σοι τὸ τέλος, ὦ βασιλεῦ, τῆς Δημοσθένους πολιορκίας κομίζειν ἔχω.

ANT. Δημοσθένους γε καὶ ταῦτα, ὦ Ἀρχία. βαβαὶ τῆς ἀηττήτου ψυχῆς, καὶ μακαρίας, ὡς ἀνδρεῖον μὲν αὐ-

hibet. Et sic etiam *Hoogeveen.* ad *Viger.* p. 475. Ed. *Herm.* 1. (Cap. VIII. Sect. I. Reg. XI. not. 75.) Cf. Phalar. II, 2. huj. Ed. Tom. V. p. 53. et De Merc. Cond. c. 22. ibique Adnot. Tom. III. p. 660. b) δή] „omittit *Fl.*" c) αὐτὸν] Vulg. αὐτῷ. Sed αὐτὸν L. et Gorl. nisi quod in hoc legitur: αὐτόν τι ταμιεῦσθαι, mendose. Αὐτὸν autem necessario requiritur, ut κτώμενον habeat, quo referatur. Redde: *dudum eum sibi ipsum recondidisse venenum, quo pararet sibi libertatem* etc. Mediam scilicet vim habeat τεταμιεῦσθαι et κτώμενον, non, ut *Gesnerus* interpres credidisse videtur, illud Passivam, hoc Activam; nec Subjectum est φάρμακον, sed ipse Demosthenes. d) οὐδὸν] ὀδὸν ut Attice scribi vult *Fritzsch.* De Atticismo etc. Comment. I. p. 12. At licet De Merc. Cond. c. 23. in uno Gorl. legatur ἔξω τοῦ ὀδοῦ, et Hermot. c. 77. prava vulgata ἔξω τῆς ὁδοῦ hanc certe formam aliquo modo commendare videatur, facio tamen cum *Solano*, ad hunc Hermotimi locum notante, formam natura Ionicam οὐδὸς Luciano usitatam fuisse. Nimirum ut h. l., ita et in aliis haud paucis Luciani locis, forma οὐδὸς ut vulgata praevalet. e) ἄξεις] „ἄξῃ *Fl.*"

manum ori admovente nihil aliud, quam adorare virum, putabam.

Ant. Quid ergo illud erat?

Arch. Postea tormentis ab ancilla expressimus, olim repositum illi fuisse venenum, quod absolvenda a corpore animna libertatem ipsi pararet. Vix enim limen templi egressus fuerat, cum, *Duc sane hoc*, inquit, *ad Antipatrum; Demosthenem vero non duces. Per ego illos....* Et videbatur mihi adjecturus, *qui Marathone ceciderunt.* At *Valete!* cum dixisset, evolavit. Hunc tibi, Rex, finem obsessi expugnatique Demosthenis possum referre.

Ant. Demosthenis et ista, Archia. Hem invictam animam et beatam! quam forte viri propositum, quam

τοῦ τὸ λῆμα[f]), πολιτικὴ δὲ πρόνοια, μετὰ χεῖρα τὸ πιστὸν τῆς ἐλευθερίας ἔχειν· ἀλλ' ὁ μὲν οἴχεται, βίον ἔξων τὸν ἐν Μακάρων νήσοις ἡρώων λεγόμενον, ἢ[g]) τὰς εἰς οὐρανὸν ψυχαῖς[h]) νομιζομένας ὁδοὺς[i]), ὁπαδός[k]) τις δαίμων ἑσόμενος Ἐλευθερίου Διός· τὸ σῶμα δ' ἡμεῖς εἰς[l]) Ἀθήνας ἀποπέμψομεν, κάλλιον ἀνάθημα τῇ γῇ τῶν ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότων. p. 527.

f) λῆμα] „φώνημα marg. A. 1." Φρόνημα voluisse videtur, notante *Schmiedero*. g) ἢ] „εἰ *Hag.* 1. et 2." h) ψυχαῖς] Sic e *Fl.* et Gorl. pro vulg. ψυχῶν. Intellige *vias in coelum animabus vulgo tributas, designatas.* i) ὁδούς] Desideravit *Belinus* verbum ἀνέπτη, vel simile aliud, quia durum foret, ὁδοὺς ad οἴχεται referri. Saltem tumidior est sane totius finis oratio, quam consulto *Lucianus* Antipatro obstupefacto affinxisse videtur. Hanc vero minime est nostrum expolire. k) ὁπαδός] Sic *Gesn. Reitz. Bip.* et *Schm.* Ὁπαδός adspirate vett. l) εἰς] „omisit *Hag.* 2."

civilis providentia, in manu semper pignus certissimum libertatis habere. At ille quidem discessit, vitam habiturus in beatorum insulis, quae Heroum dicitur, vel vias, quae putantur animarum in caelum, sectator Daemon Liberatoris Jovis. Corpus vero nos Athenas mittemus, donarium regioni illi, iis ipsis, qui ad Marathonem cecidere, praestantius.

p. 527.

ΘΕΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ.[a]

Arg. Comitia haec sunt senatus populique deorum de nimium aucto adulterinorum coeli civium numero. Provocante nimirum Jove et praeconium faciente Mercurio verba facit Momus nativa sua et jam etiam concessa dicendi libertate usus, primum agens de Baccho ejusque sodalibus Pane, Sileno et Satyris, de Ariadne, Erigone cum canicula amata, obiter de Aesculapio et Hercule, porro de ipso Jove, turbarum istarum coelestium auctore, ejusque exemplum quae imitatae sint, Venere, Luna, Aurora, deinde de barbaris et vero belluinis ac monstrosis Aegyptiorum aliarumque gentium diis; denique de philosophorum commentis, Virtute, Natura, Fortuna, Fato, in deorum numerum relatis, ostenditque vel rei indignitatem, vel magna incommoda in ipsos veros deos inde redundantia. Ob quae tandem decretum a Momo proponitur, Jovi postea ratum habitum, ut in proximam brumam nova indicantur comitia, praesidibus septemviris tum e vetere deorum senatu, tum e duodecim majorum gentium diis eligendis, qui in singulorum deorum jus civitatis divinae inquirant, examinatis diligenter uniuscujusque documentis ac testimoniis; quibus si quis sit destitutus, aut si quis omnino non comparuerit, eum videri jure meritoque e coeli finibus exterminandum.

Luciani non esse hunc libellum censet *Jacobs.* in *Porson.* Adverss. p. 304., sed e pannis Lucianeis consutum; quia multa in eo inepta sint et vehementer frigida. Contra *Wielandio* is ob sales et lepores insitos ingeniosamque fictionem inter praestantissimos Lucianeorum numerandus esse videtur Vers. Tom. II. p. 421. sq. Certe, si Luciani est, de quo vix dubitari potest, nonnulla profecto insunt, in quibus auctor nimium sibi indulgens probabilitatis fines elegantiorisque judicii leges minus justos observasse videtur.

ΖΗΝ[b], ΕΡΜΗΣ, ΚΑΙ ΜΩΜΟΣ.

1 ΖΕΥΣ. Μηκέτι τονθορύζετε[c], ὦ θεοὶ, μηδὲ κατὰ γωνίας συστρεφόμενοι, πρὸς τὸ οὖς[d] ἀλλήλοις κοινολογεῖσθε,

a) ΘΕΩΝ ΕΚΚΛ.] Λόγος B. addit Cod. Aug. (*Schmiedero* referente). b) ΖΗΝ] „Nomina personarum ex *Bas.* 1. addo, quae Ζηνὸς, Ἑρμοῦ καὶ Μώμου inscripsit. Cett. omiserunt. ΖΕΥΣ *Fl. Hag. Ald. Fr.*" Cum *Bas.* 1. facit 3. c) τονθορύζετε] Sic Schol. cum Codd. 2956. Gorl. et Aug. 1. (referente *Fritzschio*) pro vulg. τονθορίζετε. Vid. Adnot. d) πρὸς τὸ οὖς] Articulum vulgo omissum inserit *Schmied.*

DEORUM COMITIA.

JUPITER, MERCURIUS, ET MOMUS.

Jup. Nolite amplius mus- angulos ad aurem alter altesare, Dii, neque collecti in rius miscere sermones, et

ἀγανακτοῦντες, εἰ πολλοὶ ἀνάξιοι μετέχουσιν ἡμῖν τοῦ συμ- p. 528.
ποσίου. ἀλλ' ἐπείπερ ἀποδέδοται περὶ τούτων ἐκκλησία, λεγέτω ἕκαστος ἐς τὸ φανερὸν τὰ δοκοῦντα οἱ, καὶ κατηγορείτω. σὺ δὲ κήρυττε, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τοῦ νόμου.

ΕΡΜ. Ἄκουε, σίγα, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστιν; ἢ δὲ σκέψις περὶ τῶν μετοίκων καὶ ξένων.

ΜΩΜ. Ἐγὼ ὁ[e] Μῶμος, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι ἐπιτρέψειας εἰπεῖν.

ΖΕΥΣ. Τὸ κήρυγμα ἤδη ἐφίησιν· ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσει[f].

ΜΩΜ. Φημὶ τοίνυν δεινὰ ποιεῖν ἐνίους ἡμῶν, οἷς 2
οὐκ ἀπόχρη θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων αὐτοὺς γεγενῆσθαι, ἀλλ', εἰ μὴ καὶ τοὺς ἀκολούθους, καὶ θεράποντας αὐτῶν ἰσοτίμους ἡμῖν[g] ἀποφαινοῦσιν, οὐδὲν μέγα, οὐδὲ νεανικὸν οἴονται εἰργάσθαι[h]. ἀξιῶ δὲ, ὦ Ζεῦ, μετὰ παῤῥησίας μοι δοῦναι εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως δυναίμην· ἀλλὰ

e 2956. probante *Fritzschio* Praef. ad Alex. Edit. p. XXVIII., qui hinc etiam in Gall. c. 25. similiter *πρὸς τὸ οὖς* contra librorum consensum legi cupit. e) ὁ] „Abest articulus in J. adest in *Fl. Par. Hag.* etc." f) *δεήσει*] *δεήσῃ* prave omnes priores. g) *ἡμῖν*] *αὐτῶν* Aug. (*Schmied.*) h) *εἰργάσθαι*] Sic *Schm.* pro vulg. *εἰργάσασθαι* e Codd. Gorl. et Aug. *Ἐργάσασθαι Salm.*

aegre ferre, si indigni multi convivio nostro intersunt: sed quandoquidem concio de his data est, aperte dicat unusquisque, quid sibi videatur, et accuset. Tu vero, Mercuri, legitimum praeconium peragito.

Merc. Audi: tace. Quis vult concionari classicorum Deorum, quibus jus est? Quaestio de Inquilinis et Peregrinis.

Mom. Ego Momus, si mihi permiseris, Jupiter, volo dicere.

Jup. Praeconium tibi hoc jam permittit: itaque me [*meo permissu*] nihil opus habebis.

Mom. Ajo igitur, intolerabiliter se gerere quosdam nostrûm, quibus non satis est Deos ex hominibus ipsos esse factos; sed nisi suos etiam pedissequos atque famulos in aequo nobiscum fastigio constituerint, nihil sibi magnifice, nihil fortiter fecisse videntur. Peto autem a te, Jupiter, ut libere mihi dicere per te liceat. Neque enim alia lege possim, cum sciant omnes,

p. 528. πάντες με ἴσασιν, ὡς ἐλεύθερός εἰμι τὴν γλῶτταν, καὶ οὐδὲν ἂν κατασιωπήσαιμι τῶν οὐ καλῶς γιγνομένων. διελέγχω γὰρ ἅπαντα, καὶ λέγω τὰ δοκοῦντά μοι ἐς τὸ φανερὸν, οὔτε δεδιώς τινα, οὔτε ὑπ' αἰδοῦς ἐπικαλύπτων τὴν γνώμην· ὥστε καὶ ἐπαχθὴς δοκῶ τοῖς πολλοῖς, καὶ συκοφαντικὸς τὴν φύσιν, δημόσιός τις κατήγορος ὑπ' αὐτῶν ἐπονομαζόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἔξεστι, καὶ κεκήρυκται, καὶ σὺ, ὦ Ζεῦ, δίδως μετ' ἐξουσίας i) εἰπεῖν,
3 οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἐρῶ. Πολλοὶ γὰρ, φημὶ, οὐκ ἀγα-
p. 529. πῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέχουσι τῶν αὐτῶν ἡμῖν ξυνεδρίων, καὶ εὐωχοῦνται ἐπίσης, καὶ ταῦτα θνητοὶ ἐξ ἡμισείας ὄντες, ἔτι καὶ τοὺς ὑπηρέτας, καὶ θιασώτας τοὺς αὐτῶν k) ἀνήγαγον ἐς τὸν οὐρανὸν, καὶ παρενέγραψαν. καὶ νῦν ἐπίσης διανομάς τε νέμονται, καὶ θυσιῶν μετέχουσιν, οὐδὲ καταβαλόντες ἡμῖν τὸ μετοίκιον.

ΖΕΥΣ. Μηδὲν αἰνιγματωδῶς, ὦ Μῶμε, ἀλλὰ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην λέγε, προστιθεὶς καὶ τοὔνομα. νῦν γὰρ ἐς

i) μετ' ἐξουσίας] ἐπ' ἐξουσίας mallet *Fritzsch.* Quaestst. p. 138. fastidiosius, opinor. Supra μετὰ παῤῥησίας, alibi μετ' ἀδείας, et hujus generis alia, ne ipse quidem damnans nec hanc rationem facile damnare potuerit. k) αὐτῶν] αὐτῶν *Reitz.* et recentt. Sed αὐτῶν omnes vett. cum Aug. (*Schm.*) Cf. simillima c. 2. in. τοὺς ἀκολούθους καὶ θεράποντας αὐτῶν (sine lectionis varietate.)

quam liber sim lingua, quam nihil eorum, quae contra quam decet fiunt, reticere soleam. Redarguo enim omnia, quaeque mihi videntur aperte profero, neque metuens quemquam, neque meam prae pudore sententiam occultans, adeo quidem, ut etiam molestus plerisque videar, et calumniatorio ingenio; publicus quidam accusator ab iis propterea dictus. Verumtamen, quandoquidem licet, et praeconio editum est, et tu das, Jupiter, orandi cum auctoritate facultatem, sine metu dicam. Multi nimirum, inquam, non contenti, nostri se consessus factos esse participes, et aequo nobiscum jure epulari, idque cum ex altera parte mortales sint, suos insuper ministros et sui chori sodales eduxere in caelum, et furtim in album retulerunt, qui nunc aequaliter et de viscerationibus partem et de sacrificiis accipiunt, ne tributum quidem incolatus nobis solventes.

Jup. Noli quidquam obscura significatione, Mome, dicere:

τὸ μέσον ἀπέῤῥιπταί σοι ὁ λόγος, ὡς πολλοὺς εἰκάζειν καὶ ἐφαρμόζειν ἄλλοτε ἄλλον τοῖς λεγομένοις. χρὴ δὲ παῤῥησιαστὴν ὄντα, μηδὲν ὀκνεῖν λέγειν. p. 529.

ΜΩΜ. Εὖγε, ὦ Ζεῦ, ὅτι καὶ παροτρύνεις με πρὸς[l]) τὴν παῤῥησίαν, ποιεῖς γὰρ τοῦτο βασιλικὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ μεγαλόφρον, ὥστε ἐρῶ καὶ τοὔνομα. ὁ γάρ[m]) τοι γενναιότατος οὗτος[n]) Διόνυσος, ἡμιάνθρωπος ὤν, οὐδὲ Ἕλλην μητρόθεν, ἀλλὰ Συροφοινικός τινος ἐμπόρου, τοῦ Κάδμου, θυγατριδοῦς, ἐπείπερ ἠξιώθη τῆς ἀθανασίας, οἷος μὲν αὐτός ἐστιν, οὐ λέγω, οὔτε τὴν μίτραν, οὔτε τὴν μέθην[o]), οὔτε τὸ βάδισμα. πάντες γὰρ, οἶμαι, ὁρᾶτε ὡς θῆλυς καὶ γυναικεῖος τὴν φύσιν, ἡμιμανὴς, ἀκράτου ἔωθεν ἀποπνέων. ὁ δὲ καὶ ὅλην φρατρίαν[p]) εἰσεποίησεν[q]) ἡμῖν, καὶ τὸν χορὸν ἐπαγόμενος πάρεστι, καὶ θεοὺς ἀπέφηνε, τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν Σειληνὸν[r]), καὶ Σατύρους, ἀγροίκους τινὰς, καὶ ἀπόλους τοὺς πολλοὺς, σκιρτητικοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰς μορφὰς ἀλλοκότους· ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ 4 p. 530.

l) πρὸς] εἰς 2954. m) ὁ γάρ τοι] ὁ γὰρ sine τοι 2956.
n) οὗτος] omissum vulgo restituit *Schm.* ex Aug. 2956.
o) οὔτε τὴν μέθην] οὔτε τὴν θέσιν τὴν μέθην 2956.
p) φρατρίαν] „φατρίαν male J.“ Sic etiam *Ald.* 2.
q) εἰσεποίησεν] „ἐποίησεν *Fl.*“ r) Σειληνὸν] „Σιληνὸν Edd. quas vidi omnes.“

sed diserte, et verbis propriis eloquere, adjecto etiam nomine. Nunc enim in medium tibi projecta oratio est, ut quis conjiciat multos, et alias alium tuis dictis accommodet. Oportet autem te, qui libertatem in dicendo profitearis, nihil dubitare dicere.

Mom. Praeclare sane, Jupiter, facis, cum ad dicendi me libertatem incitas: regie istuc profecto facis et magno animo. Itaque nomen etiam dicam. Nempe praeclarus ille Bacchus, semihomo, ne Graecus quidem materno genere, sed vectoris Syrophoenicis, Cadmi, ex filia nepos, postquam immortalitate dignatus est, qualis ipse sit, non dico, neque ob mitram, neque ebrietatis caussa, neque ob incessum. Omnes enim, puto, videtis, quam muliebris sit et effeminatus natura, semifuriosus, merum a summo iude mane redolens. At ille tota nos tribu auxit, et suum secum chorum adducens adest, Deosque fecit Pana et Silenum, et Satyros, rusticos et caprarios plerosque, lascivos, aliena figura, homines: quo-

p. 530. ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικώς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγον τράγου διαφέρων ἐστίν· ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος, Λυδὸς οὗτος· οἱ δὲ Σάτυροι, ὀξεῖς τὰ ὦτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροὶ, κεράσται, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα ὑποφύεται, Φρύγες τινὲς ὄντες. ἔχουσι δὲ καὶ οὐρὰς ἅπαντες. ὁρᾶτε οἵους ἡμῖν θεοὺς ποιεῖ ὁ γεννάδας; Εἶτα θαυμάζομεν, εἰ καταφρονοῦσιν ἡμῶν οἱ ἄνθρωποι, ὁρῶντες οὕτω γελοίους θεοὺς καὶ τεραστίους; ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ δύω γυναῖκας ἀνήγαγε, τὴν μὲν ἐρωμένην οὖσαν αὐτοῦ, τὴν Ἀριάδνην, ἧς καὶ τὸν στέφανον ἐγκατέλεξε τῷ τῶν ἀστέρων χορῷ· τὴν δὲ Ἰκαρίου τοῦ γεωργοῦ θυγατέρα. καὶ ὃ πάντων γελοιότατον. ὦ θεοί, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἠριγόνης, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν, ὡς μὴ ἀνιῷτο ἡ παῖς, εἰ μὴ ἔξει ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ξύνηθες ἐκεῖνο, καὶ ὅπερ ἠγάπα, κυνίδιον. ταῦτα οὐχ ὕβρις ὑμῖν[s]) δοκεῖ, καὶ παροινία, καὶ γέλως; ἀκούσατε δ' οὖν καὶ ἄλλους.

6 ΖΕΥΣ. Μηδὲν, ὦ Μῶμε, εἴπῃς, μήτε περὶ Ἀσκληπιοῦ, μήτε περὶ Ἡρακλέους· ὁρῶ γὰρ οἷ φέρῃ τῷ λόγῳ.

p. 531.

s) ὑμῖν] „bene pleraeque. Ἡμῖν male J."

rum unus corniger, et ex dimidia inferiori parte capro similis, barbam demittens longam, parum a capro differt; alter calvus senex, simis naribus, asino plerumque vectus: iste Lydus est. Satyri autem acutis auribus, calvi ipsi quoque, cornibus praediti, qualia haedis recens natis subnascuntur: hi Phryges. Caudas habent universi. Vide, quales nobis praeclarus iste Deos faciat? Deinde admiramur, si contemnunt nos homines, cum videant ridiculos adeo Deos ac portentosos. Mitto dicere, quod duas etiam mulieres huc eduxit, amasiam alteram suam Ariadnen, cujus etiam coronam siderum choro inseruit, alteram Icarii rustici filiam: et quod omnium maxime, Dii, ridiculum est, etiam canem hujus Erigones ipsum huc eduxit, ne desiderio maceretur puella, si non habeat in caelo, familiarem sibi illam dilectamque canículam. Haec nonne contumelia vobis videtur, et ebriosa insania, et risus? Audite vero etiam alios.

Jup. Ne quid dixeris, Mome, neque de Aesculapio, neque de Hercule: video enim,

οὗτοι γὰρ, ὁ μὲν αὐτῶν ἰᾶται, καὶ ἀνίστησιν ἐκ τῶν νόσων, καὶ ἔστε [.... πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων·] ὁ δ' Ἡρακλῆς, υἱὸς ὢν ἐμὸς, οὐκ ὀλίγων πόνων ἐπρίατο τὴν ἀθανασίαν, ὥστε μὴ κατηγόρει αὐτῶν. p. 531. Hom. Il. Λ, 514.

ΜΩΜ. Σιωπήσομαι διὰ σὲ, ὦ Ζεῦ, πολλὰ εἰπεῖν ἔχων. καίτοι εἰ μηδὲν ἄλλο, ἔτι τὰ σημεῖα ἔχουσι τοῦ πυρός. εἰ δὲ ἐξῆν καὶ πρὸς αὐτόν σε τῇ παῤῥησίᾳ χρῆσθαι, πολλὰ ἂν εἶχον εἰπεῖν.

ΖΕΥΣ. Καὶ μὴν πρὸς ἐμὲ ἔξεστι μάλιστα. μῶν δ' οὖν κἀμὲ ξενίας διώκεις;

ΜΩΜ. Ἐν Κρήτῃ μὲν οὐ μόνον τοῦτο ἀκοῦσαί ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι περὶ σοῦ λέγουσι, καὶ τάφον ἐπιδεικνύουσιν· ἐγὼ δὲ οὔτε ἐκείνοις πείθομαι, οὔτε Ἀχαιῶν Αἰγιεῦσιν, ὑποβολιμαῖόν σε εἶναι φάσκουσιν. Ἃ δὲ μάλιστα ἐλεγχθῆναι δεῖν ἡγοῦμαι, ταῦτα ἐρῶ. τὴν γάρ τοι ἀρχὴν τῶν τοιούτων παρανομημάτων, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ νοθευθῆναι ἡμῶν τὸ ξυνέδριον, σὺ, ὦ Ζεῦ, παρέσχες, θνηταῖς ἐπιμιγνύμενος, καὶ κατιὼν παρ' αὐτὰς, ἐν ἄλλοτε ἄλλῳ σχήματι· ὥστε ἡμᾶς δεδιέναι, μή σε καταθύσῃ τις

quorsum ferat te orationis impetus. Hi etenim, alter sanat, et ex morbis excitat, compluresque unus dignitate exaequat: hic vero meus filius Hercules laboribus non paucis immortalitatem sibi paravit. Hos igitur accusare noli.

Mom. Tua, Jupiter, caussa tacebo, multa dicere cum habeam. Certe si nihil aliud, ignis adhuc habent vestigia. Si vero liceat adversus ipsum te libere loqui, multa sunt, quae dicam.

Jup. Quin adversus me vel maxime licet: num igitur me quoque peregrinitatis postulas? *Mom.* In Creta quidem non hoc solum audire est, sed aliud etiam quiddam de te dicunt, et sepulcrum ostendunt. Ego vero neque illis fidem habeo, neque Achivis Aegiensibus, suppositicium te dicentibus. Caeterum quae maxime arguenda arbitror, ea dicam. Etenim principium violatarum hoc modo legum, et caussam, quod tot spurios hic noster consessus habet, tute, Jupiter, praebuisti, mortalibus te feminis miscens, atque ad illas nunc hac, nunc alia forma descendens, adeo ut metuamus, ne quis te comprehensum, taurus cum sis, ma-

p. 531. ξυλλαβὼν, ὁπότ' ἂν ταῦρος ᾖς, ἢ τῶν χρυσοχόων τις κατεργάσηται χρυσοῦν ὄντα, καὶ ἀντὶ Διὸς, ἢ ὅρμος, ἢ
p. 532. ψέλλιον t), ἢ ἑλλόβιον ἡμῖν γένῃ. πλὴν ἀλλὰ ἐμπέπληκάς γε τὸν οὐρανὸν τῶν ἡμιθέων τούτων· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως εἴποιμι. καὶ τὸ πρᾶγμα γελοιότατόν ἐστιν, ὁπότ' ἄν τις ἄφνω ἀκούσῃ ὅτι ὁ Ἡρακλῆς μὲν θεὸς ἀπεδείχθη· ὁ δὲ Εὐρυσθεὺς, ὃς ἐπέταττεν αὐτῷ, τέθνηκε, καὶ πλησίον Ἡρακλέους νεὼς, οἰκέτου ὄντος, καὶ Εὐρυσθέως τάφος, τοῦ δεσπότου αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἐν Θήβαις Διόνυσος μὲν θεός· οἱ δ' ἀνεψιοὶ αὐτοῦ, ὁ Πενθεὺς, καὶ ὁ Ἀκταίων u), καὶ ὁ
8 Λέαρχος, ἀνθρώπων ἁπάντων κακοδαιμονέστατοι. Ἀφ' οὗ δὲ ἅπαξ σὺ, ὦ Ζεῦ, ἀνέῳξας τοῖς τοιούτοις τὰς θύρας, καὶ ἐπὶ τὰς θνητὰς ἑτράπου, ἅπαντες μεμίμηνταί σε· καὶ οὐχ οἱ x) ἄῤῥενες μόνον, ἀλλ', ὅπερ αἴσχιστον, καὶ αἱ θήλειαι y) θεαί. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸν Ἀγχίσην, καὶ τὸν Τιθωνὸν, καὶ τὸν Ἐνδυμίωνα, καὶ τὸν Ἰασίωνα z), καὶ τοὺς

t) ψέλλιον] ψέλιον Aug. (*Schm.*). u) καὶ ὁ Ἀκταίων] desunt in Aug. (*Schm.*). x) οὐχ οἱ] οὐχὶ vulgo sine articulo. Correxit *Schm.*, monente *Belino*, e 2954. et Gorl. y) θήλειαι] „abest a *Fl.*" nec non a Gorl. et Aug. (*Schm.*) Unde *Schm.* pro suspecto notavit. Melius, puto, *Belinus* in hac voce allusionem vidit ad complures locos Homericos. z) Ἰασίωνα] „Ita emendarunt *Guyet. Palm. Solan. Gesn.* Ἰάσωνα Edd. septem. Ἰάσονα *Fl.* Ἰξίονα L." Cum *Fl.* facit Gorl.

cret, aut auri flatorum aliquis, cum sis aurum, elaboret, et pro Jove aut monile nobis, aut armilla, aut inauris fias. Insuper vero caelum nobis semideis istis opplevisti: neque enim aliter possum dicere. Et ridicula res est, si quis subito audiat, Herculem Deum esse factum; Eurysthea vero, qui sub imperio illum habuit, esse mortuum: et propinqua sibi esse aedem Herculis, qui servus fuerat, et Eurysthei sepulcrum, qui fuerat illius dominus. Et rursus Thebis Bacchus Deus est: at consobrini illius Pentheus, et Actaeon, et Learchus, hominum omnium infelicissimi. Ex quo vero tempore semel tu, Jupiter, fores aperuisti talibus, conversus ad mortales feminas, imitati te sunt universi, idque non mares solum, sed, quod turpissimum est, etiam Deae feminae. Quis enim ignorat Anchisen, et Tithonum, et Endymionem, et Jasionem, et reliquos. Itaque

ἄλλους; ὥστε ταῦτα μὲν ἐάσειν μοι δοκῶ· μακρὸν γὰρ ἂν p. 532.
τὸ διελέγχειν γένοιτο.

ΖΕΥΣ. Μηδὲν περὶ τοῦ Γανυμήδους a), ὦ Μῶμε, εἴπῃς· χαλεπανῶ γὰρ, εἰ λυπήσεις τὸ μειράκιον, ὀνειδίσας ἐς τὸ γένος.

ΜΩΜ. Οὐκοῦν μηδὲ περὶ τοῦ ἀετοῦ εἴπω, ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστιν, ἐπὶ τοῦ βασιλείου σκήπτρου καθεζόμενος καὶ μονονουχὶ ἐπὶ τὴν κεφαλήν σοι b) νεοττεύων, θεὸς εἶναι δοκῶν. Ἢ καὶ τοῦτον τοῦ Γανυμήδους 9
ἕνεκα ἐάσομεν; ἀλλ' ὁ Ἄττις *) γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας, p. 533.
καὶ ὁ Σοβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκυκλήθησαν c) οὗτοι, ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν, καὶ τὴν τιάραν, οὐδὲ ἑλληνίζων τῇ φωνῇ· ὥστε οὐδ' ἢν προπίῃ τις, ξυνίησι; τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται ταῦτα ὁρῶντες αὐτῶν, μακρὰ d) ἡμῖν χαίρειν εἰπόντες, αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν, οὓς ἂν ἐθελήσωσι, τὸν

a) Γανυμήδους] Γαννυμήδους *Ald.* 2. et mox iterum. b) σοι] Sic cum *Schm.* scripsi ex Aug. et Gorl. pro σου, quod in Edd. vulgo est. *) Ἄττις] Nolebam contra librorum consensum Ἄττης rescribere, licet pro certo habens, scripturam Ἄττις vix genuinam esse. Cf. supra De Dea Syr. c. 15. in. ibique notata. c) ἐπεισεκυκλήθησαν] „restitui ex *Fl.* Ἐπεισεκεκλήθησαν cett. male." Ἐπεισεκλήθησαν *Salm.* testante *Schmiedero.* d) μακρὰ] „Sic omnes recte, praeter *Fl.* quae μακρὰν."

haec missurus mihi videor: longum enim fuerit omnia reprehendere.

Jup. Ne quid de Ganymede dicas: Mome, irate enim feram, si dolore adolescentulum affeceris in genus illius aliquid dicens.

Mom. Ergo neque de aquila dicam, quod et ipsa in caelo est, in regio sceptro sedens, et tantum non tuo in capite nidum sibi faciens, ut Deus videatur. An hanc etiam Ganymedis caussa m'ssam faciemus? Verum Attis sane, Jupiter, et Corybas, et Sabazius, unde hi nobis intro vocati (*immissi*) sunt? aut Medus ille Mithres cum candye et tiara, qui neque sonare Graeca possit: ita neque si quis illi propinet, intelligit. Proinde Scythae ac Getae haec illorum videntes, longum nobis valere jussis, immortalitate ipsi donant, et Deos, quoscunque voluerint, suis suffragiis constituunt, eodem modo, quo Zamolxis et-

p. 533. αὐτὸν τρόπον; ὅπερ καὶ Ζάμολξις, δοῦλος ὤν, παρενε-
10 γράφη, οὐκ οἶδ' ὅπως διαλαθών. Καίτοι ταῦτα πάντα,
ὦ θεοί, μέτρια· σὺ δέ, ὦ κυνοπρόσωπε, καὶ σινδόσιν ἐσταλ-
μένε Αἰγύπτιε, τίς εἶ, ὦ βέλτιστε, ἢ πῶς ἀξιοῖς θεὸς εἶ-
ναι ὑλακτῶν; τί δὲ βουλόμενος καὶ ὁ Μεμφίτης οὗτος ταῦ-
ρος, ὁ ποικίλος[e]), προσκυνεῖται, καὶ χρᾷ, καὶ προφήτας
ἔχει; αἰσχύνομαι δὲ ἴβιδας καὶ πιθήκους εἰπεῖν, καὶ τρά-
γους, καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξ Αἰ-
γύπτου παραβυσθέντα ἐς τὸν οὐρανόν, ἃ ὑμεῖς, ὦ θεοί,
πῶς ἀνέχεσθε ὁρῶντες ἐπίσης ἢ καὶ μᾶλλον ὑμῶν προσκυ-
νούμενα; ἢ σὺ, ὦ Ζεῦ, πῶς φέρεις, ἐπειδὰν κριοῦ κέρατα
φύσωσί σοι;

11 ΖΕΥΣ. Αἰσχρὰ ὡς ἀληθῶς ταῦτα φῂς τὰ περὶ τῶν
p. 534. Αἰγυπτίων· ὅμως δ' οὖν, ὦ Μῶμε, τὰ πολλὰ αὐτῶν
αἰνίγματά ἐστι, καὶ οὐ πάνυ χρὴ καταγελᾶν ἀμύητον[f]) ὄντα.

ΜΩΜ. Πάνυ γοῦν μυστηρίων, ὦ Ζεῦ, δεῖ ἡμῖν, ὡς εἰδέναι θεοὺς μὲν τοὺς θεούς· κυνοκεφάλους δὲ τοὺς κυνοκεφάλους.

e) ὁ Μεμφίτης οὗτος ταῦρος, ὁ ποικίλος] Placuit *Schmiedero* ex Aug. scribere: ὁ ποικίλος οὗτος ταῦρος, ὁ Μεμφίτης. cujus quidem transpositionis rationem nullo modo perspicio. Imo vero vulgatus verborum ordo tum linguae legibus, tum stylo Lucianeo convenientior est. f) ἀμύητον] ἀμήνυτον *Hag.* 1. *Bas.* 1. et 3.

iam, servus cum esset, in album, nescio quomodo, delitescens irrepsit. Quamquam, Dii, modica sunt ista omnia. Tu vero iste cum canino rostro, involute sindonibus Aegyptie, quis es, vir bone, aut quomodo, latrator, Deus esse postulas? Quid vero sibi vult Memphiticus iste taurus, ille maculosus, quod adoratur, et oracula fundit, et habet prophetas? Pudet vero ibides et simias dicere, et capros, et alia magis etiam ridicula, in caelum, nescio quomodo, intrusa ex Aegypto, quae quomodo, Dii, sustinetis, cum aequaliter, vel magis etiam, quam vos, coli videatis? Aut tu quemadmodum fers, Jupiter, cum arietis tibi cornua producunt?

Jup. Turpissima sane ista nobis narras de Aegyptiis. Attamen pleraque illorum, Mome, sunt aenigmata, neque omnino deridenda a non initiato.

Mom. Omnino ergo myste-

ΖΕΥΣ. Ἔα, φημὶ, τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ἄλλοτε γὰρ περὶ τούτων ἐπισκεψόμεθα g) ἐπὶ σχολῆς. σὺ δὲ τοὺς h) ἄλλους λέγε. p. 534.

ΜΩΜ. Τὸν Τροφώνιον, ὦ Ζεῦ, καὶ, ὃ μάλιστά με ἀποπνίγει, τὸν Ἀμφίλοχον, ὃς ἐναγοῦς ἀνθρώπου καὶ μητραλοίου i) υἱὸς ὢν, Θεσπιῳδεῖ k) ὁ γενναῖος ἐν Κιλικίᾳ, ψευδόμενος τὰ πολλὰ, καὶ γοητεύων τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα. τοιγαροῦν οὐκ ἔτι σὺ, ὦ Ἄπολλον, εὐδοκιμεῖς, ἀλλὰ ἤδη πᾶς λίθος καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ, καὶ στεφάνους ἔχῃ, καὶ γόητος ἀνδρὸς εὐπορήσῃ, οἷοι πολλοί εἰσιν. ἤδη καὶ ὁ Πολυδάμαντος τοῦ ἀθλητοῦ ἀνδριὰς ἰᾶται τοὺς πυρέττοντας ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ ὁ Θεαγένους ἐν Θάσῳ, καὶ Ἕκτορι θύουσιν ἐν Ἰλίῳ, καὶ Πρωτεσιλάῳ καταντικρὺ l) ἐν Χερρονήσῳ. ἀφ' οὗ δ' οὖν τοσοῦτοι γεγόναμεν, ἐπιδέδωκε μᾶλλον ἡ ἐπιορκία, καὶ ἱεροσυλία, καὶ ὅλως, καταπεφρονήκασιν ἡμῶν m), εὖ ποιοῦντες. Καὶ ταῦτα p. 535. 12 13

g) ἐπισκεψόμεθα] Scripsit auctor, si Lucianus is est, σκεψόμεθα, ut solebat in hac dictione. Praepositio e sequenti voce per errorem occupata. h) τοὺς] deest in Aug. (*Schm.*) i) μητραλοίου] „Sic J. *Fr. Par.* etc. *Μητρολόου Thom. Mag.* v. *Πατρ.* male. *Μητρολωίου Fl.*“ k) θεσπιῳδεῖ] *μαντεύεται* Gorl. et Aug. (*Schm.*) e glossemate, credo. l) καταντικρὺ] „deest in *Fl.*“ m) ἡμῶν] „ὑμῶν male *Fl.*“

riis nobis, Jupiter, opus est, ut sciamus, Deos esse, qui Dii sunt; qui autem canicipites sunt, illos esse canicipites.

Jup. Mitte, inquam, de Aegyptiis dicere. Alias enim de his considerabimus otiose. Nunc dic alios.

Mom. Trophonium, Jupiter, et, quod maxime angit me, Amphilochum, qui, sacerrimi hominis et matricidae filius, oracula fundit beatus ille in Cilicia, mentiens plerumque, et praestigiis, duorum obolorum caussa, fallens. Itaque non amplius tu celebraris, Apollo, sed lapis omnis, et altare quodque edit oracula, quicunque lapis oleo perfusus fuerit, et coronas habeat, et praestigiatorem hominem, quod genus multi sunt, nactus fuerit. Jam etiam Polydamantis athletae statua febricitantes sanat Olympiae, et Theagenis in Thaso; et Hectori sacrificant in Ilio, et Protesilao e regione in Chersoneso. Ex quo igitur tot numero facti sumus, magis perjuria invaluere et sacrilegia, et plane nos contemnunt: nec injuria. At-

p. 535. μὲν περὶ τῶν νόθων, καὶ παρεγγράπτων. ἐγὼ δὲ καὶ ξένα ὀνόματα πολλὰ ἤδη ἀκούων, οὔτε ὄντων τινῶν παρ' ἡμῖν, οὔτε συστῆναι ὅλως δυναμένων, πάνυ, ὦ Ζεῦ, καὶ ἐπὶ τούτοις[n]) γελῶ. ἢ ποῦ γάρ ἐστιν ἡ πολυθρύλλητος ἀρετὴ, καὶ φύσις, καὶ εἱμαρμένη, καὶ τύχη, ἀνυπόστατα, καὶ κενὰ πραγμάτων ὀνόματα, ὑπὸ βλακῶν ἀνθρώπων τῶν φιλοσόφων ἐπινοηθέντα; καὶ ὅμως αὐτοσχέδια ὄντα, οὕτω τοὺς ἀνοήτους πέπεικεν, ὥστε οὐδεὶς ἡμῖν οὐδὲ θύειν βούλεται, εἰδὼς ὅτι κἂν μυρίας ἑκατόμβας παραστήσῃ, ὅμως τὴν τύχην πράξουσαν τὰ μεμοιραμένα, καὶ ἃ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῳ ἐπεκλώσθη[o]). ἡδέως ἂν οὖν ἠρόμην σε, ὦ Ζεῦ, εἴ που εἶδες ἢ ἀρετὴν, ἢ φύσιν, ἢ εἱμαρμένην; ὅτι μὲν γὰρ καὶ[p]) σὺ ἀκούεις ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διατριβαῖς, οἶδα, εἰ μὴ καὶ κωφός τις εἶ, ὡς βοώντων αὐτῶν μὴ ἐπαΐειν. πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν, καταπαύσω τὸν λόγον. ὁρῶ γοῦν τοὺς[q]) πολλοὺς ἀχθομένους μοι λέγοντι, καὶ συρίττοντας· ἐκείνους μάλιστα, ὧν καθήψατο ἡ παῤῥησία τῶν λόγων. Ἥρας

n) τούτοις] τούτοισι Aug. (*Schm.*). o) ἐπεκλώσθη] οὐκ ἂν διαφύγῃ in marg. Coislin. 2956. adscriptum literis rubris, probante *Belino*, qui ea ad defectum orationis vulgatae complendum necessaria haberet. Saltem scribendum erat *διαφύγοι*. Sed vid. omnino *Fritzsch.* Quaestt. p. 173. p) καὶ] ἀεὶ καὶ Aug. (*Schm.*). q) τοὺς] deest in Aug. eodem.

que haec de spuriis et fraude relatis in tabulas censorias. Ego vero etiam nova nomina jam multa audiens rerum, quae neque sunt inter nos, neque omnino possunt consistere, haec etiam, Jupiter, bona fide rideo. Aut ubinam sunt trita illa omnium ore nomina Virtus, et Natura, et Fatum, et Fortuna, pugnantia sibi et cassa rerum nomina, a stupidis hominibus philosophis excogitata? Et tamen, licet temere ficta, sic imprudentes ceperunt, ut nemo nobis sacrificare jam velit, cum norit, si vel decies mille hecatombas offerat, perfecturam tamen esse Fortunam, quae in fatis sunt, et quae ab initio inde unicuique Parcarum filis sunt destinata. Lubens ergo ex te quaeram, Jupiter, viderisne unquam Virtutem, aut Naturam, aut Fatum? Nam te quoque audire ista nomina in philosophorum disputationibus, novi, nisi adeo surdus es, ut neque clamantes illos exaudias. Cum habeam multa adhuc, quae dicam, desinam orationem. Video enim, gravari plerosque dictis meis, et ex-

γοῦν εἰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, ψήφισμά τι περὶ τούτων ἀναγνώ- p. 535.
σομαι ἤδη ξυγγεγραμμένον.

ΖΕΥΣ. Ἀνάγνωθι· οὐ πάντα γὰρ ἀλόγως ἠτιάσω· καὶ δεῖ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐπισχεῖν, ὡς μὴ ἐπιπλεῖον r) ἂν γίγνηται.

r) ἐπιπλεῖον] ἐπὶ πλεῖον *Reitz.* et recentt. Sed junctim Edd. vett. Alibi tamen illi fere habent ἐπιπλέον.

sibilare illa, eos praesertim, quos tetigit mea in dicendo libertas. Quodsi ergo finem horum vis, Jupiter, decretum quoddam de his recitabo, quod scriptum jam habeo.

Jup. Recita; non omnia enim absurde reprehendisti: et oportet multa illorum inhibere, ne nimium quantum excrescant.

ΨΗΦΙΣΜΑ. p. 536.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ. s)

Ἐκκλησίας ἐννόμου ἀγομένης, ἑβδόμῃ ἱσταμένου, ὁ Ζεὺς ἐπρυτάνευε, καὶ προήδρευε Ποσειδῶν, ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος Νυκτὸς t), καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπεν. Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ξένων, οὐ μόνον Ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ βάρβαροι, οὐδαμῶς ἄξιοι ὄντες κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς πολιτείας παρεγγραφέντες, οὐκ οἶδ' ὅπως, καὶ θεοὶ δόξαντες,

s) ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ] „Ita J. *Bas.* 1. *Fl. Salm.* Ἀγαθῇ τύχῃ," nominandi casu *Hag. Par. Fr. Ald.*" t) Νυκτὸς] τῆς νυκτὸς vulgo Edd. Articulum omittunt Ang. (*Schm.*) et *Fl.*, et hinc *Schm.*, qui jam cum *Wiel.* et *Bel.* Momum recte cepit pro *Noctis* filio ad testimonium *Hesiodi* Theog. v. 214.

DECRETUM.

BONA FORTUNA.

Quod felix faustumque sit! Comitiis legitime habitis, septimo die ineuntis mensis, Comitia Jupiter habuit, retulit Neptunus, in suffragia misit Apollo, scribae munere functus est Momus, Noctis f., sententiam Somnus dixit. Quod peregrinorum multi, non Graeci modo, sed etiam Barbari, nequaquam digni, qui civitate nostra nobiscum fruantur, in

p. 536. ἐμπεπλήκασι μὲν τὸν οὐρανὸν, ὡς μεστὸν εἶναι τὸ συμπόσιον ὄχλου ταραχώδους, πολυγλώσσων τινῶν καὶ ξυγκλύδων ἀνθρώπων u)· ἐπιλέλοιπε δὲ ἡ ἀμβροσία, καὶ τὸ νέκταρ, ὥςτε μνᾶς ἤδη τὴν κοτύλην εἶναι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν πινόντων· οἱ δὲ ὑπὸ αὐθαδείας παρωσάμενοι τοὺς παλαιούς τε καὶ ἀληθεῖς θεοὺς, προεδρίας ἠξιώκασιν ἑαυτοὺς x) παρὰ πάντα τὰ πάτρια, καὶ ἐν τῇ γῇ προτιμᾶσθαι θέλουσι· Δεδόχθω τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ξυλλεγῆναι μὲν ἐκκλησίαν ἐν τῷ Ὀλύμπῳ περὶ τροπὰς χειμερινὰς, ἑλέσθαι δὲ ἐπιγνώμονας τελείους y) θεοὺς ἑπτὰ, τρεῖς μὲν
p. 537. ἐκ τῆς παλαιᾶς βουλῆς τῆς ἐπὶ Κρόνου, τέτταρας δὲ ἐκ τῶν δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς τὸν Δία. τούτους δὲ τοὺς ἐπιγνώμονας αὐτοὺς μὲν καθέζεσθαι ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, τὴν Στύγα· τὸν Ἑρμῆν δὲ κηρύξαντα ξυναγαγεῖν ἅπαντας, ὅσοι ἀξιοῦσι ξυντελεῖν εἰς τὸ συνέδριον· τοὺς δὲ ἥκειν μάρτυρας ἐπαγομένους ἐνωμότους, καὶ ἀποδείξεις τοῦ γένους. τοὐντεῦθεν δὲ οἱ μὲν παρίτωσαν καθ' ἕνα, οἱ δὲ ἐπιγνώμονες ἐξετάζοντες, ἢ θεοὺς εἶναι ἀποφανοῦνται, ἢ

u) ἀνθρώπων] vulgo omissum addunt Aug. (*Schm.*) et Gorl. x) ἑαυτοὺς] „αὐτοὺς *Fl.*“ y) τελείους] τε λείους conj. *Petiti*, merito rejecta a V. D. in Observv. Miscc. Vol. V. p. 178.

censuales tabulas nescio quomodo clam relati, et Deorum opinionem adepti, caelum impleverunt, adeo ut plenum turbulenta multitudine sit convivium, diversarum linguarum et colluviei cujusdam hominum, deficiatque ambrosia et nectar, ita ut mina jam illius hemina constet propter bibentium multitudinem: ipsique contumaci quadam superbia depulsis veteribus et veris Diis, priorem sibi accubitum praeter patrium morem arrogent, et in terra quoque honore praeferri illis velint: Earum rerum caussa placeat senatui et populo, haberi comitia in Olympo circa brumam, et eligi Quaesitores de classicorum Deorum numero septem, tres de majorum gentium senatu sub Saturno, quatuor vero de duodecim, et in his Jovem. Quaesitores autem illos sedere juratos prius legitimum jusjurandum, Stygem. Mercurium porro praeconio cogere omnes, qui concilio Deorum interesse postulant: hos porro venire adductis juratis testibus, et generis sui argumentis. Deinceps hi singulatim prodeant in me-

καταπέμψουσιν ἐπὶ τὰ σφέτερα ἡρία, καὶ τὰς θήκας τὰς z) p. 537.
προγονικάς. ἢν δέ τις ἀλῶ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἅπαξ ὑπὸ
τῶν ἐπιγνωμόνων ἐκκριθέντων, ἐπιβαίνων τοῦ οὐρανοῦ, ἐς
τὸν Τάρταρον ἐμπεσεῖν τοῦτον. Ἐργάζεσθαι δὲ τὰ αὐτοῦ 16
ἕκαστον. καὶ μήτε τὴν Ἀθηνᾶν ἰᾶσθαι, μήτε τὸν Ἀσκληπιὸν
χρησμῳδεῖν, μήτε τὸν Ἀπόλλω τοσαῦτα μόνον ποιεῖν, ἀλλ'
ἕν τι ἐπιλεξάμενον, μάντιν, ἢ κιθαρῳδὸν ἢ ἰατρὸν εἶναι.
Τοῖς δὲ φιλοσόφοις προειπεῖν, μὴ ἀναπλάττειν κενὰ a) ὀνό- 17
ead. l. 4. *Παρὰ γοῦν*] Forsan *γε* maluit *Solan.* Sed satis potest vulgatum stare, pro *certe quidem* acceptum, quo sensu frequenter poni, satis docuit *Bud.* in Comment. p. 475. Conf. mox c. seq. *ἄρτων γοῦν*. Reitz. Invenit *Solanus* verba *παρὰ γοῦν ἡμῖν* etc. in Edd. vett. cum sequentibus juncta, quae res eum, nisi fallor, movit ad istam adnotationem, non quod vim particulae *γοῦν* ignoraret, quam e singulis Lucianeorum paginis cognosse licebat. Jam praecedentibus adjuncta haec verba ferri aliquo pacto possunt, quamquam et mihi satis jejunum tale additamentum videtur, ac paene absurda sententia: *ἡ πενία δὲ — — παρὰ γοῦν ἡμῖν τοῖς πένησι. Δὲ* autem e Cod. Par. in locum *γοῦν* si velis substituere, multo etiam minus satisfeceris. Lehm.

ead. l. 7. *Ὅσας ἔχοντες*] An *τόσας*; pro *τοσαύτας*. Vett. Codd. inspiciendi. Guyet. Nil varietatis invenio. Nec desidero: nam *ὅσας* interrogative acceptum belle se habet, sive exclamantis more malis, parum refert, prorsus ut in Dial. Mort. II. fin. *ὅσον μὲν ἐγὼ χρυσοῦ. Σ. ὅσης δ' ἐγὼ τρυφῆς.* Neque *ὅσας* hic nectendum cum praemisso *τοσοῦτον*, quasi *tantum, quantum* significaret, ut saepe solet; idque *Guyetum* in errorem induxit, quod minus mirarer, si *ὅσον* legeretur; at cum ipse casus ac numerus diversus separationem indicaret, facilis erat distinctio. Reitz.

ead. l. 8. *Συνοικίας*] *Insulas.* Guyet. Bene. At supra, *vicos* volvit idem. Me ibi non refragante, quod illic parum intersit. Reitz.

Pag. 25. *l.* 1. *Θύμον*] *Cepam agrestem, bullum.* Guyet. *Pravam* (fausse) dicit hanc interpretationem *Belinus.* Nec facilius *porrum*, quo *Gesneras* interpres usus est h. l., concoquere poterat delicatior, quam doctior, arbiter. Ipse enim *thymum* praetulit, ignorans hoc fuisse olerum genus, Athenis a pauperibus comedi solitum, de qua re insignis est locus *Aristoph.* Plut. v. 283. Grammatici veteres explicant fere per voces *βολβός, κρόμμυον*. Noster fere eum

κάρδαμον conjungit, ubi de vilissimo opsonio agit, ut Timon. c. 56., aut cum τάριχος, ut Fugit. 14. Omnino hoc θύμον hac vi saepe commemorat, memor potissimum Pluti Aristophanei. LEHM.

Pag. 25. *l.* 1. Ἐπιτρώγοντες] Ἐπιτράγοντες forsan. GUYET. Non capio, cur derivatum a τρώγω, *comedo*, *arrodo*, hic sic mutandum. REITZ.

ead. l. 6. Ἡμῶν πάντων] Ἡμῖν πᾶσι requireretur. Sed hoc longius a scriptura abit, nec verosimile est, in structura tam vulgari omnes pariter aberrasse. Quare ἡμῶν πάντων absolute accipiendum. Vid. supra cap. 9. vers. ult. REITZ. Nihil prorsus hi loci simile habent, ut alterius exemplo lectio alterius vel illustrari, vel fulciri, possit. Genitivi autem, de quibus quaeritur, tantum abest ut absoluti sint habendi, ut legitime adeo juncti sint verbo κατασκεδάζειν. Cf. Nigrin. c. 3. LEHM.

ead. l. 10. Ἐν ταῖς κοιτίσι καὶ κίσταις] Cave vertas κοιτίσι, *cubilibus*: sunt enim *arculae*, in quibus mundus muliebris, corporis ornamenta, vestesque pretiosiores recondi solebant. *Hesych.* Κοιτὶς, ἡ μικροτέρα κίστη, ἐν ᾗ γυναικεῖος κόσμος ἀπετίθετο. Adde etiam *Pollucem* X, 31. L. Bos.

Pag. 26. *l.* 5. Ἡμῶν] L. et *Fl.* recte. In reliquis impressis ὑμῶν· quamvis in versione sit *nostrûm*. Quam supine! SOLAN.

Pag. 27. *l.* 1. Τὸ τάριχος ἐς τὴν φακ.] Non minus enim hoc absurdum, quam τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, quo proverbio usum *Varronem* in Satira docet *Gellius* XIII, 28. et usus est *Cicero* ad Att. I, 19. de rerum hominumque copulatione absurda. In ἀναισθήτου charactere apud *Theophrastum* est φακῆν ἕψων δὶς ἄλα εἰς τὴν χύτραν ἐμβάλλων ἄβρωτον ποιῆσαι. Communis ergo valde cibus lenticula. GESN.

ead. l. 2. Τῶν ἰχθύων] Hoc glossema videtur. GUYET.

ibid. Παρεισπεσοῦσαν] Hic certe nolim παρεισπαί-

ουσαν reponere, quod alii vellent, qui ἐπειςπέσας ubique in ἐπειςπαίσας mutant. Vid. supra Diall. Meretr. XV. Adde *Diod. Sic.* IV. pag. 256. παρειςπεσὼν ἐντὸς τῶν πυλῶν. Eundem XII. c. 43. a. m. παρειςέπεσεν εἰς το χωρίον. Et XIV. c. 51. p. 682. παρειςπεσόντες γὰρ ἐν τὸς τοῦ τείχους, καὶ δοκοῦντες ἤδη κυριεύειν. Item cap. 53. παρειςέπεσεν εἰς τὴν πόλιν. Ac persaepe alibi. Quin et alia composita a πίπτω *invadendi, irruendi* potestate invenias iis in temporibus collocata, quae a παίω corrupta dici nequeant, ut ap. *Herodian.* III, 4, 9. παρορμώντων ἑκατέρωθεν τῶν στρατηγῶν· προθυμία δὲ πάση ἐνέπιπτον, ὡς — τελευταίας ἐκείνης μάχης. *Aelian.* V. H. XII, 23. f. ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, *irruunt, insiliunt in fluctus*, armisque contra eos pugnant. Ne repetam, quae ex *Diog. Laërt.* et *Herod.* dedi ad Meretr. l. d. Unde et intactum maneat *Nostri* Tim. c. 33. ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόος ἐς ἐμὲ, *ille irruens* etc. ne plura ex eodem congeram. Cum et *Long.* Past. II, 78. λύκος ἐμπεσὼν *lupus in oves irruens* dicatur, ut jam notavi ad Tox. cap. 28. Etsi frequentius in mitiorem partem, de fortuito casu, ut Asin. c. 20. ἐμπεσεῖσθαι εἰς τὰ ῥόδα, aliaque, quae obiter ibid. indicavi, quia obvium. Addo *Diod. Sic.* XII. cap. 24. f. μετὰ τῶν ὅπλων νυκτὸς εἰς τὴν Ῥώμην εἰςέπεσον. Ubi rursus pro hostili invasione. Reitz.

ead. l. 6. Ὅμηρος — φησι] Od. *M*, 395. Solan.

ibid. Περὶ τῶν ἡλίου βοῶν] Interfectorum a sociis Ulyssis Solis boum. Ὀδυσσ. *M*, 395.

Εἶρπον μὲν ῥινοὶ, κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει,
Ὀπταλέα τε καὶ ὠμά· βοῶν δ' ὡς γίνετο φωνή. Gesn.

Similem prorsus gentis cujusdam Africae interioris fabulam de tauris assatis et in vitam reversis narrat *John Campbell* in Travels in South Africa etc. Lond. 1822. Vol. II. p. 271. sq. referente illustri *Böttigero* in Ephemeridd. quae dicuntur Vespertinis a. 1822. N. 68. p. 270. sq. Ceterum ex hoc *Luciani* loco, comparato cum Gall. c. 2. egregie *Fritzschius* noster Quaestst. p. 187., praeeunte tamen *Bar-*

nesio ad *Hom.* Odyss. XII, 129., in libro De Astrol. c. 22. pro incommoda lectione vulgata τοῦ ἡλίου τὰς βολάς corrigendum vidit τ. ἥλ. τὰς βόας. Lehm.

Ead. l. 10. *Οἴχεσθαι καὶ ταύταις*] Ex praecedentibus, et editionibus antiquis legendum *ταύτας*. Jens.

ead. l. 14. *Τὴν ἐσθῆτα δέ οἱ*] Illud οἱ non satis hic commode locum habere videtur, cum plurium numerum postulet orationis series. Coeperat enim, *ἐπειδὰν λουσόμενοι ἥκωσι, τὸν παῖδα μὲν αὐτοῖς κ. τ. λ.* Potest tamen ab ipso *Luciano* esse haec vel negligentia, vel figura, ut οἱ ponatur pro *σφίσι* vel *αὐτοῖς*, per distributionem. Gesn. *Δέ οἱ*] Edd. *δὲ οἱ*. Ego enclitice scripsi, ut οἱ sit dativus ab *οὗ*, pro *αὐτῷ*, quod probatione non indiget. Reitz. Hoc quidem probatione non egebat, illud vero tanto magis, de quo agit *Gesnerus*, quodque non ea, qua *Reitzio* placuit, levitate absolvi potuit. Aliquid fortassis est, quod in *Bas.* 3, οἱ plane omissum, et *δὲ* secus atque in *Bas.* 1. gravi accentu notatum reperitur, unde colligas consulto, non temere, posteriorem *Basileensem* a priori recessisse. Nihilominus puto illud οἱ non tam ejiciendum, quam potius corrigendum esse. Et unice quidem veram, si quid video, rationem iniit *Fritzschius* Quaestst. p. 207. qui pro *δέ οἱ Lucianum δὲ δέοι* scripsisse censuit. De insolentia autem Optativi in hac syntaxi adiri jubet ille *Schäferum* ad *Demosth.* Apparat. Tom. I. p. 216., ubi *Bremi* laudat eundem in finem *Matthiae* Gr. Gr. §. 529. 3. Lehm.

Pag. 28. *l.* 5. *Ἐπιῤῥεούσης τῆς κόμης*] *Ἀποῤῥεούσης τ. κ.* Marcil. *Ὑποῤῥεούσης*] In libris nostris omnibus legebatur *ἐπιῤῥεούσης*, quod cum hic ferri non possit, mutavimus. Vide, ne te morer, Diall. Merett. XII. versus finem, ubi recte in omnibus scriptum est, *ὑπέῤῥεον γὰρ αὐτῇ αἱ τρίχες*. Solan.

Ead. l. 10. *Ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν*] *In utilitatem publicam divitias habere.* Sic *Philostr.* IV. Vit. Apoll. c. 8. 146. *ὁ δὲ θαυμασθήσεται ἀπὸ τοῦ ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν.* Reitz.

Pag. 28. *l.* 12. *ΤΩι ΤΙΜΙΩΤΑΤΩι*] Non nimium sibi arrogat, cum fingit se vocari a Saturno *τιμιώτατον*. Ille apud *Theophrastum* *ἀναίσχυντος* ad *ἀκόλουθον*, servum pedissequum, *εὐωχοῦ*, inquit, *τίμιε*. GESN.

Pag. 29. *l.* 1. *Πέπαυμαι τοῖς*] Inter has voces in omnibus ferme impressis *εἷς ὢν* legitur, quod, quid sit, nemo intelligit. Unde et *τις* pro *εἷς* legendum arbitrabar. Sed *Fl.* cum non agnoscit, lubentes exulare et nos jussimus. GESN.

ibid. Εἷς ὢν] Delenda videntur. GUYET. Merito *Fl.* haec omittit, misere enim *ὢν* repetitur unico tantum verbo interposito. Possem quidem conjicere *πέπαυμαι εἰς αἰῶνα, in perpetuum desiti*, scil. *regnare*. Sed non satis certo: ideo uncis illa suspecta verba seclusi, ut simul eo facilius adpareat, quo *Guyeti* verba pertineant. REITZ. *Herel.* ep. crit. ad *Meus.* p. 41. pro *εἷς ὢν* voluit *εἷς ὕστερον*. *Schmiederus* autem suspicans, olim fortasse lectum fuisse: *ὡς ἐγὼ μὲν πάλαι πέπαυμαι βασιλεὺς ὤν*, duas istas voces putavit e mala repetitione ultimarum syllabarum vocum *βασιλεὺς ὤν* ortas esse. Utcunque factum sit, haud dubie incommodae sunt h. l. et jejunae. Nam quae *Fritzschius* Quaestst. p. 147. comportavit e docta penu sua, efficiunt quidem, ut aptior distinctio verborum restituatur, commate non, ut vulgo factum, post *βασιλεὺς ὤν*, sed post *πέπαυμαι* posito, ad tuendas autem voces suspectas nihil prorsus conferunt. Nam ut largiaris, in omnibus illis ac singulis, quos contulit, locis optime se habere formulam, hinc tamen nihil sequitur, quo h. l. comprobari illa possit. Dubia enim est ac paene multiplex earum explicatio; et si cum *Fritzschio* cogites *unum* patrem *tribus* filiis oppositum, vide primum, quam nihil dicat talis sententia, deinde vero circumspice, ubi *tres* filii, quos *Fritzschius* ipse in parenthesi notat, h. l. ab auctore ipso commemorentur. Denique, ne quid omittam, *Jacobsio* visum legere *ἑῦ ποιῶν*, idque ipse per se finxit *ἑῦ ποιῶν*. Sed ego meo loco vix *ἑῦ ποιῶν*, quantumvis elegantissime editurus essem. LEHM.

ead. l. 5. Ἀφελεῖν] Scil. περὶ τοῦ ἀφελεῖν. GUYET.

ibid. Ἐκ τῆς ὁμοίας] Subaudi μοίρας, μερίδος, λέξεως. GUYET.

Pag. 30. *l.* 5. Μὴ ὁ σῖτος φθειριζήσῃ] *Benedictus: ne frumentum vermibus corrumpatur.* Nulla est vox apud Graecos φθειριζέω. Sed est dispescenda, ut in Ms. φθειρὶ ζέσῃ, hoc est, *verme scateat.* Sed tamen puto legendum φθειρῶν ζέσῃ, ut alibi dixit *Lucianus* σκωλήκων ζέσας, *vermibus plenus:* quamvis et φθειρὶ possit ferri. GRAEV.

ibid. Φθειριζήσῃ] φθειριζάω, an φθειριζέω; GUYET. Alibi hoc verbum non invenio, φθειριάζω quidem ap. *Steph.* in Append. Sed ideo vulgatum *Luciani* non rejicio, nec tamen dicere habeo, num a ζάω *vivo*, adeoque quod vermibus quasi vivat, an a ζέω *ferveo* sit derivandum, utrumque enim aptum. Verum quia tum φθειριζέσῃ potius formaret, et supra etiam σκωλήκων ζέσας, *vermibus scatens*, habuimus, ita et hic forsan φθειριζέσῃ scribendum. REITZ. Abeat improbe compositum verbum, cedatque dicendi formulae secretis partibus scriptae φθειρὶ ζέειν. Jam etsi alibi Alex. c. 59. noster simili tropo usus scripserit σκωλήκων ζέειν, non tamen propterea h. l. Dativus improbitatis notam trahit, quum et φθειρὶ ζέειν dici potuerit, non minus certe bene, quam sacra illa phrasis ζέειν τῷ πνεύματι *Paul.* ad Rom. XII, 11. e. a. Similiter fere judicavit *Abresch.* Dilucc. Thucydd. p. 603. nec non *Schneider.* Lexic. LEHM.

ead. l. 10. Φευκτέον] Ἑλλειπτικῶς pro φευκτέον πρᾶγμα. GUYET.

Pag. 31. *l.* 3. Ἴσως] Hic pro *saltem* usurpari videtur. Omnes autem libri nostri agnoscunt. SOLAN. Non *saltem* significat ἴσως, sed eorum est saepenumero, qui adversarii sententiam nunc quidem in suspenso relinquentes concedunt aliquatenus, nec tamen omni ex parte et in sempiternum. Non male *Gesnerus*, tum reddit per *forte*, ut Fugit. c. 1. καὶ τοῦτο μὲν ἴσως. Diall. Deor. XIII, 1. ἀγύρτης, νοσοῦσι μὲν ἴσως ἀνθρώποις χρήσιμος. Verum nolo acta

agere. Paullo diversi generis usus hujus particulae est, ubi certam significat affirmationem, humanitate quadam temperatam, de quo usu scite agit affinis meus, meritissimus *Lysiae* editor, in Observatt. Critt. in Lysiae oratt. p. 52. LEHM.

ibid. Ἑκάτερον] Σῦες καὶ πλακοῦντες. GUYET.

ead. l. 3. Ὡς δὲ μετὰ ταῦτα] Leg. fort. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα. GUYET.

ead. l. 7. Τούτων τε] Καρηβαρίας καὶ ἐρυγμοῦ scilicet. GUYET.

ead. l. 9. Ὁ τράγος] *Libido*, quod nota. GUYET. Nota hic τράγος pro libidine. MENAG. Non adscripsissem, nisi ut pateret, qui *Menagius* vix quidquam unquam notat, quam quod *Guyetus*, quem totum compilavit. REITZ.

ead. l. 10. Συνεξελέξαντο] In omnibus antea scribebatur συνεξελλέξαντο. SOLAN. Non itaque inspexit *Bas.* 1. et 3., ubi recte συνεξελέξατο. LEHM.

Pag. 32. *l.* 1. Συγκεκομμέναι] Συγκεκριμέναι legendum videtur. Τὸ συγκεκομμέναι hic non placet. GUYET. Συγκεκαττυμέναι] Quid vulgatum συγκεκομμέναι sit, nemo credo edisserat: idcirco rejecimus, et hanc vocem *Luciano* alibi usurpatam, peropportunam, et rejectae satis similem, ut errorem indiligenti scribae faceret, substituimus. Vide Quom. Conscr. Hist. cap. 23. ἐκ ῥακῶν π. ἢ ἐκ δερμάτων σαπρῶν συγκεκαττυμένος. SOLAN.

ead. l. 5. Ἔστιν αὐτὸ] Ἤδὺ legit interpres. GUYET. Ἔτι ἐστὶν αὐτὸ] Non intelligi haec a me, fateor: intelligerem, si pro ἔτι legeretur ἡδύ. Sic enim oritur sententia, quam dedi, quamque *Erasmo* etiam placuisse observo. GESN. Cf. Varr. Lectt. LEHM.

ead. l. 7. Ὥςπερ οὐδὲ σὺ] Nihil hic adnotavit *Reitzius*. Unde suspicamur, excidisse in ejus Ed. typothetae culpa illud οὐδὲ inter ὥςπερ et σὺ, quod habent *Salm.* et *Bas.* 4. adstipulante Ms. Reg. 2954. BIP. Recte illi suspicati. LEHM.

Pag. 33. *l.* 5. Εὖ ἴστε, αὐτοὶ ἐφ' ἡμᾶς ἰόντες ἐδέοντο συνδειπνεῖν] Emendandum ὑμᾶς, idque recte

observavit interpres. Immo sic clare dederunt Florentini. Si, inquit Saturnus pauperibus, vos contemneretis divites, nec lautas mensas, nec splendidas vestes eorum mirati; certi estote, eos ad vos sponte venturos fore, et ad coenam vocaturos. Simillime modo de divitibus loquitur Philosophus in Nigrino T. I. c. 23. *Οὐκ ἂν οἴει τοὐναντίον αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πτωχῶν δεομένους τοὺς πλουσίους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν, μηδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν, μηδ' ἀνόητόν τε καὶ ἄχρηστον τῶν τραπεζῶν τὸ κάλλος, καὶ τῶν οἴκων τὸ μέγεθος; οὐ γὰρ οὕτω τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς διὰ τοῦ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι. An non putas e diverso, divites ipsos ad pauperum fores esse venturos, rogantes, ne ignobilem et sine teste suam felicitatem relinquant, neve inutilem et ab omni usu remotam mensarum pulchritudinem et domorum magnitudinem perire sinant? Neque enim tantum ipsas divitias amant, quantum propter eas se felices praedicari.* Jens.

ead. l. 12. *Ἀξιῶν*] Antea in omnibus legebatur *ἄξιον*. Sed probabunt, sat scio, elegantes homines nostram emendationem. Solan. Imo vero, si recte et distinguatur locus et capiatur, non erit, quod elegantes homines a probissima lectione vulgata recedant. Lehm.

Pag. 35. *l.* 2. *Προσκαλέσασθαι*] Subaudi *ἡμᾶς*. Guyet. Imo *ὑμᾶς*. Lehm.

ead. l. 5. *Δείπνων πέρι*] Subaudi e superioribus, *καὶ ὑπεσχόμην γράψειν πρὸς ὑμᾶς περὶ δείπνων*. Reitz. Referam potius ad sequentia: *καὶ τοῦτο προσθεῖναι ἠξίου τῇ ἐπιστολῇ*. Quae autem modo dicta erant: *ἃ καλῶς ποιοῦντες ἔχετε*, reddita a *Gesnero* et *Erasmo* adeo sunt ad Graecae phraseos naturam apte, ut *Belinus* prudentius secutus *Gesnerum* fuisset, quam pro more suo carpsisset. Ipse autem hanc interpretationem suam: *dans votre heureuse situation* unice verum habet, de qua praestabo ne cogitasse quidem auctorem. Lehm.

ead. l. 15. *Ὀδυσσέως ἑταίρους*] *Hom.* Od. *M*, 173. Solan.

Pag. 36. *l.* 4. Ἰσοδιαίτης] Sic omnes libri nostri. De Baccho usurpat *Plutarchus* hanc vocem, pag. m. 692. AB. Puto tamen veram et genuinam vocem esse *ἰσοδιαιτητής*. Lege omnino Numeri 36. ultima verba; unde satis, ni fallor, emendationis hujus ratio patebit. Solan. Difficile forte fuerit dicere, quis sit ille *ἰσοδιαίτης, ὁ ἡγούμενος τῶν συμποσίων*. A *δίαιτα διαιτάω* descendat ὁ *ἰσοδιαιτητὴς*, ut mox c. 36. habebimus *συνδιαιτητὴν*, sed hic quoque nusquam est. Fallor, an est *ἰσοδαίτης*, quod Bacchi epitheton esse docet *Plutarchus* de *EI* pag. 692. ante med. *H. Steph. Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα καὶ Νυκτέλιον καὶ Ἰσοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσι*. Ortum hoc ei cognomen puto *ἀπὸ τῆς δαιτὸς ἴσης*, *Homero* familiaris, de qua Comment. ad Il. *A*, 468. it. *Athenaeus* I, 10. Laetitiae dator Bacchus aequum amat hodie: idem apud Graecos, qui *συμπόσιον*, *combibium* dixere, non *convivium*, merito *ἡγούμενος τῶν συμποσίων* est. In eundem convenit, quod est apud *Harpocrationem* et *Suidam*, Ἰσοδαίτης *ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημιώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει*. Laudat *Harpocration* hic Hyperidem pro Phryne. Notum, quam libenter Dionysia agitet hoc genus. Idem nomen est, quod apud *Hesych.* legitur *ἰσοδέτης, ὑπ' ἐνίων ὁ Πλούτων· ὑπὸ δὲ ἄλλων ὁ Πλούτωνος υἱός*. Certe id jam adnotatum video in *Schreveliana* editione, ubi etiam laudatur *Meurs.* Att. lectt. pag. 50. *Luciano* quidem restituendum *τὸν ἰσοδαίτην*, mihi indubium est. Gesn. Nec *Belino* fuit dubium, nec *Wielandio*, nec mihi est. Vellem etiam *Reitzio* ejusque sectatoribus ita visum fuisset. Vulgata enim *ἰσοδιαίτης* forma est et natura plane exlex, nec ullo pacto in his finibus ferenda. Quod autem *Solano* placuit *ἰσοδιαιτητής*, per se quidem non male referatur ad aequum rerum convivalium arbitrum — noti enim sunt Atheniensium *οἱ διαιτηταί* — i. e. ad regem symposii, de quo hunc locum cepit *Wielandius*, falso ille quidem sic, si lectionem *Gesneri ἰδοδαίτης* probaret. Verum in eo graviter errat *Solanus*, quod similes quidem, at neutiquam ejusdem

potestatis, voces, quae c. 36. f. leguntur, huc confert. Illic enim priore voce ἰσοδίαιτοι aut quaecunque sit vocis forma, significantur manifesto *divites* ipsi, epistolae auctores, posteriore autem συνδιαίτης aut συνδιαιτητὴς (!) aut συνδίαιτος *conviva* quilibet, a convivatore diversus. Nostro autem loco quis non videat intelligi aliquem, qui ab utrisque illis bene sit distinguendus, *praesidem* scilicet (ἡγεμόνα) *convivii*. At vero hunc praesidem convivii mihi quidem liquet non posse h. l. eum esse, qui ipsis divitibus auctoribus, ad quos universa accusatio spectat, constituatur, sed eum, qui *divino* quodam instituto omnibus conviviis ac symposiis praesit, et quo duce (ἧγεῖται h. l.) divites vel inviti aequo omnibus convivis convictu uti debeant. Utitur scilicet Saturnus argumento e *divinitate* instituti desumto remque defert ad deum (τὸν ἰσοδαίτην) cujus auctoritatem laedere nefas sit, nec vero ad herorum arbitrium, penes quos sit privatas et domesticas leges vel observare, vel antiquare. Quae quum ita sint, colligimus, non ἰσοδιαιτητὴν, regem convivii sortito creatum, sed deum ipsum, conviviorum praesidem tutelarem, Bacchum, τὸν ἰσοδαίτην, h. l. cum *Gesnero* statuendum esse. Alia est posterioris loci argumentatio, ubi divites ipsi, admoniti a Saturno, ut aequali cum pauperibus convictu utantur, ad ipsum morem sibi semper observatum provocant probantque jam sibi non opus esse, ut imperentur ea facere, quae hucusque semper fecerint, ἰσοδίαιτοι καθεστῶτες etc. Verum de his videbimus suo loco. Leum.

ead. l. 14. Πολλοὶ, καὶ] Οἱ πολλοὶ legisse videtur interpres. Guyft. Scil. quia vertit, *vulgus*. Reitz. Nec tamen propterea necessario requiritur articulus. Lehm.

ead. l. 16. Ἵστωσαν] *Discant*. Guyet.

ibid. Αὐτοὶ διαβαστάντες] Αὐτοὶ διαβαστάσαντες. Marc.

Pag. 37. *l.* 1. Καὶ τῆς ἱστορίας] Sic forte legendum: τῆς ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸν χρυσὸν ὅσος etc. Guyet.

ibid. *Τὸν χρυσὸν ὅσους, ὅς*] Sic libri omnes nostri. SOLAN.

ead. l. 2. *Ὅς ἐπανθεῖ*] *Ὅς* delendum videtur. GUYET. Probo, et pro non scripto habeo. REITZ. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

ead. l. 9. *Λέοντας*] (Vid. *Bourdelot.* not. additam.) De leonibus quod hic tradi fertur, confirmatur ab *Aeliano*, de animalib. IV, 3. De lupis contrarium usu satis notum est: conspiciuntur enim frequenter gregatim ad praedam prodeuntes. Vide, quae supra ad Timon. c. 25. annotata sunt. SOLAN. Locus Timonis est cap. 42., quem vide cum iis, quae illic sunt notata, Tom. I. p. 447. hujus nostrae Editionis. LEHM.

ead. l. 10. *Καὶ τοὺς μονιοὺς τῶν λύκων*] Censebat vir clarissimus *Godofredus Maluynus* legendum esse *μονιοὺς τῶν συῶν*· atque movebatur ea ratione, quod lupi soleant bini incedere, at apri *μονιοὶ* dicantur, ut apud *Lycophr.* *πόρκος μονήρης*, quod confirmat *Aelian.* lib. XV. cap. 3. loquens de Thynnis: *καὶ οἱ μὲν αὐτῶν κατὰ τοὺς σῦς εἰσι μονιοὶ, οἱ δὲ συνδυασθέντες καὶ εἰς τὸν κατὰ τοὺς λύκους σύννομον.* Sed pace tanti viri dixerim, loquitur *Aelianus* de lupis, quatenus bini ad raptum prodeunt; at hic sermo est de victu solitario lupi, lupus solus comedit. Itaque Timon Lucianeus (cap. 42.) statuit sibi *μονήρην τὴν δίαιταν καθάπερ τοῖς λύκοις.* Imo etiam *μουνιὸς* proprium videtur esse lupi adjunctum. Sic *Antipater* lib. III. Anthol. *Μουνιὸς ἐκ θάμνοιο θοροὼν λύκος ἄσκοπον ἄνδρα Ἔκτανεν.* Hinc etiam apud *Suid.* *μονιὸς* est *μονόλυκος*· pro priori parte stat *Hesych.* Contra omnes Mss. Codd. nihil mutare ausus sum. BOURD.

Pag. 38. *l.* 3. *Παρασκεναζουσι*] Vel contra omnes libros legendum arbitror, *παρασκευάσουσι*, ne abhorreat ab *ἰάσουσι* et *συνέσονται.* GESN. Favet conjecturae *Bas.* 3. LEHM.

ead. l. 4. *Εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν, ὑποθώμεθα γὰρ οὕτως, οὐκ ἂν ὑμᾶς ἠνίασεν*

οὐκ ἔχοντας οἷς ἐπιδείξασθε τὰς ἁλουργίδας ἐσθῆτας etc.] Ait Saturnus divitibus, *Si pauperiores taciti irent, (fingamus enim ita) nonne id maxime vos uereret, non habentes, quibus purpureas ostenderetis vestes?* Sed τὸ, ἐπιδείξασθε hic nihili est. Scribe ἐπιδείξαισθε, vel, quemadmodum habet Florentina, ἐπιδείξετε. Jens. Perperam vertitur, *si pauperes abirent taciti.* Nam μύοντες βαδίζειν dicuntur, qui clausis oculis incedunt. Μύειν hic est *claudere oculos*, quod aliter καταμύειν et καμμύειν dicitur. Recte itaque *Schol.* hic μύοντες, καμμύοντες, τουτέστιν ὀφθαλμοὺς κλείοντες. Atque ita optime cohaerent sequentia: *Nonne id vos ureret, cum sic non haberetis, quibus purpureas vestras ostentaretis?* Nam licet pauperes taciti incederent per plateas, nihilominus videre poterant divitum vestes pretiosas; si vero clausis oculis, eas non videbant. L. Bos.

ead. l. 6. Ἐπιδείξετε] *Fl.* vid. *Jens.* In reliquis ἐπιδείξασθε. Solan. Ἐπιδείξασθε] Forte blandior medicina, et magis Graecismum olens fuerit, si legamus οἷς ἐπιδείξασθαι. Gesn. Ἐπιδείξαισθε legendum videtur. *Guyet.* Idem conjicit *Jens.* nec improbem; sed quia Florent. ἐπιδείξετε longius recedit, ac defendi potest ex iis, quae ad c. 4. v. ἐπινεύσει: pro ἐπινεύσῃ sunt indicata: vulgatum immutare non sustinui. Reitz. Revera ἐπιδείξαισθε habet *Ald.* 2. pro foedissimo vitio ἐπιδείξασθε. Ceterum Florentina lectio ἐπιδείξετε, quam et Codex 2954. servavit, certe in ἐπιδείξεσθε mutanda foret. Ac nisi omnia fallunt, haec genuina est habenda lectio. Lehm.

ead. l. 14. Ὀπτώμενοι μεταξὺ] Μεταξὺ ὀπτώμενοι mallem. Guyet. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

Pag. 39. *l.* 1. ψύτται] Lego ψύττα, i. e. ταχέως. Sic supra Lexiph. cap. 3. ψήττα κατατείνας legendum pro ψύτταν, quod depravatum est. Guyet. Ψύτταν] Mea haec emendatio est: cum enim in omnibus legeretur ψήτται, vel ψύτται, in *Fl.* et Schol. ψύττα, voces palam depravatae; ex Lexiph. cap. 3. malui hanc reponere, cum illic recte usur-

patum videbam. Add. de ψῆττα Piscat. cap. 49. et confer Ver. Hist. I. cap. 35. Una potest controversia moveri rectene sic scribatur, an ut apud *Hesychium* est, ψήττα, quem consule etiam in ψιττάζω et ψύττα. Rem ego in medio relinquo. Confer autem cum hoc loco, quae N°. 23. leguntur. SOLAN. Ψύτται κατατείνασαι] ψῆτται habet *Aldina* posterior, quasi de anatibus sermo esset. Verum supra in ipsa pauperum epistola, ὀρνίθων modo fit mentio παχειῶν, id est, *gallinarum pinguium*, quando nihil est, quod a nobilissima nos significatione depellat. Nimirum ψύττα legendum, atque interpretandum ex *Hesychio*, qui ψύττα, inquit, ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται. Est igitur ὠνοματοποιημένον, illi σίττα apud *Theocritum* simile: quod ad ludicras hasce minas, et actionem quandam, vitamque illis conciliandam oppido convenit: licet in seria oratione damnatum idem ψύττα κατατείνας putem Lexiph. cap. 3. 79. GESN. Ψύτταν] Obsecundavi *Solano*, quia sic supra in Lexiph. c. 3. ubi vide notas. Et ψύτται manifesto falsum est, sed vel ψύττα cum *Fl.* vel ψύτταν scribendum; quod cum utrovis more reperiam apud varios, non magni feci, utrum reciperem, quin et ψύττας φύγῃ *Alciphron.* III. Epist. 24. f. ubi tamen *Bergler.* ψύτταν etiam malit. REITZ. Vid. nostram adnot. ad Lexiph. l. l. Tom. V. p. 506. LEHM.

ead. l. 10. Πρὸς γάρ σε etc.] Sciagraphia totius hujus dialogi est epistola 53. L. III. *Alciphronis;* vid. notam 1. *Bergleri* ad *Alciphr.* l. d. REITZ. Pertinet haec *Reitzii* nota, nisi egregie fallor, ad initium sequentis dialogi Lucianei: nam de hac quidem Divitum ad Saturnum epistola nihil video ejus generis a *Berglero* notatum, aut quod notari in hanc sententiam ad *Alciphronis* epistolas potuisset. Novum hoc est festinationis ac levitatis *Reitzianae* exemplum. LEHM.

Pag. 40. *l.* 7. Ἰσοδίαιτοι καθεστῶτες] Syntaxis quartum casum postulat. Rectius itaque Ms. ἰσοδιαίτην καθεστῶτες, ὡς ἂν μηδὲ τὸν συνδιαιτητὴν αὐτὸν αἰτιάσασθαί τι, *eodem cibo illum excipientes, ut convictor nihil*

possit accusare. GRAEV. *Ἰσοδιαιτητὰς — συνδιαιτητὴν*] In impressis omnibus legebatur *ἰσοδίαιτοι*. Ms. *Graevii ἰσοδιαίτην*, quod ad veram scripturam manu ducit, quam nos in textum recepimus. Munus Saturnaliorum proprium fuisse existimo. Vide nos ad ultima verba N°. 32. Monendus autem lector hic est, me, dum novum videor sensum voci *συνδιαιτητὴς* affingere, verum tantum antiquumque ei asserere. Ubi enim usquam ostendas, *διαιτητὴν* de alio dictum, quam de *arbitro*? Quod miror fugisse hactenus et Lexicographos, et virum summum *Graevium*, qui hic cum vulgo erravit. Ultima vox in G. *Salm.* et *Amst.* exstat; in reliquis *συνδιαίτην* prave legitur. SOLAN. Primum casum, non quartum, a verbo *καθεστῶτες* requiri, adeo est perspicuum, ut jure mireris tum judicium *Graevii* syntacticum, tum vero maxime obsequium, a *Solano* recentioribusque Editoribus ei praestitum. Idque cum ita sit, non minus dubium est, quin in ea voce, de qua quaeritur, insint ipsi, qui ad Saturnum scribunt, Divites, et ipsi se ita appellent, quatenus non diverso, sed eodem, quo pauperes, utantur victu, ut propterea non habeant illi, quod querantur de herorum illiberalitate. Ad quam sententiam quis non videat unice quadrare vulgatam lectionem *ἰσοδίαιτοι*: neque illam ullo modo mutandam fuisse. Ac si hoc certum est, quo certius vix quidquam esse potest, sequitur, credo non minus certo, nec in proximis vulgatam *συνδιαίτην*, nec eam, quae in nonnullis libris invenitur, lectionem *συνδιαιτητὴν* stare posse, sed corrigendum esse *συνδίαιτον ejusdem mensae convivam*. Et sic jam video etiam judicasse *Schneiderum* in Supplemm. ad Lexic. Graec. s. v. *ἰσοδίαιτος* cf. etiam, quae supra ad cap. 23. fin. de voce *ἰσοδαίτης* notata sunt. Ceterum post hanc posteriorem vocem malui ex *Fl.* et *Ald.* utraque *αὐτὸν*, quam *αὐτῶν* ex aliis Edd. vett. cum *Reitz.* et recentt. rescribere. LEHM.

ead. l. 14. *Ὥστε δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ διδόντα ἐχθρὸν εἶναι πάντως ἔδει, ἢ πάντα προϊεμένους, αὐτίκα μάλα πένεσθαι, καὶ τῶν αἰτούν-*

τῶν καὶ αὐτὸν εἶναι] Vitiosissima oratio. Emenda ocyus προϊέμενον, quod fere ne indicio quidem, nedum probatione apud intelligentes indiget. Queruntur divites de pauperum insolentia, et animo nullis, quantiscunque beneficiis et donis contento. *Adeo*, inquiunt, *ut alterutrum fieri necesse sit, vel ut non dans omnino sit inimicus, vel ut omnia largiens, sive profundens, brevi plane pauper sit, et ipse unus mendicantium.* JENS. Commune librorum vitium prudenter in *Ald.* 2. vitatum, quam, *Jensii* judicio subscribentes, non dubitavimus sequi. LEUM.

Pag. 41. *l.* 7. Κατελθόντες] Rarior vocis usus, nondum puto satis observatus Lexicis. Ponitur hic quidem, puto etiam alias, ut καθικνεῖσθαι, ut καταφέρειν, ut Latinum *invehi* etc. GESN. Καταλέγοντες legendum videtur. GUYET. Non video mutandi necessitatem. REITZ.

ead. l. 12. Ὑφ' ὧν]. Ἐφ' οἷς forsan. GUYET.

Pag. 42. *l.* 2. Ἐρυάσασθαι] Scribe ἐρυάφεσθαι. GUYET.

IN CONVIVIUM SEU LAPITHAS.

Pag. 43. *l.* 1. ΣΥΜΠΟΣ] Cave, lector, ne sequaris *Erasmum*, hujus Dialogi Latinum interpretem: saepe enim alienus est ab auctoris mente. BOURD. Bene *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. 55. N°. 1. *Eadem est oeconomia et inventionis ratio in hac Epistola, quae in Luciani Symposio, dum utrobique occasione convivii philosophi tanquam indecenter se gerentes perstringuntur. Convenientiam eandem habent haec duo nomina Alciphronis* [ΑΥΤΟΚΑΗΤΟΣ ΕΤΟΙΜΑΡΙΣΤΩι] *quorum primum denotat eum*, qui se ipsum vocat, *alterum*, qui prandio est paratus, *et Lucianeus* Ἑτοιμοχλῆς, (*quem videbis cap.* 21.) *per allusionem a* χλη-τὸς *dictus, cum alias talia sint a* χλέος, *quasi* paratus, si vocetur, *ut satis ostendit eod. cap.* 21. *in epistola objurgatoria, quam sane misere scriptam misit in convivio coram omnibus legendam, quod a conviatore praeteritus fuisset.*

Alciphronis autem haec Epistola tota quasi sciagraphica est Lucianei Symposii, ubi omnia, quae hic intra modum consistunt, dilatantur et valde exaggerantur, plerumque supra fidem. Reitz. Si quis dubitare possit, uter utrum imitando respexerit, Lucianusne Alciphronem, an vice versa, neutrum ille recte noverit, aut dubitabit, num maximi ingenii et elegantissimi styli scriptor jejuni judicii rhetorem putidumque flosculorum sententiarumque alienarum venatorem in animum induxerit sequi, an probabilior sit contraria ratio. Mihi quidem nullo modo dubium est, quin *Alciphronis* illa epistola tota sit e Symposio nostro excerpta. cf. etiam adnotationes nostras ad Hermotim. c. 11. Tom. IV. p. 388. sq. et ad Somn. s. Gall. init. Tom. VI. p. 614. sq. Ceterum hunc libellum ad irridendum *Platonis* Symposium compositum esse, putavit *Creuzerus* ad *Plotin.* p. 520. nulla omnino idonea ratione adductus. Nam quae capp. 39. et 40. ab Ione Platonico profertur sententia de puerorum amore, nonnisi obiter illa, nec vero omnino, sed tantum loci illius ac temporis ratione habita, deridetur. Lehm.

ead. l. 2. ΦΙΛΩΝ] Idem haud dubie, cui suum de Histor. Conscr. librum inscripserat. Vide et hujus libelli finem, ubi eodem modo, quo illic, compellat. Solan.

ead. l. 4. Ἀριστανέτου] Hujus Dialogi Personae omnes verae. De hoc vide cap. 5. Qui aut ex his Diall. Merett. X. et II. memorantur *Aristaeneti*, fictitii esse videntur. Solan. Ἐν Ἀριστανέτου] Scil. οἴκῳ, ut supra Philops. c. 38. ἐν Ἀμφελόχου, et alibi frequenter. Reitz.

ead. l. 9. Χαρῖνος] De hoc, cum persona Dialogi non sit, non opus est ut solliciti simus. Solan.

Pag. 44. *l.* 1. Ἀριαγίχαν] Vid. c. 20. Solan.

ead. l. 12. Παραγένοιτο] B. παρεγένετο. Sed nihil mutandum. Solan.

ead. l. 15. Οὐκ ἂν φθάνοις] I. e. *non effugies nos convivio excipere*, s. *quin convivio nos excipias.* Guyet. Conf. supra fugit. c. 26. Reitz.

ibid. φθάνοις] Hic apprime notandum, in B. seu

Ox. Codice legi φθόνοις, quod hic quidem quadrare potest. Sed tritum adeo et elegans simul illud οὐκ ἂν φθάνοις, ut loco moveri minime debeat. Quamquam si infinitis aliis in locis, ubi occurrit, φθόνοις, ut hic quadraret, fateor, eo inclinaret animus, ut φθόνοις in ejus locum sufficeretur. Ratio enim nulla aut remotissima assignari potest, cur verbum φθάνω solum *necessitatem* importet, quam in ea phrasi semper designat. Solan. Cogitavit *Solanus* de φθονοῖς, vel potius φθονοίης. nam φθόνοις in hoc quidem verborum nexu nihili est. De formula autem tritissima οὐκ ἂν φθάνοις, si opus sit, adiri loco omnium potest *Matthiae* Gr. Gr. §. 553. not. b. et c. Lehm.

ead. l. 18. Ἐμπαροώνησαν] Ni viderem, ejusmodi maculas tot editiones insidere, morari lectorem hisce puderet. In omnibus legebatur ἐπαροώ — in Ms. etiam B. Solan.

Pag. 45. *l.* 3. Νεανικώτερα ἐκφ.] *Strenue efferre in vulgus.* Guyet.

ead. l. 4. Ἐπεξιέναι] *Stylo persequi.* Guyet.

ead. l. 11. Μισῶ — μν. σ.] Vid. *Plut.* 1087. f. Solan. Locus est *Plutarch.* Quaest. Sympos. Praef. init. Lehm.

ead. l. 13. Καὶ πολλὴν τὴν ἐωλοκρασίαν καταασκεδάσας ἀνδρῶν φιλ.] Malim Latine dicere, *et multa contumelia adspersit philosophos;* quam cum interprete, *et pridianam hominum temulentiam divulgavit.* Vide Scholia ad hunc locum. Vitring.

ibid. Πολλὴν τὴν] Articulus retinendus. Amat enim Noster post adjectiva eum addere. In Tox. cap. 4. πολλοὺς τοὺς ἐμπόρους. Pro imag. c. 16. πολλὴν τὴν εὐμένειαν. Asin. cap. 42. f. μακρῶν τῶν λόγων. *Alciphr.* III, 390. πολλὴν τὴν φιλανθρωπίαν. Reitz.

ead. l. 2. Ἐωλοκρασίαν] Sic *Demosth.* 152. A. Solan.

ead. l. 17. Ἀκριβῶς γιγνώσκων] Ὑποσόλοικον Lu-

ciani styli properantis. MARCIL. Ὃς ἀκριβῶς οἶδα] Scripturam Ms. Ox. in textum recepimus: vulgatam enim ἀκριβῶς γιγνώσκων palam corruptam esse nemo non videt; pro qua *Bas.* 2. et *Par.* reposuerunt ἀκριβῶς γιγνώσκοντα, quod, si per Codd. liceret, probarem. Quid autem *Marcilio* in mentem venerit, cur mox ἐπιθυμῶν τὰ δὲ legeret, nemo, credo, expiscetur; neque credo, quidquam mutatum voluisse, sed tantum prave exscripsisse. SOLAN. Ἀκριβῶς γιγνώσκων] Illud ὃς ἀκρ. οἶδα, quod *Solan.* in textum receperat, mihi glossa videtur, quae τὸ γιγνώσκων exposuit per ὃς οἶδα, ut re vera exponendum est; ac, si quid mutandum, γιγνώσκοντα potius ex *Par.* ac *Bas.* 2. reciperem; sed et has ex conjectura sic dedisse suspicor. *Jens.* ad Reviv. c. 13. f. soloecismum id vocat, exempla tamen similis constructionis adfert, atque eadem omnia, nimis severe, damnat. Nam adeo frequens est nominativi usus pro obliquo, ut id linguae genio tribuendum potius, quam corrigendum sit. Et mihi hic perinde erit, absolutumne nominativum cum Grammaticis voces, an participium exponas per periphrasin, *qui scio*. *Diod. Sic.* II. c. 35. pr. Ἡ τοίνυν Ἰνδικὴ τετράπλευρος οὖσα τῷ σχήματι — ἡ μεγάλη περιέχει θάλαττα, i. e. *quantum ad Indiam* etc. *Idem* ib. c. 48. οἱ δὲ, ἐπιδιώκοντες — οἱ μὲν ἀπόλλυνται. Ad priorem locum *Wessel.* duo similia addit, et ad Commentt. *Ael.* II. 11. et *Gronov.* ad *Herodot.* II, 66. provocans, recte ait, rem esse vulgarem: quare ex immensa copia quaedam tantum de *Nostro* subjungemus, si forte vincatur, nihil hic in *Luciano* mutandum. Confer igitur praeter duo similia ὑμᾶς — ἀνεχόμενοι, et Κρωνίωνα Ἀστράπτων, ad Fugit. c. 2. jam adlegata, (licet alia nominativi structura occasionem ibi praebente (etiam *Gesnerum* ad Philopatr. cap. 23. Et ex Novo Foed. *Act. Apost.* XX, 3. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς — ἐγένετο γνώμη. *Apocal.* III, 12. Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτόν. Et v. 21. Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ. *Lys.* Or. de Aristoph. bon. pag. 348. Ed. *Lond.* ἀκήκοα γὰρ ἔγωγε — ὅτι πολλῶν ἐψεύσθητε τῆς οὐσίας. καὶ (vel οἱ) ζῶντες μὲν πλου-

τεῖν ἐδώκουν, ἀποθανόντες δὲ, πολὺ παρὰ τὴν δόξαν τὴν ὑμετέραν ἐφάνη. Ibid. p. 349. Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου — τότε τούτου τοίνυν τίμημ' οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστί. Duoque alia in Indice *Tayloriano* v. *Nominativi pendentis*. Adde *Kust.* ad *Aristoph.* Plut. v. 277. ubi λαχὸν τὸ γράμμα, pro λαχόντος bene multis exemplis probat, Atticisque proprium docet; nec non *Spanh.* ad eundem vers. ac *Thucyd.* I, 2. p. 3. cum nota *Hudson.* Et *Duker.* in Indice, tit. *Nominat. absol. Maittairium* de Dialectt. p. 82. *Gronov.* ad *Arr.* Exp. Alex. pag. 58. *Clark.* ad *Hom.* Iliad. B, 681. et Z, 410. Et Schol. ad *Aeschyl.* Pers. v. 123. quem cum *Salmasio* de modo Usur. p. 715, adlegat *Abresch.* in Animadv. ad *Aeschyl.* p. 170. Videbisque, in poëtis certe locum non esse mutationi, nec adeo in aliis, propter copiam. Reitz. Etsi haec exemplorum et auctoritatum congeries — *copiam* enim non sine injuria dixeris — nullo prope sit usu, laudandum certe et sequendum duxi circumspectum *Reitzii* judicium. Nam quae offeruntur variae lectiones, ejus generis sunt, ut suspicionem unaquaeque moveat spuriae originis. Quapropter et ego cum *Reitzio* et recentt. nec non cum *Boissonadio* ad *Philostr.* p. 373. in vulgata, licet illa, ut hic ait, sit σολοικοφανής constructionisque paullo durioris, acquiescendum putabam. Lehm.

ibid. Πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι] Πολὺ πλέον ἐπιθυμεῖν τὰ καὶ εἰπεῖν ἢ ἐμ. ἀκ. *Terentius* Hecyra: *Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi, quam ego, quae percontor, scire* etc. Marcil. Si explicatio est, bene: si emendatio, male; nam particip. hic idem, quod infinitiv. *Solan.* adscrips. *Marcil.* legere ἐπιθυμῶν τὰ δέ· quod unde habeat, nescio. Reitz. Rectius *Marcilius* illam *Terentianam* formulam (Hec. I, 2, 35.) confert, quam *Boissonadius* loca *Homeri* Il. XIX, 81. et *Virg.* Aen. I, 408., in quibus nihil inest, quod ejusdem sententiae non modo vim, sed ne speciem quidem, referat. Ceterum haec Philonis: Θρύπτῃ ταῦτα etc. ad exemplum *Platonis* Phaedr. c. 4. *Heind.* expressa esse, observat

Fritzsch. Quaest. p. 74., quod idem jam notaverat *Belin.* ad vers. Tom. V. p. 97. LEHM.

Pag. 46. *l.* 5. Ἔξεις] Sic, ut conjeceram, *Fl.* In reliquis est ἥξεις, et in O. Ms. SOLAN. Quid est vulgatum ἥξεις, *venies?* quare lubens Florentinum ἕξεις arripui, et *retinebis* in versione reposui. REITZ. Voluit igitur, sed non reposuit. Quare ego *Gesnerianum: venies* in *retineas* mutavi. Nam ἥξεις quidem ferri nec in versione amplius poterat. Quod autem *Fritzschius* Quaest. p. 207. ἕξει verum esse affirmat, hujus veritatis fateor me quidem non perspicere certam aliquam rationem. LEHM.

ead. l. 10. Ἀλλ' ὅπως] Pro ἀλλ' ὅρα ὅπως etc. GUYET. Habuimus tam crebro, ut neque explicatione, neque probatione indigeat. REITZ.

ead. l. 13. Δεήσῃ] Vides jam, nihil peccatum esse supra sic edendo, Icar. c. 14. REITZ. Peccatum non debebat peccato sanciri. In Icarom. l. l. recte *Schmiederus* e probis libris restituit δεήσει, quod h. l. facere idem neglexit, etsi monitus Codicis Par., quam ipse refert, lectione genuina. LEHM.

ead. l. 14. Τῷ παιδὶ τῷ Ζήνωνι ὁ Ἀριστοίνετος ἀγόμενος γυναῖκα] H. e. *filio Zenoni uxorem despondens*, non vero, *uxorem ducens*, uti habet versio: significat enim ἄγεσθαι υἱῷ γυναῖκα, *uxorem despondere filio.* Exempla passim occurrunt. VITRING.

Pag. 47. *l.* 2. Τῷ Εὐκρίτου] Τῷ Χαιρέᾳ infra. GUYET.

ead. l. 13. Ζηνόθεμις] Eundem esse cum eo, quem in Hermotimo non nominatum exagitavit, facile evincent utriusque avaritia et gula usquequaque similes. Confer, quae c. 11. et f. 32. occurrunt cum Hermot. c. 11. et 80. SOLAN. Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης] *Alciphron* etiam Ep. 54. III. senem Stoicum primo loco nominat: παρῆν οὖν ἐν τούτοις Εὐοκλῆς ὁ Στωϊκὸς, οὗτος ὁ πρεσβύτης. REITZ. Cum *Solani* nota conferas nostram ad Hermot. c. 11. Tom. IV. p. 388. sq. LEHM.

ead. l. 14. Ἄλφιλος] Hic alibi non memoratur. SOLAN.

ibid. *Διδάσκαλος*] Ordo: *Διδάσκαλος ὢν τοῦ Ζήνωνος υἱέος τοῦ Ἀριστανέτου.* Guyet. *Διδάσκαλος ὢν οὗτος τοῦ Ἀριστανέτου, υἱέος τοῦ Ζήνωνος*] Ita per suas distinctiones inepte discerpunt editores in Graecis ea, quae conjungenda sunt. Ergo et *Benedictus: Aristaeneti Zenonis filii praeceptor.* Quo quid obscurius? et quis aliter haec adspiciat, quam facientia Aristaenetum filium ac discipulum, Zenonem vero patrem? At plane haec sunt inversa. Et quanto praeclarior *Erasmus: quod esset Zenoni Aristaeneti filio praeceptor?* Id retine, et tolle ex Graecis improtunum comma. Gron.

ead. l. 16. *Ἀπὸ τοῦ περιπάτου*] *Alciphr.* l. d. *ὁ ἐκ τοῦ περιπάτου.* Reitz.

ibid. *Κλεόδημος*] Vid. Philops. c. 6. Solan.

ead. l. 17. *Κοπίδα*] *Plut.* 1899. 2. docet, hoc quasi cognomen jam ante de Chrysippo usurpatum, cujus statuae ab Aristocreonte inscriptus hic titulus: *Τὸν δὲ νεὸν Χρύσιππον Ἀριστοκρέων ἀνέθηκε, Τῶν Ἀκαδημιακῶν στραγγαλιδῶν κοπίδα.* Vide et in Phocione. De Ulysse primus, ni fallor, usurpavit *Eur.* Hec. 134. Vide etiam *Nostrum* Philops. c. 29. Solan. In *Euripidis* Hecuba *κόπις* (non *κοπίς*) dicitur Ulysses: nec aliter h. l. voluisse videtur *Casaub.* ad *Theophr.* Charact. c. 5. §. 2. Quaerere igitur possis, utrum h. l. *κοπίδα* recte, an *κόπιδα* scribatur. At mihi quidem h. l. scriptura *κοπίδα* non solum ob librorum consensum, sed etiam propterea, quod *ξίφος* tanquam synonymum adjungitur, et ob locum Philops. c. 29., ubi ejusdem generis homo *πέλεκύς τις* dicitur, extra dubitationem esse posita videtur. Lehm.

ead. l. 18. *Ἕρμων*] Hunc alibi non reperio. Solan.

Pag. 48. *l.* 4. *Ἰστιαῖος*] Obscurus homo. Solan.

ibid. *Διονυσόδωρος*] Hujus nomen in hoc solo opusculo video. Solan.

ead l. 10. *Καὶ ἐδεξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων*] *Et ut deorum aliquem exceperunt;* non vero, ut ille verterat, *et ut quemquam ex praestantioribus salutarunt.*

Οἱ κρείττονες sunt *οἱ θεοὶ*, ut recte *Hesych.* Sic passim Graeci auctores et *Lucianus* noster in Charidemo cap. 12. *πῶς οἱ κρείττονες ἔχουσι περὶ τοῦτο·* ubi itidem perperam, *qui potiores habentur.* Sequitur ibi mox *οὕτω δὲ περισπούδαστον τοῖς θεοῖς.* Item in Charidemo 6. 15. 23. et in Demonact. c. 11. L. Bos.

ead. l. 12. *Ἴων*] Philops. c. 6. Solan.

ead. l. 14. *Τὸν κλιντῆρα*] *Hesych.* Κλιντῆρες. *δίφροι, κλίναι.* Menag. Idem jam habebat *Guyet.* Reitz.

ead. l. 16. *Ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον*] *Ἀντίθυρος*, ellipsis pro *ἀντίθυρος τοῖχος.* Ipse *Lucian.* supra de Domo (c. 26.) *κατὰ δὲ τὸν μέσον τοῖχον, ἄνω τῆς ἀντίθυρος·* sed ubi legendum videtur, *ἄνω τῆς ἀντιθύρου*, aut potius *τοῦ ἀντιθύρου.* Menag.

ibid. Τὸ ἀντίθυρον] Cod. Ox. uti emendare statueram. In impressis omnibus *τὸν ἀντ.* Vid. Alex. c. 16. Solan. Supra de Dom. c. 26. diximus, variari in genere, dubiumque esse, *τὸ ἀντίθυρον*, an *ἡ* vel *ὁ ἀντίθυρος* voluerit auctor. Et cum plerumque gignendi accusandique casu apud alios occurrit, nihil inde conficias: nam e. c. quando *Homer.* Od. *Π.* 159. ait, *Στῆ δὲ κατ' ἀντίθυρον κλισίης* — cujus ibi generis est? *Pollux* plane omisit. Verum tamen de partibus domus agens, p. m. 49. habet analogum *ἀμφίθυρος*, *ἣν ὁ Ὅμηρος ὀρσοθύρην καλεῖ*, ac femin. facit, ni *ἣν* ad *ὀρσοθύρην* referas; et cum paullo post *ὑπέρθυρον* et *ὑπερθύριον* neutro gen. etiam dicat, videtur adjectivum esse, ut recte etiam statuit *L. Bos.* de ellipsi p. 161. Sed nondum sequitur inde, necessario *τοῖχον* intelligi, et masc. esse; uti enim femininum est, quando januam januae oppositam significat, ita quando de loco januae opposito usurpatur, neutrum fit, et *μέρος* forte intelligitur, aut *τεῖχος*, ut *Solan.* vult: cumque supra in Alex. cap. 16. neutro gen. etiam habuerimus, nihil prohibet et hic ita dedisse; cumque supra l. d. dixerim, usitatius masculinum esse, id jam dictum nollem, etsi inveniri quoque masc. gen. non nego, ut hic in vulgato; et sicubi forte *ναὸς* intelligatur, ut *Gesn.*

existimat. Neque ὁ ἀντίθυρ, quod Scholiast. supra notavit, improbo; verum tum acc. foret τὴν ἀντίθυρα. Neutrum genus certe in aliis compositis usitatum, ut διάθυρον, ὑπέρθυρον, πρόθυρον, *Stephanus* indicat, de ἀντίθυρος nihil fere habet. Nec ego alia praeter jam indicata observavi, unde masc. gen. confirmetur. REITZ.

ead. l. 17. Ὡς — ἀξίας εἶχε] De πρωτοκλισίᾳ vid. *Buleng.* et *Stukkii* antiqq. conviv. atque *Olear.* ad *Philostr.* III. c. 27. p. 118. No. 9. Ceterum ἀξίας genitivum esse usitatum in hac phrasi, non indiget probatione. Vid. tamen supra Jov. Trag. cap. 7. REITZ.

Pag. 49. *l.* 3. Τοῖν ἀνάκοιν] *Mausacus* (in *Harpocrat.*) et *Gronovius* (supra ad Timon. c. 10.) volunt hos a Castore et Polluce distingui; sed vid. c. 32. Unde liquere puto, eosdem hic intelligi; nisi etiam Διόσκουροι alii a Castore et Polluce statuendi sint. SOLAN.

ead. l. 10. Τοῦ Ἐπικούρου πάνυ] Lege Ἐπικουρου τοῦ πάνυ. LA CROZE. Lubens ita ederem, si in ullo libro reperirem. REITZ.

ead. l. 14. Εἶτ' ἐγὼ] Philosophorum uni et Rhetori anteponitur Lucianus. SOLAN.

Pag. 50. *l.* 14. Γέροντα Ζηνόθεμιν] Similia habet *Alciphr.* III. p. 410. ubi *Bergl.* ad verba ὁ Στωϊκὸς ὑπὸ πλησμονῆς ἔνεγχεν, haec inter se comparat. REITZ.

Pag. 51. *l.* 2. Ἐπειςέπεσεν] Malim ἐπειςέπαισεν. Vide *Suid.* v. ἐπειςπέπαικε, et paroemiogr. in Μυκωνίου δίκην. Vid. etiam supra Diall. Merett. ultimo. KUSTER. Ἐπειςέπαισεν] In omnibus libris nostris erat ἐπειςέπεσεν· *Kusteri* emendationem in textum recepimus. SOLAN. Ἐπειςέπεσεν] *Bergl.* ad *Alciphr.* III. p. 408. corrigit ἐπειςέπαισεν, quod ap. *Aristoph.* Pluto v. 804. recte legatur, Εἰς τὴν οἰκίαν ἐπειςπέπαικεν. Conf. omnino supra Dial. Meretr. XV. bis. nempe init. ubi ἐπειςπαίσας, et med. ubi ἐπειςέπεσαν dedimus, licet Edd. ἐπειςέπεσαν, et vid. ibi notata. Unde et hic *Berglero* ac *Solano* rursus obtemperandum fuerat, quia perfacilis in his est lapsus amanuensium; sed propter nimia

exempla, quae pro —εσαν, a πίπτω, faciunt, sisto gradum, et jam fere malim nihil supra mutasse, quamquam nihil adeo peccatum, cum ἐπαιςέπαισαν sit aptissimum. At vid. Epist. Sat. cap. 23. med. ubi et παρειςπεσοῦσα legitur, quod ex *Diod. Sic.* ibi firmo, aliaque a πίπτω composita, *irruendi* potestate sumta, adfero. Reitz. Praeter *Kusterum*, *Solanum* et *Berglerum* ad *Alciphr.* Ep. III, 55. hanc emendationem ἐπειςέπαισεν etiam *Hemsterhusius* ad *Aristoph.* Plut. v. 805. p. 271., *Bastius* ad *Gregor. Cor.* p. 403. et *Schäferus* ad hunc *Gregor.* tum probarunt, tum admodum probabilem reddiderunt. Et *Schäferus* quidem maxima cum probabilitate ad *Athenaei* verba provocat Tom. I. p. 28. ὡς ἀκλήτου ἐπειςπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια. Nihilominus dubitavi tot in locis tot conspirantibus libris a lectione recedere, quae nec ipsa per se habeat, quod notioni exprimendae repugnet, nec sine aliqua vi in nonnullis formis mutari in alteram lectionem queat. Brevitatis caussa, quae mihi legis instar habenda, provoco tantum ad Anachars. c. 33. Tom. VII. p. 183. Diall. Merett. XV, 2. Tom. VIII. p. 261., ubi fortasse etiam paullo ante pro ἐπειςπαίσας mihi e Codd. Pariss. scribendum fuerat ἐπειςπεσών. Toxar. c. 39. Tom. VI. p. 109. ibique praeter nostras adnott. etiam quae *Jacobus* in peculiari ejus libelli editione observavit p. 123. Ceterum vide an discriminis aliquid insit in utriusque verbi usu et natura haud illud omnino negligendum. Ut enim utrumque vim denotat irruentis in aliquam rem vel locum, ita ἐπειςπαίειν magis rusticitatis, asperitatis, ferociae, importunitatis, in impetu faciendo, ἐπειςπίπτειν autem inexspectati, improvisi, tumultuarii ac subitarii notionem praecipue exprimere videtur. Quamquam in singulis quidem locis difficile sit notiones illas acute secernere earumque discrimen subtiliter ac distincte declarare. Lehm.

ibid. Ἀλκιδάμας] De hoc alibi nulla mentio fit. Solan. Nec de Pancrate, credo, illo apud *Alciphron.* Ep. III, 55. Sunt enim haec ficta nomina, ut saepe observatum. Lehm.

ead. l. 3. *Μενέλαον*] *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ* etc. GUYET. *Hom.* Il. *B*, 408. SOLAN.

ead. l. 5. *Ὑπέκρουον*] *Ὑποκρούω*, i. e. citharam pulso, cithara responso. Epigr. Hic *ὑπέκρουον* est *ἀντήχουν*, *ἀντεφώνουν*. A cithara metaphora. GUYET. *Ὑπέκρουον*] Id est, *ἀντεφθέγγοντο*, *ἀντέλεγον*. Schol. *Aristoph.* KUSTER. Singularis est in hoc verbo suavitas, quam declarabimus e *Longino* s. 40. Reprehendit ibi rhetor acutissimus numeros in oratione nimis molles et canticorum numeris similes, unde hoc dicit consequi apud auditores, *ὡς ἐνίοτε προειδότας τὰς ὀφειλομένας καταλήξεις αὐτοὺς ὑποκρούειν τοῖς λέγουσι, καὶ φθάνοντας, ὡς ἐν χορῷ τινι προαποδιδόναι τὴν βάσιν, quas jam animo praecipiunt consuetas oratori clausulas, eas ipsi submissa voce quasi subjiciant ac praeeant dicentibus* etc. Sumtum credo a citharoedis, cantus formulam leni fidium pulsu subindicantibus. Ita cum *Homericam* formulam praetexuisset impudentiae suae Cynicus, convivae alii alios inter se memorare inceperunt, submissa tamen voce, versiculos, ad retundendam illius impudentiam aptos. Non erat opus, inter homines eruditos, integris uti versibus: sufficiebat initia indicasse etc. Vide, quae de vi *τῆς ὑπὸ* in compositis diximus ad De Salt. cap. 16. GESN.

ead. l. 6. *Ἀφραίνεις*] *Hom.* Il. *H*, 109. SOLAN.

ead. l. 7. *Ἀλλ' οὐκ — Ἀγαμ.*] Iliad. *A*, 24. SOLAN.

ead. l. 10. *Ἐδεδοίκεσαν*] Ms. Ox. et *Fl.* recte. In reliquis *ἐδεδοίκεισαν*. SOLAN. *Solan.* jota deleto *ἐδεδοίκεσαν* fecerat pro vulgato *ἐδεδοίκεισαν*. Recte: ita enim formari solet. Et sic *Herodian.* VIII, 1. f. *ἤλπιζον δὲ καὶ ἐδεδοίκεσαν*. Et *Diod. Sic.* L. XIV. Et *Herodot.* VII. sub initium similiter *ἀναβεβήκεσαν*. Ita *διερρώγεσαν App.* Al. pag. 325. 1. Et quia Grammatici, quos consului, nihil de hac terminatione plusquamperfecti, juvat addere Nostrum supra Dial. Meretr. XIII. (Tom. VIII. huj. Ed. p. 250.) *κατεπεπλήγεσαν*, (nunc *κατεπεπήγεσαν*) et paullo post *ἐδε-*

δοίκειαν. Non tamen in omnibus verbis id imitarer. Sed variatur et infra c. 28. inter ἥδεσαν et ἤδεισαν. REITZ.

ibid. Τὸν Ἀλκιδάμαντα] Iliad. *B*, 408. SOLAN.

ibid. Βόην ἀτεχνῶς ὄντα] Sic impr. omnes et O. Ms. Ego βόην ἀγαθὸν ὄντα profectum a *Luciani* manu minime dubito; et si Mss. Codd. copia esset, ita in optimis repertum iri confido. SOLAN. Ms. Reg. 2955. β. ἀγαθὸν ὄντα, uti volebat *Solanus*. BIP. Βοὴν, non βόην, videtur Cod. Par., quem *Belinus* contulit, habere, idque ad *Homerica* accommodate. Novam vocem βόης finxit *Scholiastes* e prava accentus positione. Ceterum optimo jure *Fritzschius* Quaest. p. 128. tuetur vulgatam vocem ἀτεχνῶς exemplisque idoneis usum ejus probat creberrimum in similitudine ad rem transferenda. Locis autem sedulo illic congestis non sine utilitate addes Vit. Auct. c. 10., ubi plane sic, ut h. l. Cynico tribuitur φθέγμα ἀτεχνῶς ὅμοιον κυνί. LEHM.

ead. l. 11. Κυνῶν] Ita Ms. O. In impr. Κυνιχῶν. SOLAN.

ead. l. 13. Θρόνον τινὰ λαβόντα] Oportet imaginari rationem triclinii veteris, quae hic pulchre descripta fuit. Tres magni lecti, tres κλιντῆρες, tribus coenationis lateribus paralleli illi quidem, sed non applicati, ut a tergo liber accessus esset. Vacat plane quartum latus, in quo medio janua est. Sic convivae omnes et se invicem contueri possunt, et januam prospicere: et liber est in illo spatio accessus ministratoribus, et acroamatis. Hic jam impleti sunt tres lecti. Jubetur adferri sella alta Cynico, qua e regione Histiaei et Dionysodori posita, qui in tertio lecto ultimi accumbebant, ipse quoque exaequari quodammodo convivis posset, et mensae si non accumbere uti caeteri, tamen assidere. GESN.

ead. l. 14. Καθίζεσθαι] Non opus est καθέζεσθαι cum B. legere. REITZ.

Pag. 52. *l.* 1. Ἑστιᾶσθε] In *Ven.* utraque mendose hic legitur ἑστιᾶσθαι. SOLAN.

ead. l. 5. Οἷον τὸν Ἡρακλέα γράφουσιν]

Adleverat *Hemsterh.* *Aristid.* I. p. 63. ubi hunc locum notat. *Jebb.* Igitur evolvi, et vidi *Aristidis* verba, p. 63. Ed. antiq. (p. 35. novae) esse: *οὐ τοίνυν ἐπὶ πράξεσι μόνον καὶ ἀγῶσιν, ἔχοι τις Ἡρακλέους μνημονεύειν, ἀλλὰ κἂν ταῖς ἐνθυμίαις τοῦ βίου πολλοῦ τινος ἄξιος. δηλοῖ δὲ καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτοῦ τὰ πλυνοντα.* At quae *Jebb.* *Qualia fuerint haec simulacra, discere est ex iis, quae scribit Lucian. in Sympos.* (h. l.) *De scyphis Herculanis conf. Dempsterum in Antiqq. Rom.* Reitz.

ead. l. 15. *Εὐμεγέθη σκύφον*] *Εὐμεγέθη κύλικα* *Alciphr.* III. p. 353. ubi *Bergl.* et caetera cum Lucianeis comparat. Reitz.

ibid. *Ἀναδοῦναι*] Ita Cod. Ms. Ox. et Coll. recte; nam proprium est in ea re vocabulum. Diall. Deor. IV. Solan.

Pag. 53. *l.* 4. *Ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς*] Fieri nequit, ut si quis *Benedicti* versionem intuens *Herculem Pholensem*, ullo modo concipere possit ea Latina facta esse ex his Graecis, qui ita eximium illum Leonardum Augustinum deduxit, ut monuimus in praefatione ejus gemmis praefixa, quod tamen tunc non advertebamus. Sola Gallia est hujus putidi commenti origo. Nam doctior *Erasmus* noster rectissime dederat, *Herculem apud Pholum.* Gron.

ibid. *Παρὰ τῷ Φόλῳ*] Recte Scholiastes, quis fuerit, docet. Fabulam exhibet Apollodorus II. 46. B. Adde *Polyaen.* Strat. I. p. 10. quem omnino lege. Solan.

ead. l. 5. *Δείκνυται*] *Δείκνυται* pictorum esse, vid. *Hemsterh.* ad Somn. sive Luciani vitam cap. 8. Reitz.

ead. l. 6. *Περιεσοβεῖτο*] Hoc verum esse, adeoque *Th. Magist.* emendandum, vid. supra. *Alciphr.* III. Ep. 55. p. 408. *καὶ τῆς φιλοτησίας συνεχῶς περισοβουμένης*, ubi *Bergl.* haec Luciani quoque contulit. Reitz.

ead. l. 11. *Ὅτι καὶ μειδιάσειε*] Iterum ὅ τι scribendum, id quod requirit sensus. Recte interpres, *quid rideret.* Jens.

Pag. 54. *l.* 10. *Παραστῆναι*] *Praesto esse, appa-*

rere. Ita in Ev. *Matth.* XXVI, 53. *παραστῆσαί μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων.* Ubi *J. Elsn.* hoc *Luciani* aliaque addentem vide. Adde *Nostrum* supra Deor. Dial. XXIV. ubi Mercurius dicitur *παρεστάναι τῷ Διΐ.* REITZ.

ead. l. 11. *Ὀρεωχόμον*] Lege *ὀρεοχόμον.* GUYET. Et sic quoque, media brevi, *Pollux.* Alii promiscue. *Suidas* utrumque habet; sed statuit differentiam, *ὀρεοχόμον* montium, et *ὀρεωχόμον* mulorum custodem faciens, ut *Steph.* quoque notavit: quod si verum, vulgata *Luciani* scriptura non erit sollicitanda. REITZ. Non ob hanc differentiam, quam nullam esse ostendit *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 696., nec ob exquisitiorem verbi *ὀρεωπόλος* Atticismum, quem idem *Lobeckius* in dubitationem vocat, sed ob librorum consensum h. l. servandam putavi vulgatam formam; quem consensum et in aliis proborum scriptorum locis in gratiam scripturae *ὀρεωχόμος* reperiri ingenue indicavit idem *Lobeckius.* LEHM.

ead. l. 14. *Διαφοιτῆσαν*] Cave cum *Par.* quicquam hic mutassis: recte enim omnia habent, quod sexcentis ejusmodi locis, si liberet, confirmare possem. SOLAN. Etsi *φθάνω* fere perpetuo cum participio construitur, ut *Liban.* Ep. 224. p. 208. *ἔφθη συμμίξας· Noster* Vit. Auct. cap. 26. Tox. 2. Diss. cum Hes. 8. Fugit. 27. tamen et cum infinito *Alciphr.* III, 3. f. et Ep. 41. pag. 362. Sed recte *Solanus* ait, lectionem *Par.* non audiendam. REITZ.

ibid. Ἀλλὰ μὴ κατέσβη αὐτίκα) *Ἀλλὰ μὴν κατ. αὐτ.* MARCIL. Illud *μὴ* non mutandum censeo in *μὴν* uti voluit *Marcilius*: nec *κατέσβη* vertendum active, ut fecit interpres; sed passive, ita enim saepe apud optimos quosque auctores. Verto igitur et haec. ut praecedentia: *Si prius ad omnes permanasset ea res, et non statim fuisset exstincta.* L. Bos. Servavi *μὴ*, quod longe plurimae habebant, sed puncto ante *ἀλλὰ* in comma mutando, ut nexus esset, *pudori fuisset, nisi.* At si punctum serves ante *ἀλλὰ*, quod in plerisque erat, *μὴν* commodius foret. REITZ.

ead. l. 15. *Ἀξιῶς πάνυ τοῦ Ἀριστοτέλους τὴν*

παροινίαν ἐνέγκαντος] Interpretantur, *inducta dextre admodum temulentia.* Desideratur alius, qui illud *inducta* interpretetur. Quid enim id sibi vult? At *Luciani* scopus est, *tolerante Aristaeneto admodum dextre temulentiam*, non exasperato ad hoc factum in pueri sui tentatione. *Herodianus* libro I. Ταῦτα χαριστήρια ὕβρεώς τε καὶ παροινίας τῆς σῆς, ἧς ἐτῶν τοσούτων ἠνεσχόμην. GRON.

ead. l. 16. Ἐπεπώκει] Nondum biberat, certe poculum non exhauserat, utpote qui mox propinaturus describitur. Quin et supra, cap. 14. poculo illi malorum omnium caussa tribuitur. In Ox. est ἐπεπτώκει. Sed nihil hoc. Quid statuam, nescio. Tamdiu enim jacuisse hanc belluam nec, quidquam interea bibisse, verosimile non fit. SOLAN.

Pag. 55. *l.* 2. Πρόπινω — Ἡρακλέους] Sic apud *Philostr.* p. 54. Διὸς, ἔφη, σωτῆρος ἥδε σοι. Legi autem, si usquam, meretur scholium, quod ad haec verba monachus haud dubie vinosus adscripsit, unde disces, ab iis *sanitatem Beatae virginis strenue potari solitam.* Quid non ebrietas designat? quot bibendi incitamenta quaeruntur! salus praesentium, absentium amicorum, amicarum, patronorum, et apud nos Anglos regum, ecclesiaeque ipsius. *Pudet haec opprobria nobis* etc. Hoc Scholium cum olim Praesuli venerando, et eruditione omnibusque probis artibus illustri, Loidio Vigorniensi Episcopo ostenderem, Nos ergo, inquit, non primi eam insaniam insanimus! et imprudentes exempla sequimur hominum, seculorumque vilissimorum! SOLAN. *Olear.* ad Philostr. II, 7. N°. 1. b. REITZ.

ibid. Ἡρακλέους ἀρχηγέτου] Subaudi κύλικα. GUYET. Cum *Guyeto* facit *Schäferus* ad *L. Bos.* de Ellipss. p. 501., cum Scholiasta nostro, sed male intellecto, *L. Bos.* ipse. Sed *Musgravius* ad *Theocr.* Tom. II. p. 410. Wart. hujus generis genitivos ita explicat, ut subaudiat ἕνεκα. quod notavit idem *Schäfer.* ibid. p. 419. LEHM.

ead. l. 7. Ἄτρεπτος] Ms. Ox. rectius, mea quidem sententia, ἄτρεστος, Luciani alibi etiam usurpatum Musc.

Encom. c. 5. sed et vulgata ferri potest, quam ideo loco movere noluimus. Solan. Eadem earundem vocum variatio illic deprehenditur, ubi Socrati moribundo tribuitur ἄτρεπτον vel in uno Cod. ἄτρεστον πρόςωπον Diall. Mortt. XXI, 1., ubi vide, quae docte admodum pro more suo, nec vero minus modeste, disserit *Hemsterhusius* Tom. II. huj. Ed. p. 610. sq. Lehm.

ead. l. 17. *Αὐτοῦ — ἐν μέρει*] Quid hisce duabus ultimis vocibus intelligendum sit, fateor me nescire. Vid. Quom. Hist. Conscr. cap. 1. ubi in quibusdam Codd. ita etiam legitur, pro vulgato *ἐν μέλει*. Solan. *Fritzschius* Quaest. p. 42. nihil immutans (nisi quod *αὐτοῦ* pro vulg. *αὐτοῦ*, quod interpretes per *illic* reddiderunt, tacite rescripsit) sic sensit, rhetorem una ex orationibus, quas continua serie recitaret, absoluta ad alias perrexisse. Eundem in sensum Quom. Hist. Conscr. c. 1. *ἐν μέρει* explicat, quod nunc etiam mihi magis arridet, quam vulgatum *ἐν μέλει*. Lehm.

Pag. 56. *l.* 3. *Πινδάρου*] Homerum non nominat, quia in voce *ἐῤῥαψῴδει* satis intelligitur. Solan.

ead. l. 7. *Σὺν δ' ἔβαλον*] *Hom.* Il. *Δ*, 447. et 450. Solan.

ead. l. 11. *Τὰ ὄψα*] Hinc discas, proprie de iis usurpari, quae in secundis mensis apponebantur. Solan.

ead. l. 15. *Ἐξυρημένος τὴν κεφαλήν*] Calvi erant mimi, ut apud *Artemid.* c. 23. L. I. *ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην πλὴν Αἰγυπτίων θεῶν ἱερεῦσι καὶ γελωτοποιοῖς* etc. Sic in *Anthol.* 3. *μωρὸν ὁρᾷς φαλακρόν*. Bourd. *Casp. Barth.* adv. L. VII. c. 5. haec verba (*ἐξυρημένος τὴν κεφαλήν*) tanquam glossam ejicit; vide ipsum. Almel. Depravatum esse hunc locum, manifestius est, quam ut de eo monendum sit. Sed in libris nihil est subsidii: (nam quod O. *φέρων* pro *ἔχων* habet, nihil juvat;) nec quidquam succurrit, quod ad emendationem viam aperiat. Vid. De Merc. Codd. cap. 27. ubi de hujusmodi saltatore sermo est. Solan. Nihil causae attulit *Barthius*, cur

glossam putaret haec verba: nec, puto, habuit idoneam. Vid. ad Philopatr. cap. 21. et *Marcil.* ad Pseudom. cap. 15. GESN. Plura *Gesn.* ad Philopatr. cap. 26. κεκαρμένοι τὴν γνώμην. Consulendum *Pignor.* de servis pag. 189. addiderat *la Croze.* In mea *Pignorii* Ed. est p. 256. ubi docet, fugitivos omnino rasos fuisse, pistrinarios et ustores semirasos. REITZ.

Pag. 57. *l.* 1. Ἐπὶ τῇ κορυφῇ] Reddidimus *Luciano* ex Ms. Reg. 2955. pro vulgato ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, quod minime erat ferendum propter proxime antecedens κεφαλήν. BIP. cf. Varr. Lectt. LEHM.

ead. l. 3. Καὶ ἀνάπαιστα σ.] Ut cinaedus *Petronii.* BOURD.

ibid. Συγκροτῶν) Συγκροτεῖν χορόν. *Et pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.* GUYET. Constructio illa transitiva in utraque lingua est notissima; quare plura non addo praeter *Herodot.* L. II. pag. 126. D. καὶ τὰς χεῖρας κροτέουσι. Ita συγκροτεῖν συμπόσιον *Long.* Past. IV, 127. (al. 135.) et πανηγύρεις *Herodian.* V, 6, 14. ac *Diod. Sic.* IV. versus fin. *Alciphr.* III. pag. 368. eadem aliis verbis: καὶ ἀνάπαιστα εὔκροτα ἐπιλέγοντες, σκωμμάτων ἁλυκῶν καὶ αὐτοχαρίτων Ἀττικῶν αἰμυλίας γέμοντα. Misere igitur errat *Budaeus* in Lexico minore, κροτεῖν esse neutrum absolutum scribens. REITZ.

ead. l. 8. Κατέχοντι τὸ συμπόσιον] Ut Quom. Hist. Conscr. c. 38. κατέχων τὸ βῆμα· et Diall. Merett. III. τυραννεῖν τὸ συμπόσιον. *Barth.* Advers. 319. SOLAN.

ead. l. 16. Συγκεκροτημένου] Ab homuncione compacto *ramassé.* GUYET.

Pag. 58. *l.* 11. Καὶ τὸ ξιφίδιον ἐπιῤῥίψαι τάχιστα διὰ τῆς φωταγωγοῦ ἐς τὸ ὕπαιθρον τῆς αὐλῆς] *Gladium autem exemplo per fenestras in aream projecisse.* Ἐπιῤῥίπτειν hic non potest locum habere. Legendum ἀποῤῥίψαι, quod et Ms. prae se fert. GRAEV.

ead. l. 14. Ἐπικαλεῖσθαι τοὺς γείτονας, ὑφ' ὧν ἀνασπασάντων τὸ θηρίον, σωθῆναι αὐτὸν]

Benedicti interpretatio haec est: *vicinos advocasse, a quibus revulsa fera fuit servatus.* Quid Graecis sit ἀνασπᾶν τὸ θηρίον, et Latinis *refellere feram*, nec ego, nec quisquam norit dixeritve; ne dicam ἀνασπᾶν nusquam esse revellere. Notat quidem *Bourdelotius* ad hunc locum: Ut apud *Petronium*, *tanquam cupientis exire belluae;* loquitur de poëta Eumolpo, ut hic de tibicine. Sed haec sunt ἀπροσδιόνυσα, et ad *Lucianum* illustrandum nihil plane faciunt. In Ms. nihil est praesidii, in quo legitur quoque θηρίον, sed veram lectionem servavit nobis editio *Florentina*, in qua verissime legitur ἀνασπασάντων τὸ θυρίον, revulsis, effractis foribus, quas tibicen ille insanus occluserat, ut paullo ante Lucianus ostendit: τὸν δὲ ταχέως ἀναστάντα ἐπικλεῖσαί τε τὴν θύραν, *at illum statim surrexisse, et fores clausisse.* Hae fuerant a vicinis effringendae, ut posset Dionicus ex illius furiosi manibus et aedibus elabi. GRAEV.

ead. l. 15. Ἀνασπασάντων τὸ θηρίον] Ut apud *Petronium cupientis exire belluae;* loquitur de poeta Eumolpo, ut hic de tibicine. BOURD.

ibid. Τὸ θύριον] Lectionem hanc Ed. *Fl.* tuetur etiam Mss. Ox. et L. auctoritas. In reliquis Edd. θηρίον legitur. Ἀνασπάω quid hic notet, optime te docebit c. 57. Toxar. SOLAN. Θηρίον] Lege θυρίον. LA CROZE. Optime; quare, accedente etiam librorum auctoritate, id recepi. REITZ.

Pag. 59. *l.* 4. Οὐκ ἄνευ θεοῦ τινος ἡμῖν ἐπιπαρὼν ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μετὰ ταῦτα γεγενημένος] Interpres legit γεγενημένοις, ut qui vertat, *imo prorsum usui futurus ad ea, quae postea contigerunt;* et forte id γνήσιον Luciani est. Possumus tamen vulgatam scripturam retinentes, commode exponere. *Non sine Deo aliquo ad nos accedens, sed et prorsus utilis factus ad sequentia.* Loquitur de Dionico Medico, quem opportune dicit in id convivium venisse, cum, ubi convivium istud in tristem desineret exitum, multique vulnerarentur, inter eos autem sponsus gravissime, vulneribus obligandis tempestivus adesset. JENS.

ead. l. 6. Γεγενημένοις] *Fr.* et Cod. *Bar.* In reli-

quis γεγενημένος. Solan. *Jens.* vulgatum defendit. Sed si ad χρήσιμος pertinet, potius γενόμενος dixisset. Reitz. Utraque lectio habet, quo probetur, non item γενόμενος, quod *Reitzius* foedum orationis vitium non debebat scriptori nostro tribuere velle. Optione autem data eam praetuli lectionem, quam plurimis bonarum Editionum exemplis comprobatam viderem. Lehm.

ead. l. 7. Ἑτοιμοκλέους] Scripturam hanc constanter tuentur ubique libri omnes nostri. Ego tamen suspicor eundem esse cum eo, cui suum de Mercede conductis etc. libellum scribit, quamvis Timocles illic dicatur, non ut hic Ἑτοιμοκλῆς· vid. De Merc. Cond. c. 2. etc. Solan. Ἑτοιμοκλέους] I. e. quasi *paratus, si vocetur*, ut supra dictum cap. 1. *Alciphroni* III. Ep. 55. sub init. Εὐοκλῆς ὁ Στωϊκὸς fingitur, qui a *Berglero* Ἐτεοκλῆς vel Ἑτοιμοκλῆς refingitur, quod vix credo opus esse. Sed quid demum refert? Reitz.

Pag. 60. *l.* 8. Ἐν γειτόνων] Adleverat *Hemsterh.* videndum *Kust.* ad *Aristoph.* Eccles. v. 420. Ibi invenio, ad verba *Aristophanis* ἐς τῶν σκυλοδεψῶν, commentatum, οἶκον intelligi, et post alia similia etiam hoc *Luciani* ἐν γειτόνων prolatum, non vero de hac posteriore locutione sedulo actum; sed vid. si quid opus, eund. *Kust.* ad Plnti v. 435. ubi ἐκ et ἐν γειτόνων nonnullis exemplis profert; et Nostrum supra Icar. c. 8. et 16. Bis Acc. c. 10. pr. et 31. f. Ac Philops. c. 25. *Abresch.* in Animadv. *Aeschyl.* p. 174. suspicatur, ne ellipsi quidem τοῦ οἴκῳ, τόπῳ aut similibus opus esse in his; cum et alias ἐν genitivo jungatur, ut apud *Aristid.* Or. Eleus. extr. οὐκ — ἔτι — ἐν ὑμῖν αὐτῶν ἔσεσθε, item T. II. p. 402. γένεσθε ἐν ὑμῶν αὐτῶν, et p. 347. μένετε ἐν ὑμῶν αὐτῶν. At cum in usitatissimis illis et numero longe potioribus, ἐν et εἰς Ἀριστανέτου, ἐν Ἀμφιλόχου, quae vide Symp. c. 1. et Philops. cap. 38. ac plus centies alibi) nemo negaverit ellipsin esse; quid prohibet, quaeso, eandem analogiam hic statuisse? Et cum omnes fateri cogantur, in Latinorum phrasi, *ad Dianae*, *ad Cereris*, ac similibus, *aedem* intelligi, nec quisquam dixerit praepos. *ad* ibi genitivum regere, cur idem non agnosceremus

in Graecis? quando eadem est ratio. Reitz. Peculiaris est dicendi formula ἐν γειτόνων, a qua non minus, quam ab ejusdem generis aliis, ut ἐν Ἅιδου, etc. aliena est quaestio, utrum per se praepositio ἐν cum genitivo jungi possit, nec ne. Quod autem h. l. *Belinus* e Codice suo rescribendum putavit ἐκ γειτόνων, erravit cum Codicis sui scriptore. Quemadmodum enim Bis Accus. c. 9. et similibus locis bene se habet ἐκ γειτόνων, *e vicinia*, ita h. l. et multis aliis requiritur ἐν γειτόνων, aut, si malis, ἐγγειτόνων, i. e. *in vicinia*. Lehm.

ead. l. 10. Ἀ παρ'] Sic omnes impressi et Cod. Ox. Suspectus mihi et hic locus est. Solan. Si, quod suspicor, ostendit *Solanus* in accusativo ἃ cum verbo ἀπολαύειν juncto, quae structura sententiae loci non admodum convenire videtur: haud improbabilis quidem est *Schmiederi* ratio, qua pro πλακούντων, ἃ legatur πλακοῦντος, (hoc e Ms.) ὧν, nec tamen ita certa est illa, ut non et alibi sedem vitii quaerere possis, ut in verbo ipso ἀπολαύω, quod saepe a librariis cum ἀπολαβεῖν confusum esse, non semel notavimus, ut ad Navig. c. 44. Tom. VIII. p. 187. ad Diall. Merett. XV. fin. ibid. p. 262. Quare locum reliqui intactum, nisi quod πλακοῦντος scripsi pro vulg. πλακούντων, cujus mutationis idonea satis esset ratio. Lehm.

Pag. 61. *l.* 5. Εἴπω τι] Pone comma post τι. Kuster. Scribo εἴπω τι, χερ. *Guyet.* Bene. Et sic malam vulgatae interpunctionem jam correxeram. Reitz.

ibid. Κερατίναν] *Quintil.* I. *Ceratinae.* Stoici in his multi erant. *Diog. Laërt.* pag. 60. A. 174. E. meminit *Sen.* A. Ep. (*Senec.* ep. 45.) *et A. Gell. Noster* etiam saepe tangit. Vid. Diall. Mortt. I. cum notis. Chrysippus in ore frequens habuit, incertum an auctor; nam alii alios memorant, Thes. Crit. II. De sophismatis *Lil. Gyrald.* 392. *Brod.* 471. et *Cress.* AG. X, 73. *Noster* etiam plura memorat Vit. Auct. c. 22. Solan. Formae κερατίναν, quae omnes, quas consului, Edd. insidet, quid faciam, nescio, dubiusque tanto magis sum, quum taceant nostri Commentatores. Illegitimam

hanc esse formam, nec ulla ratione explicabilem, equidem habeo persuasum. Quis enim unquam audiverit de vocabulo κερατίνας primae declinationis, *Cornutum* nostrum significante? Dici enim ille solet κεράτινος, aut feminine κερατίνη, ut ap. *Diog. Laert.* in Zenone et Diodoro. Poterat etiam κερατίας audire. Quae *Quinctiliano* Inst. Orat. I, 10, 5. *Spald.* dicuntur *ceratinae* et *crocodilinae* (int. ambiguitates, s. quaestiones), his subsunt feminina Graeca κερατίνη et κροκοδειλίνη. Hinc jam optionem dabo corrigendi h. l. aut κεράτινον, aut κερατίνην, aut denique κερατίαν, nihil ipse discernens. Ceterum quem locum *Solanus* ex *A. Gellio* dicit, est ille, ni fallor, Noctt. Att. XVIII, 2., cum quo haec Lucianea conferri poterunt praeter Diall. Mortt. 1, 2. et Vit. Auct. c. 22., quae jam laudavit *Solanus*, etiam Piscat. 11. Hermot. c. 81. et Somn. s. Gall. c. 11. LEHM.

ibid. Σωρείτην] Satis commode enarrat Scholiast. De hoc vid. *Diog. Laërt.* l. cit. SOLAN.

ead. l. 6. Θερίζοντα] *Plut.* 1019, 1. ἀργοὶ καὶ θερίζοντες λόγοι καὶ ὁ παρὰ τὴν εἱμαρμένην ὀνομαζόμενος λόγος, σοφίσματα ὡς ἀληθῶς etc. Habet quoque ἀργὸν λόγον *M. Tullius* de fato. *Diog. Laërt.* l. c. vid. supra Vit. Auct. c. 22. SOLAN.

ibid. Ὀναίο] Leg. *Mercer.* ad *Aristaenet.* Epist. 6. lib. II. BOURD.

ead. l. 10. Πράγμασι] Sic, uti conjeceram, habet Ms. Ox. nisi me abbreviationes ejus fallunt: reliqui libri πραγματι. SOLAN. Mihi vero πρᾶγμα. h. l., i. e. convivii nuptialis apparatio, res scilicet ut patribus gravis, ita tamen grata admodum ac laeta, multo magis placuit, quam πράγματα, negotia, quae adjunctam habeant notionem molestiarum, aerumnarum, incommodorum ac laborum. LEHM.

ead. l. 11. Ἐπὶ τῆς οἰκίας] An B. rectius ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ; REITZ. Caussam non video. Et quod *Belinus* Dativum propterea praetulit, quod ad genitivum explicandum ellipsi opus esset vocis οὐδῷ (*le fauil*) mira profecto haec est argumentatio, mira etiam sic argumentantis inscitia, qui nesciret,

τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας, res domesticas, et hujus generis phrases alias, proprie sic dici sine ulla ellipsi. Talem igitur auctoritatem immerito secutus est *Schmiederus*. LEHM.

ead. l. 9. *Ταῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι*] Interpr. *atque his quidem de rebus haec responderem*. Sed putem ego, *τοῖς παροῦσιν* non posse reddi, *de his rebus*, quoniam hic non est neutr. sed masc. et subaud. *ἀνθρώποις* vel *συμπόταις*. Jusserat enim Etoemocles, ut haec sua epistola palam, et praesentibus omnibus convivis recitaretur, ut cap. 21. habetur. Hinc c. 28. *ὁρῶν τοὺς παρόντας γελῶντας ἐφ' ἑκάστῳ*. Praeterea *de rebus praesentibus*, Graece non dicitur *τοῖς παροῦσι*, sed *περὶ τῶν παρόντων*. Quare verba ita reddenda sunt: *Haec ego praesentibus* (convivis) *pro defensione dixi*. L. Bos.

ead. l. 14. *Ὅμηρος*] Il. *I*, 533. Euripidis pariter ac Sophoclis laudantur Tragoediae *Meleagri*, e quibus sumtos esse versiculos hosce suspicari fas est: et Euripideos quidem e principio fabulae, in quibus ille locorum facere mentionem soleat. Sed fuit etiam Euripidis Oeneus. Fugit, si recte attendi, *Barnesii* diligentiam hoc fragmentum. De ipsis illis Dianae iris *τραγῳδεῖ Noster* etiam De Sacriff. c. 1. SOLAN.

Pag. 67. *l.* 1. *Ἦ λάθετ'*] *Hom.* Il. I, 533. ubi *δὴ* Ed. *Ox.* Al. *δέ*. REITZ.

ead. l. 3. *Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίης χθονὸς, ἐν ἀντιπόρθμοις πεδ.*] Ubi mens fuit vel editorum vel interpretum, equidem nescio: longe eam ab ipsis abfuisse, cum hunc locum tractarent, facile colligas. Ut enim in Graecis distinguunt, sic in Latinis *Benedictus: Haec terra Calydon Pelopii est soli, fretum qua est parte, campos divites pingues habens; Erasmus: Calydon quidem haec Pelopii regio soli, Qua parte saevum spectat adversa fretum*. Atque ita Calydon ope illorum ex Aetolia transmittitur in Peloponnesum, satis ridicule. Distingue et verte, *Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίης χθονὸς Ἐν ἀντιπόρθμοις, πεδί' ἔχουσα εὐδαίμονα. Haec terra est Calydon,*

Pelopiae terrae in transmarinis, objacens Peloponneso trans fretum, *habens campos uberes*. Res ipsa clamat. GRON. *Eurip.* Meleagr. SOLAN. Auctius fragmentum habes in Ed. *Euripidis Beckiana* Tom. II. p. 455. ubi vid. *Barnes.* LEHM.

ead. l. 4. Ἐν ἀντιπόρθμοις] Calydonium fretum apud *Heliod.* lib. V. GUIET.

ead. l. 10. Ἡδὺς γάρ ἐστι τῷ μειρακίῳ, καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ σύνεστιν] *Benedictus* vertit: *jucundus enim est adolescenti, et cum ipso ad gratiam versatur*; inepte. Verte, *ad obsequium*. Sic enim Latinis dicitur per εὐφημισμὸν illud obsequium turpe, quo quis corporis sui copiam facit alii, ut Graecis χάρις. *Plutarchus* in Erotico: χάρις γὰρ, ὦ Πρωτογένης, ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄρρενι πρὸς τὸ παλαιὸν κέκληται, *mi Protogenes, χάρις ab antiquis dicitur mulieris obsequium erga virum.* Sic et χαρίζεσθαί τινι est *consuescere cum aliquo. Hesych.* χαρίσασθαι, παρασχεῖν. λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι αἱ ὑπὸ συνουσίαν ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι. Χαρίσασθαι *est dare. Dicuntur enim mulieres* χαρίζεσθαι, *quae ad concubitum sui copiam faciunt.* Hinc puella ἄχαρις, cujus flos virginitatis nondum est delibatus. GRAEV.

ead. l. 11. Πρὸς χάριν] Quod a *Graevio* hic observatum est, laudo; sed scias etiam velim, probo quandoque sensu usurpari, ut apud *Plut.* in Pyrrho 728, 1. et *Isocr. π. Νίκ.* πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν. Unde melius patebit veteratoris occulta calumnia. Sic πρὸς ἡδονῆς ὁμιλεῖν apud *Diogen. Laërt.* pag. 192. AB. SOLAN.

ead. l. 13. Ζωπύρου τοῦ παιδαγωγοῦ] *Alciphron* eundem paedagogum inducit, III. Epist. 57. pr. scribens: ἐσκωψάμην τὸν τροφέα τὸν νεανίσκου Ζώπυρον· ubi malim τοῦ νεανίσκου pro τόν. REITZ. *Wagnerus* τὸν νεανίσκον. Quod autem uterque hunc paedagogum et illum nutritorem, quod ejusdem sunt nominis, eandem habuere personam, nimia haud dubie fuit alterius sagacitas, alterius credulitas. LEHM.

Pag. 63. *l.* 3. Ἀποσπάσας] Si probatione indigeret vulgatum, ἀποσπᾷν τοὺς μαθητὰς ex *Act. Apost.* XX, 30.

et quae *J. Elsner.* ibi ex *Josepho* atque *Aeliano* protulit, adderem. Reitz. Res sane est vulgaris. Sed vel propter hanc ipsam caussam praetuli exquisitius verbum, quod Codd. servarunt, περισπάσας, in quo juxta notionem *avellendi, abstrahendi*, illud quoque inest, quod blanda quadam vi alienum discipulum ad tuam disciplinam vel amicitiam pertrahas ab altero vel amico vel magistro abalienatum. Eleganter sic Indic. Vocal. c. 8. litera *T* dicitur περισπάσασα τῶν μελισσῶν οὐκ ὀλίγας. Lehm.

ead. l. 12. Ἤδεισαν] Sic Ms. Q. In reliquis ᾔδεσαν. Solan. Saepe in ultima εσαν an εισαν terminanda fluctuant auctorum editiones. Grammatica postulat εισαν in temporibus plusquamperf. Licet ἐδεδείκεσαν, non εισαν frequentius in auctoribus reperias. Vid. supra cap. 12. Ita Scholiast. *Aristoph.* alio loco *Euripidem* ᾖσαν pro ᾔδεισαν dixisse ait, alio loco id esse pro ᾔδεσαν scribit, modo bene descripserit *Maitt.* de Dial. p. 52. Ego Codici B. cum *Solano* parui, quia sic terminari solet, ab ᾔδειν. Ut *Genes.* XLII, 23. αὐτοὶ δὲ οὐκ ᾔδεισαν, ὅτι ἀκούει Ἰωσήφ. Iterum *Exod.* XVI, 15. Et *Esai.* LV, 5. ac bis ter deinceps: item in Nov. Foed. *Marc.* XIV, 40. etc. Apud *Herodian.* vero I, 13, 11. ᾔδεσαν, quod nec improbare ausim, quia, ut in aliis, utraque terminatio locum habere potest, sive plusquamp. dicas, sive ab antiquo aoristo ᾔδεσα, qui certe formaret ᾔδεσαν, quem tamen in usu esse non credo. Reitz.

Pag. 69. *l.* 15. Διεῤῥήγνυτο] I. e. propemodum disrumpebatur. Sic solent ejusmodi verba sine effectu, ut vulgo dicimus, poni. Conf. omnino supra dicta de Mort. Per. ad cap. 37. ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς, Ἀπώμην, ἔφη. Adde Evang. *Luc.* V, 6. Διεῤῥήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν, et quae *Elsner.* ibi notat. Reitz.

Pag. 70. *l.* 5. Αἱ ἐπιστολαὶ ὁρᾶτε ὡς πρεσβυτικαί] Verterat *Erasmus: videtis quam, et ipsae epistolae graves sint ac seniles. Benedictus* volens esse brevis, amputat postrema, relinquens *quam graves sint epistolae,*

contra prorsus, quam oportuit. Non enim graves esse demonstrat, sed seniles, hoc est, frigidas, nullarum virium, infirme scriptas, plane qualis est appendix Observationum ad *Melam*, Londini nuper impressa. GRON.

ead. l. 10. *Καλυδωνίου*] Sic plerique impressi et O. In *Fr. Hag.* et *Par. Καλυδονίου*. SOLAN.

Pag. 71. *l.* 4. *Ἀφ' ἑνὸς*] Sic *Tacit.* Ann. XII, 49. *ne ceteri quoque ex Peligno conjecturentur. Terent.* Heaut. III, 3. *Ego de me conjecturam facio.* Sic *Noster* De Merc. Cond. cap. 11. et cap. 61. SOLAN.

ead. l. 8. *Διοσκούρων*] Hic locus cum eo, qui cap. 9. exstat, ubi *ἱερεὺς τοῖν ἀνάκοιν* dicitur, collatus, evincit, eosdem, qui ibi *ἄνακες* dicuntur, hic *Διοσκούρους* audire. Non audiendus ergo *Mausacus*, qui ad *Harpocrationem* negat Castorem et Pollucem intelligi, cum *Ἄνακες* nominentur; vid. etiam *Aelian.* V. H. IV, 5. SOLAN.

ead. l. 12. *Μαστρωπὸς*] Vid. supra Amor. c. 16. SOLAN.

ead. l. 16. *Ἐπὶ τέτταρσι δραχμαῖς δαν.*] Menstrua haec usura erat: unde liquet atrocitas illius foeneratoris, qui quotannis pro centum, uti nos loquimur, 48 foenoris loco exigebat. SOLAN.

ead. l. 17. *Οὐδὲ ἄγχω*] Vid. Hermot. c. 80. et 81. SOLAN.

Pag. 72. *l.* *Ἔτυχε γὰρ πίνων*] Ita Ox. optime, pro eo, quod in reliquis est, *πίνων. καί.* SOLAN.

ead. l. 6. *Οὐκ ἀνάξιος ὤν*] Legend. videtur, *οὐκ ἂν ἄξιος ὤν. Demosthen. καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν.* GUYET. Nihil hactenus ab Ione admissum lectum est, quapropter hoc sit meritus. Lege ergo *ἐναίτιος*, vel *ἄξιος*, vel denique, quod propius est, divisim *ἂν αἴτιος*, aut *ἂν ἄξιος*. Alias ad sequentia respexisse putandus est, quod haud temere admiserim. SOLAN. Reddidit sic, ut voluerant *Guyetus* et *Solanus*, interpres vernaculus, nec *Belinus* non profitetur, magnopere sibi placere eam emendationem. Modo sit emendatio. Atqui bene habet vulgata ratio.

Quae enim capp. 39. et 46. de Ione narrantur perquam absurda gravique philosopho indigna, caussam praebent idoneam, ob quam non magna etiam huic pseudophilosopho injuria illata videri posset. Ceterum omnis narrationis indolas et color et ipsius quoque narratoris, quod c. 34. de omnium, qui convivio intererant, ac singulorum philosophorum moribus et ingenio fert, judicium ejus generis est, ut magis commendetur vulgata, quam ficta, lectio. Sic etiam sentit *Fritzschius* noster Quaestst. p. 208. Lehm.

ead. l. 7. *Ἀπεξύετο*] Sic *Fl.* In reliquis *ὑπεξύετο*, minus apte. Solan.

Pag. 73. *l.* 1. *Ὡς οὐδὲν ὄφελος*] Accedit huc sententia *Menandri* canentis, *ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ.* Sed longe ulterius spectat sententia *Luciani*, sapientissime hic monentis, inutilem esse omnem scientiam, qua mores et vita humana non fiunt emendatiores, et jucundiores, nihilque absurdius esse, quam virtutem, adde et religionem, profiteri ac docere, dum is ipse, qui profitetur et docet nihil eorum praestat, quae laudat et praecipit. Solan.

ead. l. 2. *Εἰ μή τις*] Post haec verba in Edd. praeter *Fl.* omnibus legebatur *ἄρα*, male repetitum ex antec. *ὄφελος ἦν ἄρα* etc. Nos jubente Ms. Reg. 2954. illud delevimus. Bip.

ead. l. 14. *Καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται*] Mitius haec paullo exagitat *Alciphron* III, Ep. 55. pag. 408. *Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι*, ait, *ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος παραπλησίαν τινὰ καὶ τὴν αὐτὴν εἶχον τῆς ἑστιάσεως τὴν ἀκολουθίαν· οἱ φιλόσοφοι δὲ, προϊόντος τοῦ συμποσίου, καὶ τῆς φιλοτησίας συνεχῶς περισοβουμένης, ἄλλος ἄλλην τερατείαν ἐπεδείξαντο.* Quo loco *Bergl.* observat, *Lucianum* haec et reliqua multo acerbius tractare. Reitz.

Pag. 74. *l.* 5. *Ὁ θαυμάσιος δὲ Ἀλκιδάμας καὶ ἐνούρει*] Eadem fere rursus *Alciphr.* Ep. saepe adlegata L. III. p. 412. Nempe: *ὁ Κύων δὲ πρῶτα οὔρει κατὰ τὴν κυνικὴν ἀδιαφορίαν εἰς σύρμα χαλάσας καὶ καθεὶς τὸ*

τριβώνιον etc. Ubi *Bergler.* haec *Luciani* conferens, ὁ δὲ θαυμάσιος mutato ordine dedit, (studione, an incuria, nescio, nec quidquam refert) additque: *Hoc loco praecipue quasi monstrare Lucianus videtur, quem imitatus fuerit. Siquidem Alcidamas et Alciphron idem ex parte nomen habent. Quod si hoc accipias, ut Horatianum illud I. Sat. X. v.* 36. Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona; *perinde erit, ac si dixisset Lucianus*, Admirandus ille Alciphron etiam mejentem in convivio introduxit Cynicum. Reitz.

Pag. 69. *l.* 5. Τῷ συμποσίῳ] Ex Ms. Ox. est hic articulus. Deest enim in omnibus impressis. Solan.

ead. l. 7. Τὸ μῆλον] *Discordiae malum.* Guyet. Non adderem pueris notam hanc notam, nisi studio *malum* pro *pomo* videretur dixisse *Guyetus*, ut luderet in ambiguo. Reitz.

Pag. 70. *l.* 3. Ἀπόχρ. οὖν μοι] Ex Ms. Ox. est illud οὖν, quamquam ibi post μοι reperitur. Solan. Neque ab illa sede detrudendum erat οὖν, quoniam sic saepius dicitur. Recte igitur *Reizius* hac in re a *Solano* dissensit. Lehm.

ead. l. 12. Ἔσθιοντες, τοιαῦτα] Φυσιοῦσθε, quod hic impressi omnes habent, non agnoscit Ms. Ox. nec *Fl.* Ed. et omnino abesse sine sententiae detrimento potest. Solan. Mirum tamen unde manifesto alienum verbum huc migraverit. Lehm.

ead. l. 15. Λύσας ἀποῤῥίπτειν] Absunt hic et ista a Ms. Ox. αὐτὴν μέν, quae in reliquis impress. exstant. Solan.

Pag. 71. *l.* 12. Ἀπαλλάξεσθαι] Ms. Ox. In impr. ἀπαλλάξασθαι. Solan.

ead. l. 15. Τὸ ἐντελὲς — δεῖπνον] Ultimus, credo, missus (δεῖπνον alias etiam partem coenae esse, ostendit *Casaubon.* ad *Athenae.* IV, 20. extr.) sicciores cibos habens, et quos auferre non incommodum. Hanc puto esse Ματτύαν, quam ἐπιδόρπισμα Atticis, aliis Graecis ἐπίδειπνα dictam, tradit *Athenaeus* libro XIV. extremo. Certe hoc

suadent ista *Athenaei* verba: *Ματτύην ἐκέλευσεν εἰσφέρειν Λάκαινά τις· καὶ εὐθέως περιεφέρετο περδίκια ὀλίγα, καὶ χηνία ὀπτὰ, καὶ τρυφὴ πλακούντων.* Vides hic in Mattya perdices, anserculos assos, placentas: apud *Lucianum* haec paullo auctiora, ut in solemnitate nuptiarum. Caeterum quod legitur apud *Athenaeum* τρυφὴ πλακούντων, et convertitur *placentarum lauticiae*, non videbatur mihi usquequaque accuratum, legendumque putabam *τρύφη πλακούντων*, *frusta placentarum*. GESN.

ead. l. 17. *Ἰχθὺς ἐκ ταγήνου*] Insigne exemplum, ut error soleat augeri, et quotidie invalescere. Verterat *Erasmus piscis Tagenicus*. Id eodem modo retinuit *Benedictus*: sed ne quid deesset, nunc video in hac editione Graecam vocem postremam quoque incipere ab majusculo T. Habeant hoc et fruantur, quibus placet: nos censemus interpretandum *piscis ex sartagine*, quod non modo probant multa antiquorum fragmenta, sed hodieque etiam placet. GRON.

ibid. Ταγήνου] Sic in impr. et in textu Cod. Ox. Sed ab eadem manu rescriptum est *τηγάνου*, quod in *Coll.* etiam legitur. Vid. Lexiph. c. 6. SOLAN.

ibid. Καὶ ὅσα ἐντραγεῖν] Bellaria hisce connotat. Quod addit, *licuisse etiam auferre*, confirmant ex eodem loca sequentia Cronosol. N°. 17. SOLAN. Haecne periphrasis *τῶν τραγημάτων*, s. bellariorum? Sic puto, et sic interpretatus sum. Hoc suadere videtur orationis series, qua haec verba junguntur superioribus, et ab sequentibus separantur. Si hoc voluisset *Lucianus*, quod *Erasmus* dedit: *quaecunque liberum est, seu velis in alvum condere, seu domum asportare malis*, ita videtur informaturus Graecam orationem fuisse, *καὶ ὅσα ἐντραγεῖν ἐξῆν ἢ καὶ ἀποφέρεσθαι·* illud autem *ταῦτα* plane omissurus. Verbi *ἐντραγεῖν* hanc vim esse, etiam ex *Hesychio* conjicias, apud quem sunt ista *ἐντραγεῖ, ἐντρυφᾷ. Ἐντραγεῖν, ψωμίσαι, ψωμίσασθαι.* Vidit hoc etiam *Kuhnius* ad *Polluc.* VI, 40. *τὸ ἐντραγεῖν saepius usurpatum de tragematibus, et id genus aliis scitamentis.* GESN.

Pag. 72. *l.* 3. *Καὶ τὰ παρ' αὐτῷ*] Quae juxta se erant. GUYET.

ead. l. 16. *Μὴ δεῖσθαι γάμων*] *Ἀχαιρίας* hujus meminit in Char. *Theophrast.* p. 39. B. SOLAN.

Pag. 73. *l.* 4. *Ἐκείνων*] Depravata haud dubie vox, et nihili prorsus. Lege *ἐχρῆν*, vel *πάντων*. SOLAN. Depravatam esse vocem *ἐκείνων*, facile est intellectu; difficilius dictu, quae subsit vera lectio. *Jacobsio* quidem videbatur corrigendum *ἔδει*, plenius *Fritzschio* Quaest. p. 170. *ἔδει ἡμῶν*. Sed *Seagerus* Diar. Class. Vol. XIX. p. 39. sq. *ἐκείνως* proponit, interpretans: *isto ritu, ita ut praecepit Plato.* Quod ut jejunam reddit sententiam, ita etiam per se est admodum improbabile. LEHM.

ead. l. 12. *Ἦν γὰρ ταῦτα — τὰ ἐλεγεῖα*] *Bergl.* ad *Alciphr.* III. p. 410. haec ait ridiculo modo ex diversis poëtis, *Pindaro, Hesiodo*, et *Anacreonte* consarcinata. Bene, quantum ad materiam; sed ad metrum tamen redacta Elegiacum, ut *Lucian.* profitetur: quare ad id emendatio instituenda. REITZ.

ead. l. 14. *Ἡ οἵη πότ'*] Monitus jam ab ipso Luciano de hujus carminis absurditate, curam solicitudinemque omnem deponito, si sapis: id unum ego monebo, ἢ οἵη scribendum esse, ad quod proxime accedit *Fl.* ἠοίη· idque *Hesiodi* imitatione factum, qui carmen satis prolixum scripserat, quod *ἠοίας* et *Ἠοίας μεγάλας* vocabant; cujus etiam aliquot fragmenta in *Graeviana* Hesiodi editione exstant. SOLAN. Mali poëtae pessimos versiculos nimis bona interpretatione donaverat *Erasmus.* Quam hic damus, meliorem putamus ea ipsa caussa, quod mala est, iisdem nempe vitiis inquinata fere, quae ridiculum faciebant ipsum auctoris carmen. GESN. *Ἡ οἵη πότ' ἄρ' ἦγ' ἐν Ἀριστάνέτου μεγάροισιν.*] An ἢ οἵη dixit alludens ad *ἠοίας* Hesiodi? vid. *Casaub. Guyetus.* Nihil obloquor. Sed quod praemittit *οἵη*, quasi sic legeretur in Edd. Luciani, nescio unde habeat, cum illae tamen *οἵη* laevigent. Sed vide not. sequent. REITZ. In carmine adeo insipido exscribendo sapere sane quidem est insipere

cum insipiente poëta. Quamquam non liquet, quo usque insipientiae liceat cum auctore progredi, quantumve eius tribuendum sit ipsi auctori, quantum librario. Graecus enim ille certe quidem fuit natu, non barbarus, cujus absurditates vel logicae, vel aestheticae, vel metricae, non ultra Graecismi terminos ad barbaram usque indolem extendendae videntur. Nihilominus in textu *Reitziano* ego acquiescens etiam in iis vocibus, quas vix stupidissimus Graeculus scribere sic potuisset, ut in exitu primi versus, in nominibus Σελήνης, Νηρῆος, e. a. manum de tabula tollere malebam, quam in negotio tam ingrato oleum et operam perdere. Lehms.

ibid. Μεγάροις] Lege μεγάροισιν, et ἦγ' pro ἦγε, si versum velis hexametrum: ac totum potius sic refinge cum *Salmas.* in *Lamprid.* Alex. Sev. 38. p. 956. (quod *la Croze* etiam admonuit) Ἦ οἵη πότ', ἄρ' ἦγε Ἀριστιανέτ' ἐν μεγάροισι. Et vid. *L. Bos.* Obs. Crit. p. 114. seq. *Guyetianum* ἠοίη, *matutina*, rejicientem, ac nobiscum ἦ οἵη probantem, i. e. μία, μόνη, *sola*, *praecipua*, licet metrum in ceteris non sanet, quod *Solan.* et *Gesn.* etiam vitiosum volunt manere. Reitz.

Pag. 74. *l.* 1. Προὔχουσα] Προὔχουσ' ἀλλάων πασάων παρθεν. Guyet. Optime: nam sic versus constabit, qui jam claudicat, cum media in προὔχουσα corripitur. Reitz.

ead. l. 2. Ἠδ' αὖ τῆς Σελήνης] Corrige ἦδ' ἅμα τῆς Ἑλένης. Placet. Guyet. Ἑλένης etiam legi jussit *la Croze.* At non placebit, quibus ita decrescere videbitur oratio, si dicas, *potior Venere*, *immo* vel *Helena*; immo sic pejor erit illa correctio, quam vulgata, in qua licet non crescat oratio, nec praestantius nomen postponatur, cum Venus vulgo formosior credatur, quam Diana, tamen comparatio a Dea ad Deam rectius procedit. Potest tamen *Guyeti* emendatio locum habere, si vertas, *potior Venere*, *aut certe Helena.* Ac si versus requiritur pentameter, melior erit *Guyetiana* lectio, et sensus eo melior, quia magis ridiculus. Reitz.

ead. l. 3. Καρτερῶν] Καλῶν. Guyet. Non vide

quare: nam prima in *καλὸς* etiam longa est. Ac si versum velis formare hexametrum, pro *κρατερῶν* lege *κρατῶν*, a *κρατύς*. Tumque subsequentem habebis pentametrum, si mox *παιδὸς* resolvas, ut fiat trisyllabum *παϊδός*. Quod sic edi curavi, cum neglectum esset in Edd. prioribus. REITZ.

ead. l. 6. *Πολλάκις ἀεισώμεθα*] Lege *ἀσόμεθα*, vel *πολλάκ' ἀεισόμεθα*, quod pl. est ap. *Plut.* ex Sapphone. GUYET.

Pag. 75. *l.* 1. *Πατρόκλου*] *Hom.* Iliad. *Π.* et *P*, 389. et *Σ*, 155. SOLAN.

Pag. 76. *l.* 7. *Κἀκείνου μὲν ἅμαρτε*] Iliad. *Λ*, 233. et *E*, 187. SOLAN. Manifeste nimis *παρρησιάζεται* ad illud Iliad. *Λ*, 233. *Ἀτρείδης μὲν ἅμαρτε, παραὶ δὲ οἱ ἔτραπετ' ἔγχος.* Quare hic etiam *ἥμαρτε* et *παρ'*, quod habent editi, immutandum censeo. GESN.

ibid. Παραὶ] Cod. Ox. *παρά*. Impressi omnes *παρ'*. *Homerus παραὶ*, ut edi curavimus, et hic et supra Pseudol. cap. 27. SOLAN. *Ἅμαρτε παραὶ*] Illud *παραὶ* pro vulgato *παρ'* *Solanus* ex *Homero* restitui jussit, oblitus tamen *τὸ ἥμαρτε*, quod ego eadem metri necessitate in *ἅμαρτε* mutavi. REITZ.

ead. l. 8. *Ἐς δύο*] Supra Dial. Meretr. XIII. med. Et Tox. c. 54. med. REITZ.

ead. l. 14. *Τῇ βακτηρίᾳ*] Aeneis clavis confixum baculum ei tribuit *Alciphr.* II. p. 408. REITZ.

Pag. 77. *l.* 7. *Αἷμ' ἐμέων*] *Hom.* Il. *O*, 11. SOLAN.

ead. l. 17. *Ἀνατετραμμένας*] Ex Cod. Ox. In impr. *ἀνατρεπομένας*. SOLAN.

ead. l. 18. *Ῥιπτουμένους*] Cum *ῥιπτέω* aeque dicatur ac *ῥίπτω*, non auscultandum duxi Codici Ox. *Herodian.* VII, 7. 6. *ὑπηρέται συρέντες — ἐῤῥιπτοῦντο.* REITZ. Propius, si opus erat, exemplum erat *ῥιπτεῖ* supra c. 44. et alia non pauca in ipso hoc *Luciano*. LEHM.

Pag. 78. *l.* 2. *Εὐπόρησαν*] Forsan *ηὐπόρησαν*, quod magis Atticum foret, quaesivit *Solan.* Bene tamen, quod nihil immutarit: frequentius enim *εὐ*, quam *ηὐ*, in hujusmodi compositis habuimus. Vid. Alex. c. 22. Pro

Imag. c. 19. f. Amor. c. 6. pr. Jov. Trag. c. 16. Reitz. Jovis Tragoedi locum, quem *Reitzius* indicat, non invenio. In locis Alexandri et Pro Imagg. ἠὐδοκίμουν jam a me correctum, quum vulgo fuisset scriptum εὐδοκ. Et sic etiam ἠὐδοκίμηται. Pro Merc. Cond. c. 3. ἠὐτρέπιστο Amor. c. 6. ἠὐτύχηται. De Merc. Cond. c. 12. ἠὐφραίνοντο ibid. c. 1. In his autem et similibus orthographice exarandis quam rationem ego ac normam in *Luciano* quidem nostro sequendam putaverim, vid. ad Diall. Marr. XIII, 1. Tom. II. p. 456. Lehm.

ead. l. 4. Ἀλκιδάμας μὲν τὴν αὐλητρίδα] Idem facientem Cynicum inducit *Alciphr.* III. Ep. 55. fin. Non vero exstincto ante lumine, sed palam in omnium conspectu, dicentem principium generationis esse naturam. Reitz.

ead. l. 5. Συνενεχθῆναι] An συνεῖναι; placet. Guyet. Quidni ergo συμμιχθῆναι; Reitz. Quidni potius tacite servetur verbum vulgatum de hac re satis probum? Immerito illud etiam Hermot. c. 34. in suspicionem vocatum. Cf. Toxar. c. 14. extr. Lehm.

ead. l. 14. Ζηνόθεμις ἀμφοτέραις, τῇ μὲν τῆς ῥινὸς, τῇ δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπειλημμένος] Haec olim conversa, *Zenothemis pariter tum oculo, tum nare mutilatus*, *Solanus* ita emendarat: *Zenothemis manibus hac oculum, illa nasum tenens.* Sed et *Gesn.* errorem pristinae versionis correxit sponte. Post ἀμφοτέραις autem, χερσὶ intelligi, qui nescit, adeat *L. Bos.* de Ellipsi pag. 185. Reitz. Ed. *Schäfer.* p. 527. Lehm.

ead. l. 19. Ἐπειλημμένος] Ox. *Par.* J. et *Amst.* In reliquis ἐπιλημμ. prave. Solan.

Pag. 79. *l.* 6. Ἐμελλε] Videtur et *Erasmus* sic legisse, qui verterat, *quo sponsam fuerat abducturus.* Reitz.

ead. l. 8. Καθευδήσαντες] In omnibus legitur καθενδήσαντες, haud dubie corrupte: nemo enim praeter Polydamanta (imo *Alcidamanta*) illic pernoctavit. Puto ego rescribendum καταδεθέντες, quod menti scriptoris optime convenit; nec a scriptura vulgatae multum abhorret. Solan.

Καθευδήσοντες, ut conjicit *Fritzsch.* Quaestst. p. 209., vere habet *Bas.* 3. nescio unde. Quodsi error sit, non minus facile ad *καθευδήσαντες* aberrari potuit a genuino Futuro. Ceterum idem ille *Fritzschius* apte confert verba *Homerica* Odyss. III, 396., quibus addas similem narrationis epicae formam Iliad. I, 606. sq. LEHM.

ead. l. 12. *Ἦ*] Ex Ms. Ox. et *Fl.* In *Ven.* vero utraque ἦ· in reliquis ἦ, corrupte. Versus autem sequentes in fine quarundam tragoediarum Euripidis leguntur. In Med. Alc. Androm. Bacch. et Hel. SOLAN.

ead. l. 14. *Πολλαὶ μορφαὶ*] Tres versiculos totidem verbis habet *Euripides* in fine Alcestidis, Andromaches, Baccharum et Helenae, quibus subjiciuntur isti, *Τῶν ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός. Τοῖον δ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.* GESN.

Pag. 80. *l.* 1. *Ἐκεῖνό τε*] Legendum puto levissima mutatione *ἐκεῖνό γε*, et sic verti. GESN.

ead. l. 2. *Ἀπράγμονα ὄντα συνεστιᾶσθαι — φιλοσόφοις*] Addam, quod *Hemsterh.* in marg. *Graev.* monuit, *L. Bos.* Obs. Crit. p. 79. qui versionem *Erasmi: Non esse tutum, cui non sit opus, cum ejusmodi philosophis agitare convivium,* reprehendit, dicens: *Imperite admodum vocem ἀπράγμονα vertit,* cui non sit opus. *Ἀπράγμων Atticis scriptoribus dicitur, qui lites fugitat, litium amans non est: πράγματα enim sunt lites, ut alibi pluribus ostendam. Atque ita Lucianus hic etiam usus est vocabulo ἀπράγμων. Verte igitur locum,* non esse tutum ei, qui litium amans non sit, convivium *agitare cum hujusmodi philosophis. Depinxerat enim hoc Dialogo philosophorum mores pravos, utpote qui in conviviis saepe, postquam mero incaluerant, pro sua quisque secta inter se verbis primo contenderent, mox ad manus et vulnera quoque pervenerint, adeo ut saucii ac mutilati nonnulli e conviviis ablati fuerint.* Haec ille: *πράγματα* vero lites esse, ita in vulgus notum, ut nesciam, numquid opus sit exempla addere. Vid. modo *Aristophan.* Plut. sub init. *ἀλλά σοι παρέξω πράγ-*

ματα. *Menandri* fragm. 31. in Peregrinos: Ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς. REITZ.

IN DE SYRIA DEA.

Pag. 81. *l.* 2. Ἔστιν ἐν Συρίῃ] *Lucianus* hic de Dea Syria varias recenset opiniones, seu illa Atergatis, seu Astarte, seu quaecunque alia illa fuerit, quae in Hierapoli urbe colebatur: addit et sacra et eorum ritus, quae ridenda potius, quam referenda erant. *Cic.* L. III. de Natur. Deor. COGN. Utrumque fit per hunc libellum: *refert* auctor, tecte *ridens*, nec vero sacra tantum ista eorumque cultores, sed etiam narrantium talia, velut Herodoti, cujus quasi personam egregie indutam imitatur, simplicem credulitatem. *Lucianum* autem auctorem esse, longe facilius credo *Wielandio* Vers. Tom. V. p. 289. et *Fritzschio* Quaestst. p. 209., quam non credo cum *Gesnero* in Epist. ad *Frid. Reitzium* huj. Ed. Tom. I. p. CLVI., *Belino, Schmiedero, Schäfero* in compluribus ad *Gregor.* Corinth. locis aliisque viris eruditis. *Gesnerumne* libros de Astrologia et de Dea Syria ejusdem farinae habere potuisse? Adeo ille non perspexit leonem (aut, si malis, vulpeculam) sub asinina pelle latentem. Vide modo callidissimum auctoris de Adonidis fluminis colore judicium cap. 8. extr., narrationem, cui ipse testimonio suo fidem facit, de parvo terrae hiatu c. 13., et complures alios locos, ubi Criticae suae historicae veracitatem scriptor argumentis interpositis probat, anus instar, gravi vultu et ore facundo puerulis inhiantibus prodigiosa ac vix credibilia, et tamen credenda, quoniam vel ipsa viderit vel sic tradita acceperit, referentis. LEHM.

ead. l. 3. Ἱρὴ] Quae apud *Xiph.* Ἱεράπολις τῆς Ἀσίας audit, 252. C. Olim Bambyce a Seleuco Hierapolis nuncupata. *Aelian.* de anim. XII, 2. Quod et Noster mox innuit. SOLAN. Vid. *Mannert.* Geogr. T. VI. Part. I. p. 510. sq. LEHM.

ead. l. 4. Δσχέειν] Saepissime hac in voce erratur.

Hic in omnibus erat *δοκέει*, etiam in M. Cod. V. et cap. 38. etc. rectius c. 10. *Herodoto* autem frequens hoc *ἐμοὶ δοκέειν*. Solan. *Δοκέει ἐγένετο* vix quidem sensum habet. Aliud enim est infra cap. 8. f. ubi bene habet *ἐμοὶ μὲν δοκέει χάρτα θείη*· male *δοκέει* rursus c. 29. Sed cap. 10. vicissim vulgatum *ἐμοὶ δοκέειν* male habet, ubi *δοκέει* W. recte. Illud autem absolutum *μοὶ δοκέειν*, pro *ὡς μοι δοκεῖ*, non solum *Herodoto*, sed et Nostro aliisque familiare, ut supra indicatum de Luct. §. 5. Adde Philops. c. 25. ubi obiter notamus, interdum eodem redire, *δοκεῖ* an *δοκεῖν* dicas, et *Herodot.* VI. pag. 390. E. *ὁ δὲ οὐδ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδὲν, δοκέειν ἐμοί.* Reitz. Accurate de his agit *Fritzsch.* Quaestst. p. 25. sq., quo praecipiente h. l. restitui communem librorum lectionem. Lehm.

ibid. Οὔνομα] Sic scribi jubet Dialect. huj. opusculi, quod hic in impr. omnibus neglectum, alibi recte scribitur. Solan. *Τὸ ὄνομα*] Immo *τὸ οὔνομα* Ionice, sine apostropho, quamvis Edd. *Hippocr.* et *Herod.* variant in his, ut vid. ad c. 2. Reitz.

ead. l. 5. *Πόλει*] Lege *πόλι*, et vid. notam ad c. ult. hujus Dial. Reitz. In his ad dialectum pertinentibus profiteor omnino per totum hunc libellum libros me, quotquot penes me sunt, unice esse secutum, primum, ubi fieri potuit, manuscriptos, deinde vero editos, nunquam temere inanem corrigendi pruritum, qui in Ionissante Luciano probatus admodum ridiculus apparet. Lehm.

ead. l. 6. *Γιγνομένων*] Lege Ionice *γινομένων*. Ita enim *Herodot.* ubique, singulis fere paginis. Item *Hippocr.* vid. modo L. IV. de morb. pr. ubi quinquies una pag. Sed in *Aret. γίγνεται* ubique editum; at in aphorismis *Hippocr.* promiscue. Cumque mox hic bis cap. 7. *γίγνεται* habeant omnes, et fere semper deinde, in re tam parvi momenti nihil muto. Reitz.

Pag. 82. *l.* 1. *Ἔρχομαι ἐρέων*] *Herodoto* frequens. Sic *ἔρχομαι φρύσων* II, 105. C. *ἔρχομαι λέξων* ibid. D. *Ἔρχομαι ἐρέων* I. pag. 3. B. Solan.

ibid. Ἐρέω] Ita amat idem efferre futura secunda, ut σημανέω *indicabo* II, 103. E. οὐνομανέω 272 A. ὑπομενέουσι *permanebunt* IV. init. Adde mox ἱστορέω, et similia. Reitz.

ead. l. 4. Εἰσαμένων] Εἰσαμένων ab ἕζομαι *statuo, instituo.* Guyet. Debebat sane εἱσαμένων scribi, quia εἵσασθαι verbum illud est, quod proprie conditoribus templorum tribuitur. vid. *Plutarch.* Themist. c. 22. et ipsum *Herodot.* I, 66. Sed quum vel decies per hunc libellum constanter in omnibus libris εἵσασθαι scriptum reperiatur, non ἕσασθαι, et quum cap. 14. etiam ἕδος (pro ἕδος) εἵσασθαι conjunctum sit: satius videbatur intactam relinquere tum communem, tum adeo frequentatam, scripturam. Lehm.

ead. l. 5. Ἀσσύριος ἐών] *Syrium* vertas necesse, ut et cap. 17. Solan.

ead. l. 6. Μαθών] Ἐμαθον legendum videtur. Guyet. Certe melius sic procedit oratio. Quapropter praetuli hanc Codicis Paris. lectionem, praeeunte *Schmiedero.* Lehm.

ead. l. 7. Ὁκόσα ἐόντα ἐμεῦ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέω] Uter hic interpretum laudandus, *Benedictus* interpretans, *Quaecunque antiquiora me sunt, ab iis narrationem incipio*, an *Micyllus*, quem postremus fere expressit, *Quaecunque igitur antiquiora me sunt, ab iis narrationem incipiam?* Sic uterque particularem ex his facit periodum, sic uterque ἱστορέω putat verti posse *incipio narrationem.* Quae sunt utraque ab vero alienissima. Distingue, τὰ μὲν αὐτοψίῃ μαθών, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἱρέων ἐδάην, ὁκόσα ἐόντα ἐμεῦ πρεσβύτερα ἐγὼ ἱστορέω, ac verte: *et ex iis refero, alia quidem cognoscens, quae ipse vidi; alia ab sacerdotibus edoctus sum*, ea nempe, *quae meis annis antiquiora commemoro.* Gron.

ibid. Πρῶτοι μὲν ὧν ἀνθρώπων — Αἰγύπτιοι etc.] Concinit *Diod. Sic.* I. cap. 11. pr. ubi et hoc *Luciani*, et *Ammian.* XXII, 16. adfert *P. Wesseling.* Reitz.

ead. l. 8. Ἡμεῖς] Quidni ἥμεες Ionice? Verum utrumque est in *Herod.* Ἡμεῖς VI, 387. E. Ἥμεες II, 102.

D. Ita et ὑμεῖς IX, 588. B. ὑμέας VI, 384. C. Et creberrime uprovis more. Reitz.

ead. l. 10. *Ἀποδέξαι*] Cum varietates marg. *A.* 1. *W.* hic et Dial. seqq. fere omnes ex *Fl.* sint desumtae, quas jam ex eadem excerpseram, easdem non bis addam. Sed *ἀποδέξαι* praetuli prae *ἀποδεῖξαι*, quia vere Ionicum. *Herodot.* pr. L. I. *ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε.* Ibid. pag. 7. D. Ed. *Steph.* *ἀπεδέξατο δ' ἔργα·* quamquam et *προςδείξαντα* editum in eodem IV. p. 258. B. Conf. infra c. 19. Reitz.

ibid. *Οὐνόματα ἱρά*] Prioris vocis scriptura ex W. est. In impress. *ὀνόματα* legitur. Solan. *Ὀνόματα*] *Οὐνόματα Solan.* in contextum receperat. Non male. Nam hoc proprium Ionibus. *Maitt.* de Dial. p. 365. C. Ex *Plutarch.* de Dial. Homeri. *Ἰώνων ἴδιον — τὸ λέγειν οὔνομα καὶ νοῦσον τὸ ὄνομα καὶ τὴν νόσον* etc. Noster infra c. 14. *μητρὶ — οὔνομα·* c. 19. *οὔνομα, ἦν Καμβάβρος. Herodot.* I. p. 1. C. et 2. A. etc. Sed quia et modo *τὸ ὄνομα* omnes, et Ionismo nihil repugnat *ὄνομα*, non statim id immuto. Apud *Hippocr.* ter quater una pag. *ὄνομα.* E. c. S. I. de Art. p. 3. *τὰ ὀνόματα αὐτῆς — ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὰ εἴδεα — τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα φύσιος νομοτεθήματά ἐστι* etc. nisi haec omnia ex negligentia nata dicas. Sed quia hic studiose adfectat Ionicam dialect. et *Herodot.* imitari studet, id ubique praeferendum, quod a communi Attica plurimum abit. *Οὔνομα* et *τοὔνομα* autem *Herod.* ubique, ut pag. 256. A. 271. A. et B. ter, 330. C. 338. C. 587. B. ac millies alibi: licet pag. 271. *τοῦ ὀνόματος* quoque editum. Reitz.

ead. l. 10. *Λόγον Ἀσσύριοι*] *Λόγων* legend. videtur. Guyet.

eadl. l. 12. *Τὸ δὲ παλαιὸν*] Observandum hoc inprimis est, antiquissimos religionis auctores nulla in templis suis simulacra habuisse. Adde *Diogen. Laërt.* in Procem. 2. D. Solan.

Pag. 83. *l.* 3. *Ὀπωπα*] In marg. *Bas.* descriptum:

Hoc itaque non minus Ionum est, quam Atticorum. Conf. c. 29. ubi rursus bis occurrit. REITZ.

ead. l. 7. *Ἀστάρτης*] Leg. *Scaliger* ad *Varron.* IV. Ling. Latin. *Achill. Tat.* l. I. *Tertullian.* Apolog. cap. 24. *unicuique etiam provinciae et civitati suus Deus est, ut Syriae Astartes. Xiphilin.* Quidam Junonem esse contendunt, alii Venerem. BOURD. V. Cas. ad *Athen.* VIII, 8. pag. 602. *Cogn.* 737. SOLAN.

ead. l. 13. *Ἐς*] Minime auscultandum lectioni *Fl. ἐς* enim *Herodot.* et *Hippocr.* singulis paginis. REITZ.

Pag. 84. *l.* 5. *Ἄδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς*] Vid. *Bionis* ea de re Idyllium. SOLAN.

ead. l. 7. *Τύπτονται*] Mos Aegyptiorum. Vid. *Herodot.* LA CROZE. Vid. ejus Euterp. s. L. II. p. 127. Ed. *Steph.* REITZ.

ead. l. 16. *Παραχέαται*] Alias *παραχέεται* in singulari. Ut *διαχέεται* et *προσχέεται* ibid. 134. D. et *κέεται Herod.* II, 170. f. Et hic. c. 7. *ἀπικνέεται* bis recte, item cap. 10. etc. et cap. 29. *ἐπικέεται.* Sed quia collectivum *ἀγορὴ* recte verbum plurale adsciscit, posset haberi pro plurali, de qua terminatione deinde; at cum et mox c. 8. *οὔνομα ἐπικέαται*, et cap. 27. *ἀναχέαται αἰτίη*, et cap. 34. *κέαται θρόνος*, et alibi, quae deinde videbis, nil mutandum. REITZ. Per se quidem *κέαται* pro *κεῖται* in singulari numero dictum nec legibus, nec exemplis, veteris Ionismi probari potest. Nihilominus religioni ducebam hanc erraticam seu malis spuriam serioris Ionismi progeniem emendare velle. Cautius in hanc ipsam sententiam judicat *Buttmann.* Gr. maj. Tom. I. p. 566. quam *Struvius* qui in Gramm. Gr. p. 256. hoc *κέαται* per totum hunc libellum, ubi pro *κεῖται* dictum sit, in *κέεται* mutandum censet. LEHM.

ead. l. 17. *Γίγνεται*] Magis *Herodoteum* esset *γίνεται.* Sic *γινώσκειν*, non *γιγνώσκειν*, ap. Hippocr. I. de morb. p. 5. fin. intra duodecim versus legas octies. REITZ.

Pag. 85. *l.* 2. *Κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος*] Id ipsum quoque docet *Cyrillus* lib. II. Tom. II. in Esaiam, et *Pro-*

copius in eundem Prophetam ad cap. 18. quippe cujus rei meminit Propheta in initio dicti capitis, qui quod Lucianus vocat caput papyraceum, ajunt ollam fuisse papyraceam, cui Alexandrini injecerint epistolam scriptam ad mulieres Byblinas, qua significetur, inventum esse Adonidem. Deinde obsignatam eam immisisse in mare, quibusdam sacris ritibus adhibitis, et affirmare illos, qui mittant, istam ollam sponte deferri per mare Byblum, et finem luctus indicere mulieribus Bybliis. Has vero esse mulieres, quas dicat *Ezechiel.* VIII, 15. lugere *Thamuz*, qui sit Adonis, uti observavit eruditissimus *Seldenus* de Diis Syris lib. II. cap. undecimo. Vid. et *Bocharti* Phaleg. IV, 2. Tom. I. Graev. Byblos autem Syriae, non Aegypti urbs est; ne erres. Solan.

ead. l. 4. Ἑπτὰ ἡμερέων] Subaudi διά. Guyet.

ead. l. 10. Οὔρεος] Cur οὔρεος non aeque Ionicum esset, atque ἔτεος, πάθεός, modo praemissa, et πελάγεος, quod sequitur? Immo magis Ionicum, quam per ω in fin. Reitz.

ead. l. 13. Θάλασσαν] Et hoc *Herodot.* atque *Hippocrat.* praeferunt, non θάλατταν. Et ita in ceteris, ubi Attici vel ττ usurpant, vel promiscue scribunt, hi semper σσ, in ταράσσω, ἀπαλλάσσω, Θεσσαλῶν, τάσσεσθαι, κρέσσον, ἐλάσσων, πράσσειν, περισσὸν, ἀποφράσσειν etc. Reitz.

ead. l. 15. Τῇσι ἡμέρῃσι] In vet. Ed. *Hippocrat.* jota in his non subscribitur. In *Herodoti* Ed. *Steph.* vero subjicitur, ut p. 22. τῇσι λόγχῃσι etc. Reitz.

ead. l. 16. Ἀλλάσσει] Sic decebat; vid. paullo ante θάλασσα. Reitz.

Pag. 86. *l.* 3. Ξεῖνε] Bene, non ξένε. Conf. c. 12. et *Herodot.* IX. 588. C. bis, ac saepe. Reitz.

ead. l. 5. Ἐκείνῃσι τῆς ἡμέρῃσι] Scribe τῇσι, ut recte observatum initio hujus paginae, ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι. Libellus hic Ionica scriptus est dialecto. Jens. Τῇσι W. solus; in impress. enim τῆς. Solan.

ead. l. 11. Ὁδὸν] Si adfectatio Ionismi ἀκριβῶς sectanda, οὐδὸν scribendum cum *Herodot.* II, 103. A. quam-

quam et ὁδῷ ibid. paullo ante legimus, et ὁδὸν ob praemissum οὐ euphoniae caussa hic melius; atque in talibus variatur tam crebro, ut suspicio sit, utrumque usitatum fuisse; (ubi tamen aliquid centies aliter exaratum invenio, ac bis, ter ab eo recessum, ibi scribarum vel editorum negligentia forsan in culpa est, veluti plus centies ἰρὸν in *Herod.* bis, ter tamen ἱερόν.) Ita fere aeque frequenter ὀρέων et οὐρέων. apud *Herod.* Prius vid. II. 102. D. et 103. B. ac C. bis. Alterum II. 103. D. bis. Item 104. A. et IV. sub init. ne plura. Misera enim haec est diligentia in his, quae inanis tantum sunt sonus, ad intellectum nihil faciunt. Reitz.

ead. l. 12. Ἱρὸν Ἀφροδίτης] Libanitidis puto, s. Aphacitidos, de qua ad libellum Adv. Indoct. cap. 3. Add. *Selden.* de Dis Syr. II, 4. pr. Aphaca inter Byblum et Heliopolin sita, satis constat. Hoc etiam cum hujus auctoris itinere pulchre convenit, qui Byblo venit in Libanum ad hoc templum, hinc Heliopolin. Gesn.

ibid. Κινύρης] Quis ille Cinyras? Myrrhaene pater, rex Cyprius. Vid. Rhet. Praec. c. 11. Solan. Cyprius sane est ille, pater Adonidis e filia Myrrha. Narrat fabulam *Ovid.* Met. X, 298. sq. Assyrium autem Cinyram faciunt etiam *Hygin.*, fab. 58. et 242. et *Apollodor.* Bibl. L. III. Lehm.

ead. l. 15. Δοκέει] Ita recte W. In rel. δοκέειν. Solan. Ἐμοὶ δοκέει] Cf. supra ad c. 1. Et si quid probatione indiget, vid. *Herodot.* IV. sub init. μοὶ δοκέει τόξα μετεῖναι. Reitz.

ead. l. 3. Μεῖζον] Immo μέζον cum *Herod.* II. 105. A. et crebro alibi, ut indicabit *Maitt.* de Dial. pag. 113. Et *Noster.* ipse cap. 12. et 19. f. Reitz.

Pag. 87. *l.* 2. Ἱδρώει γὰρ] De his imaginum sudoribus *Joseph. Scaliger* ad *Tibull.* lib. II. et *Dan. Heins.* ad *Sil. Ital.* Bourd. Alias inter prodigia ingentis calamitatis habitum fuisse, si Deorum simulacra sudarent, vid. pluribus indicatum ab *J. Elsn.* ad Evang. *Luc.* XXII, 44. quod tamen caussis naturalibus vel tribuat *Cic.* de Divin. II.

c. 27. Adde, et fraudibus sacerdotum; veluti statuas beatae Virginis lacrimantes efficere norunt Pontificii. Reitz.

ead. l. 5. *Ναὶ μὴν καὶ ὄλβου πέρι, ἐν τοῖσι ἐγὼ οἶδα, πρῶτόν ἐστι*] Non acu rem tetigit interpres, qui habet, *quin etiam in iis, quae novi, praecipue sunt opes.* Cum sensus sit: *quin immo, quod ad divitias attinet, inter ea, quae ego novi, primum* vel *praecipuum est* (hoc templum.) Vitring.

ead. l. 9. *Φέρουσι*] *Φορέουσι* suspicor; verum nihil muto, quia *φέρουσι* deinde frequenter omnes, etsi et *φορέουσι* eadem hac historia in verbis composit. *Φέρειν* et *φέρουσι Hippocr.* etiam in aphor. frequenter; nimirum pro *perferre, pati.* At *φορέειν* pro *adferre, portare,* unde *φορεὺς bajulus*; usitatius Ionibus. Neque tamen perpetuum hoc est: et sane in *Herodoto φέρουσι* tam frequenter invenio, portandi notione, ut nihil certi statuere liceat. Vid. eum IV. 331. E. VI. 382. B. IX. 585. B. et 587. C. etc. Confer. infra cap. 13. 15. 16. 31. et 27. etc. Reitz.

ead. l. 11. *Ἀποκέκριται*] Sic impress. omnes, et M. ipse. Solan.

ibid. Ἑορταὶ] Forsan *ὁρταὶ*, ut deinde cap. 49. et *Herodot.* IV. 256. E. Reitz.

ead. l. 13. *Ἀποδεδέχαται*] Pro *ἀποδεδεγμέναι εἰσὶ*, i. e. admissae, receptae. An ab *ἀποδείκομαι*, seu *ἀποδείκνυμαι; designatae, constitutae.* Guyet. Est ab *ἀποδέχομαι*, s. *ἀποδέκομαι.* Conf. infra cap. 42. Reitz. Prudentius contulisset *Reitzius* nosier supra cap. 2. *παννηγύριας ἀποδέξαι*, ut intelligeret, tum h. l., tum infra cap. 42. *ἀποδεδέχαται* ab *ἀποδείκνυμι* esse repetendum. Versfonem tamen *Gesneri,* quia ferri potest, non mutavi. ad hanc rationem. Lehm.

ead. l. 17. *Λέκομαι*] Bene. Sic et *δέκεσθαι Herod.* VI. 382. C. *δεκώμεθα* IX. 586. E. praeter illa, quae *Maitt.* habet, de Diall. p. 98. Sed in *Hippocr.* adspiratio servata. Nam *ἐπιδέχεται* I. Aph. 5. *ἐνδέχεται* I. Aph. 7. *προσδέχεσθαι* III. Aph. 5. ib. C. et 7. etc. Reitz.

Pag. 88. *l.* 1. *Δευκαλίωνα τὸν Σκύθεα*] Scytham cur faciat, nescio, cum Thessalum alii tradant: sunt et qui ex Aegypto oriundum statuant. Vid. *Marm. Ox.* 106. Solan. Cf. Varr. Lectt. et quae *Wielandius* de duplici Deucalione, tum Scythico nostro, tum Graeco, disputat in nott. ad vers. vernac. Tom. V. p. 299. et 301. Lehm.

ibid. Σκύθεα] Pro *Σκύθην*. Guyet. Sed bene: nam et sic deinde cap. 15. f. *Ἄττεα* pro *Ἄττην*· cap. 25. a. m. *δεσπότεα* pro *δεσπότην*, quod et *Herodoto* sic scribi, veluti et *Καμβύσεα*, vide apud *Maitt.* de Dial. p. 106. qui et *Ἀριστογόρεα* et *Ἀριστογόρην* in *Aretaeo* reperiri notat. Ita et alios nomina propria eadem diversae declinationis facere, ut *Ἀριστεὺς* et *Ἀριστέας*, *Βορεὺς* et *Βορέας* etc. vide indicatum in nota *Hemsterh.* ad Dial. Mort. XI. c. 1. Reitz.

ead. l. 6. *Ἐκείνη μὲν ἡ γενεὴ*] *Τῶν πρώτων ἀνθρώπων* scil. Guyet.

ead. l. 12. *Πολλὸν*] Satis jam audivi *πολλοὶ* et *πολλόν*. An ergo et in hoc verbo nunquam ionizabit? *Πολλὰ* enim et *πουλοὶ* aliquando dicendum fuerat. Ita *πουλὸν Hippocr.* I. de morb. p. 10. v. 15. *Πουλλὰ* ibid. initio libri bis, et p. 7. f. *πουλλοὶ* p. seq. *Πουλοὶ* uno *λ* pag. 5. *Ἐπιτοπουλὺ* III. Aph. 7. Verum et *πολλῶν* I. de morb. sub init. *Πολλοὶ* p. 5. *πολλὴν* p. 9. 43. et *πολλὸν* quoque pag. 10. Idque *Herodoto* frequentius; quare vulgatae controversiam non moveo: miror tamen, cur alterum non tangat. Reitz.

ead. l. 14. *Ἔστε ὃ πάντα — ὤλοντο*] Antea legebatur *ἐστ' ὃ — ὄλοντο* et ultimam quidem vocem M. recte, uti emendaveramus, habet; primam corrupte cum reliquis. Vid. finem huius ipsius capitis. Solan.

Pag. 89. *l.* 3. *Δάρνακα*] Vid. etiam De Salt. c. 39. Solan.

ead. l. 4. *Ἔχε*] Ita *Homerus* fere perpetuo; sed poëtice. At cum et Iones quoque augmenta saepe negligant, nihil quidem muto; licet suspicer *ἔσχε* forsan scribendum. *Herod.* IV, 269. C. *τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά*. At

quia εἶχε ex bonis libris est, nec *Herodotus* respuit, si fides editionibus, ut VII. pag. altera ab initio D. et pag. 437. iterum εἴχετο etc. neque illud improbum. At conf. c. 17. f. ubi iterum ἔχετο, item ἄρξατο, et cap. 24. ubi et ἔχε vulgo; in W. et *Fl.* tamen rursus εἶχεν. At cap. 17. rursus ἔχε, et sic ter, quater, deinde. Quis igitur haec incerta certa reddet? Plura de augmento neglecto ad c. 17. adjiciemus. REITZ.

ead. l. 13. Χάσμα μέγα ἐγένετο] Similis narratio de tali voragine in templo Jovis Olympii Athenis, ut vulgo credebatur, a Deucalione exstructo, in quam omnem diluvii aquam defluxisse narrabant, et in quam quotannis placentam e melle et farina projectam fuisse, est apud *Pausaniam* in Atticis, et ex illo *Octavius Falconerius*, vir, natalibus, doctrina et dignitate conspicuus, mihique, cum in vivis esset, peramicus, in nummi Apamensis explicatione, ubi plura de hoc diluvio habet, idque Noachicum fuisse ostendit, cui adstipulor, etsi de explicatione illius nummi aliter sentiam, de quo alias plura. GRAEV. Adde *Xiph.* 252. C. SOLAN.

Pag. 90. *l.* 6. Φορέουσι] Hic et permultis in locis hoc in opusculo prave antea legebatur φέρουσι. Vid. cap. 15. 16. et 31. SOLAN. Φέρουσι] Reciperem φορέουσι, nisi nimis frequens esset φέρουσι, tum hac dissertatione, tum apud alios, ut indicatum ad c. 10. REITZ.

ead. l. 14. Αὐτοῖσι] Sic W. recte. In impress. αὐτοῖς. SOLAN.

Pag. 91. *l.* 1. Τῆς Δερκετοῦς] Leg. *Scal.* ad *Varr.* locum cit. BOURD. Vid. *Spanh.* 253. qui similem ex nummis formam exhibet. SOLAN.

ibid. Δερκετοῦς δὲ εἶδος etc.] Vid. *P. Wesseling.* ad *Diod. Sic.* II. c. 4. N°. 33. REITZ.

ead. l. 2. Ξένον] Malim ξεῖνον. Vid. cap. 8. et 12. ubi recte. Item c. 27. ξείνη γυνή. REITZ.

ibid. Ἡμισέη μὲν γυνὴ] Haec culta fuit in urbe Phoenices Joppe, alia ab Dea Syria, quae numen fuit Hierapolitanorum, mulieris formam prae se ferens, nihil piscis

habens. Vide magnum *Salmas.* in *Plinianis* Exercitationibus. GRAEV. *Salm. Plin.* Exerc. 405. a. A. Joppe. Vid. *Ovid.* Met. IV, 44. De Atergati vid. *Strab.* XVI. SOLAN. *eod. l.* 5. *Ἰχθύας χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι*] Et hac de caussa piscator Heliodorus cum frustra multoties rete jecisset, huic Deae suspendit lib. VI. *Anth.* *Δαίμονι τῇ Συρίῃ μάτην τρίβεν Ἡλιόδωρος Δίκτυον, ἐν νηῷ τοῦ δ' ἔθετο πορθύροις.* BOURD. Vid. *Xen. Steph.* 150. 36. et *Aelian.* de anim. XII, 2. et 30. *Porphyr.* de abstin. IV, 15. ubi insigne in eam rem *Menandri* fragmentum adducit, quod hic legere operae pretium est:

παράδειγμα τοὺς Σύρους λάβε.
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι διὰ τινὰ
Αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
Οἰδοῦσιν· ἔπειτα σακκίον ἔλαβον, εἶς θ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Add. *Plut.* de superst. T. II. pag. 170. *Τὴν δὲ Συρίαν θεὸν οἱ δεισιδαίμονες νομίζουσιν, ἂν μαινίδα τις ἢ ἀφύας φάγῃ, τὰ ἀντικνήμια διεσθίειν, ἕλκεσι τὸ σῶμα πιμπλᾶναι, συντήκειν τὸ ἦπαρ.* SOLAN. *Ἰχθύας χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὔκοτε ἰχθύων ψαύουσι.* *Artemid.* On. I. 9. *ἰχθύας πάντες ἐσθίουσι πλὴν Σύρων τινῶν τῶν τὴν Ἀστάρτην σεβομένων.* Quod mox de Aegyptiis dicit, apud eos esse nonnullos, *οἳ ἰχθύας οὐ σιτέονται*, id *Herodotus* de sacerdotibus Aegyptiis tradidit L. II. c. 37. *ἰχθύων δὲ οὐ σφι ἔξεστι πάσασθαι.* *Plutarch.* Sympos. quaest. L. VIII. Quaest. 8. de iisdem loquens, *ἰχθύων δὲ*, inquit, *καὶ τοὺς ἱερεῖς ἴσμεν ἔτι νῦν ἀπεχομένους.* Addit hic *Lucianus*, sacerdotes illos hoc non facere in gratiam Dercetûs, *καὶ τάδε οὐ Δερκετοῖ χαρίζονται.* Caussam vero, ob quam a piscibus abstineant illi sacerdotes, docet *Plutarch.* loco dicto, esse, *τὸ πρὸς τὴν θάλατταν ἔχθος, ὡς ἀσύμφυλον ὑμῖν καὶ ἀλλότριον, μᾶλλον δὲ ὅλως πολέμιον τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου στοιχεῖον* etc. *Idem* de Isid. et Osir. p. 363. *Διὸ τήν τε*

θάλασσαν οἱ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται, καὶ τὸν ἅλα τυφῶνος ἀφρὸν καλοῦσι καὶ τῶν ἀπαγορευομένων ἔνεστιν αὐτοῖς ἐπὶ τραπέζης ἅλα μὴ προστίθεσθαι. καὶ κυβερνήτας οὐ προσαγορεύουσιν, ὅτι χρῶνται θαλάττῃ, καὶ τὸν βίον ἀπὸ τῆς θαλάττης ἔχουσιν. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὸν ἰχθῦν ἀπὸ ταύτης προβάλλονται τῆς αἰτίας, καὶ τὸ μισεῖν ἰχθύι γράφουσιν. L. Bos. Adde *Wessel.* ad *Diod. Sic.* L. II. cap. 4. docentem, alios caussam superstitionis aliunde derivare, ut *Hygin.* II. Poët. Astr. 30. Cum *Luciano* vero consentire *Menandr.* in *Porphyr.* IV. A. A. 15. *Athen.* VIII, 8. etc. Reitz.

ead. l. 6. *Οὔκοτε ἰχθύων ψαύουσι*] Illustravit ex hoc etiam loco *Casaubonus* in *Athen.* VIII, 5. illos Timoclis in Hyperidem oratorem, eundemque piscium ligurritorem versiculos: *Τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῖν πλουτιεῖ Ὀψοφάγος γάρ· ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.* Ultimorum verborum hanc simplicissimam puto sententiam, Lari, insidiatrices piscium aves, si cum Hyperide comparentur, Syri sunt, adeo ille multo eos appetit avidius. Ita neque illa nimis monstrosa hyperbole opus est, quasi piscibus ita exhausturus sit mare Hyperides, ut lari cogantur esse Syri, h. e. abstinere a piscibus: nec ut Laros dicamus hic intelligi luxuriosos alios. Gesn.

ead. l. 10. *Τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὴν ἀπίκετο*] De eadem Semiramide hoc narrat *Diod. Sic.* II. c. 20. Sed originem fabulae indicans his verbis: *ταχέως ἠφάνισεν ἑαυτήν· ἔνιοι δὲ μυθολογοῦντες φασὶν αὐτὴν γενέσθαι περιστερὰν, καὶ πολλῶν ὀρνέων εἰς τὴν οἰκίαν καταπετασθέντων, μετ' ἐκείνων καταπετασθῆναι.* Ubi adi *Wesseling.* Reitz.

ead. l. 12. *Δέξομαι*] Sic W. et *Fl.* recte. In *Par.* *δέχομαι*, in reliquis *δέχομαι*. Reitz.

ead. l. 13. *Παρ' Αἰγυπτίων*] Forsan *Αἰγυπτίοις.* Guyet. *Παρ' Αἰγυπτίοισιν ἔνιοί εἰσι οἱ*] Prave antea in omnibus impressis legebatur hic *παρ' Αἰγυπτίων* etc. In M. et *Fl.* melius *παρ' Αἰγυπτίων ἐνίοισιν* sine *οἱ*. Sed sic satius visum locum refingere, ex utrisque aliquid decerpendo;

quo facto nitet jam sententia. Absurda enim et σολοικίζουσα scriptura impressorum, si a *Fl.* abeas: et ipsa *Fl.* non satis commoda. Quod facile sentient, qui Graece sciunt, et elegantiarum istarum non sunt expertes. SOLAN.

ead. l. 17. *Ἄττης δὲ γένος Λυδὸς*] Vulgatius *Ἄττις* dicitur *Luciano* quoque in aliis locis. *Hesychius* notat, *Ἄττις* a Lacedaemoniis vocari *Ἄττης, τὸν Ἄττην φασὶ Λάκωνες.* *Pausaniae* in Achaicis etiam *Ἄττης* dicitur. GRAEV. Vid. *Hesych.* quem hic emendandum censeo. SOLAN. *Ἄττις* quidem infra Deor. Conc. c. 9. Sed *Ἄττης* rectius scribi videri, probavi ad Diall. Deor. XII, 1. Tom. II. p. 321. cf. Icarom. c. 27. LEHM.

Pag. 92. *l.* 9. *Σημήϊα δὲ ἡ θεὸς τὰ πολλὰ ἐς Ῥέην ἀπικέεται*] A Belgicismo non abludens locutio, *pervenit ad illam*, pro similis est. Sed ut Latini *prope accedit*, pro fere simile est, ita et Graeci verbo *ἥκω* utuntur. *Liban.* Epist. XVI. *ἐγγὺς ἥκει.* *Aristid.* in Panath. (referente fratre *G. O. Reitzio*, in Belg. Graec. p. 482.) *ἄνδρας κρατίστους καὶ τῆς γιγνομένης ἀρετῆς ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντας ἤνεγκεν.* Cumque frequentissimum sit *ἀπιδεῖν ἐς τινὰ*, et *ἀπελθεῖν εἰς*, ut etiam c. seq. *ἐς Συρίην ἀπίκετο*, non movi vulgatum *ἀπικέεται*, etsi hic forte *ἐπικέεται* melius. REITZ. Si id quod dubium esse vix potest, recte cum *Fritzschio* post *σημεῖα δέ*, interpunximus, *ἀπικέεται* saltem, quod nihili est, legi nullo modo potest: debebat haud dubie scribi *ἀπικνέεται*, ut legitima esset forma, ut bis cap. 7. habuimus. Jam *ἐπικέεται*, pro *ἐπίκειται* dictum, ut infra et c. 29., suam quidem habet auctoritatem; et propterea hoc praetuli. Verum quum verbi *ἐπικεῖσθαι* vis propria non satis cum hujus loci sententia conveniat, mallem, invenissem alicubi *ἐπικνέεται*, quam ego lectionem pro unice vera haberem. LEHM.

ead. l. 10. *Φορέουσι*] Hic iterum peccant omnes impressi, et ipse M. *φέρουσι* legentes. SOLAN. Confer supra ad cap. 13. REITZ.

ead. l. 14. *Ἄττεα*] Pro *Ἄττην*. Conf. supra c. 12. *Σκύθεα* pro *Σκύθην*, ibique notata. REITZ.

Pag. 93. *l.* 2. *Ἥρην*] Marmor Oxoniense primum *Veneris Stratonices* meminit; vid. etiam not. p. 23. et *Plut.* Crass. 1011. *ἦν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ σπέρματα* etc. Vid. etiam *Tacit.* III, 63. SOLAN.

ead. l. 4. *Κείνην*] Pro *ἐκείνην*, recte, ut rursus infra §. 60. Ita *κείνους Herodot.* VI, 385. B. *Κείνων* IX. p. 584. E. ac non semel alibi. Cur igitur supra ter quater apud *Nostrum ἐκεῖνος* reliquimus? quia et hoc frequentatur *Herodoto*; nam *ἐκείνου* L. II. sub init. *ἐκεῖνοι*, etiam praecedente vocali, II. 102. C. *ἐκεῖνον* IV. 256. C. *ἐκεῖνοι* rursus IX. p. 588. REITZ.

ibid. Ἐπ' Αἰθιοπίην] *Ald. Bas. Hag. ἀπ' Αἰθιοπίην*, quo loco uti possint forte recentiores Graeci ad suam circa praepositiones *μιξοβαρβαρίαν* defendendam, ut usus est illo *ἀπὸ τὸν Ταΰγετον* Dial. Deor. XIV, 2. non Scholiastes modo, sed etiam *Alex. Helladius*, tum in sua Grammatica p. 438. tum Stat. praes. Eccl. Gr. p. 95. quibus quantum tribuendum sit, hic non disputo: sed, si quid in ista lectione veteri peccatum sit, non in praepositione peccatum, sed in casu arbitror, legendumque *ἀπ' Αἰθιοπίης*· nam in reditu suo hic fuisse Bacchum, ea probant, quae sequuntur, illud praesertim *τὰ Διόνυσος ἐξ Αἰθιόπων ἤνεικε*. GESN. Ad hanc textus mutationem reddiderat *Gesnerus: ea via, qua rediit ab Aethiopia.* Nec aliter *Wieland.* Sed mihi potius in praepositione, quam in casu nominis, peccatum inesse videbatur, et *ἡ ἐπ' Αἰθιοπίαν ὁδὸς* significare omnino viam, qua Bacchus e Graecia in Aethiopiam (orientalem illam, ut monet *Wiel.*, non meridionalem) profectus et inde in Graeciam reversus sit; ergo *iter Bacchi Aethiopicum.* In reditu illud a Baccho factum, patet e sequentibus. LEHM.

ead. l. 6. *Καὶ ἐλεφάντων κέρατα*] *Et elephantum cornua.* Vulgo *elephantum dentes* dicuntur, nimirum ebur. Id vero cornu esse, non dentem, contendit *Pausanias* in

Eliacorum primo, et *Aelian.* IV. Hist. anim. 31. et XIV, 5. Sic et in sacris literis *Apoc.* XVIII, 12. cornu tribuitur elephanti, et *Martialis* lib. I. Ep. 19. de elephante taurum interficiente:

Qui modo per totam, flammis stimulatus, arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas:
Occubuit tandem cornu potiore petitus,
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

Sic istud epigramma legendum. Vulgo sine sensu legitur, *cornuto ardore petitus.* Mss. *cornuto dore:* hinc facile videre licet scribendum esse *cornu potiore*, hoc est, fortiore, meliore cornu sc. elephantis, quam est cornu bovis. Graev.

ibid. Κέρατα] Elephantorum dentes prominentes Graecis vocari cornua, vid. ap. *Diod. Sic.* aliquoties. Et Romani eas belluas primum videntes *Boves Lucas* vocasse, in vulgus notum. Reitz. Adeundus *Belinus* Animadv. in *Oppianum* T. I. p. 303. Bip.

ead. l. 7. Ἤνεικε] Recte, pro ἤνεγκε, ab antiq. ἐνέγκω pro φέρω. Sic ἀνήνεικαν Herod. VI. 391. A. Ἀπήνεικε VI. 390. A. Alia dabit Maitt. de Dial. p. 124. ubi tamen male editum, ea esse ab ἐνέχω, nescio mea, an operarum negligentia, certe ἐνέγκω auctorem dare voluisse, ex illico adjecto Scholio patet, ubi *Corinth.* ait: τοῦ ἐνέγκω ἀφαιρεῖται τὸ γ, καὶ — ἐπεντίθεται τὸ ι, ἐνείκω etc. Reitz.

ibid. Φαλλοὶ] Tangit haec verba Schol. *Aristoph.* vid. infra c. 22. De horum origine vide *Clem. Alex.* 15. B. Solan.

ead. l. 10. Φαλλοὺς etc.] *Scholiast.* Aristoph. ad Nub. v. 71. ubi habemus αἶγας ἐκ τοῦ Φελλέως, ait: Τόπος οὕτω καλούμενος ἐν Ἀττικῇ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Διόνυσόν ἐστί τις ἑορτὴ τοῖς Ἀθηναίοις Φέλλος καλουμένη, ἥτις τῶν Διονυσίων ἄρχεται. Λουκιανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ τῆς Συρίης Θεοῦ· Φαλλούς, φησιν, Ἕλληνες Διονύσῳ ἐγείρουσιν. ἐπὶ etc. ut hic.] Dein vero pro καλέονται δὲ τάδε,

habet *καλέεται*, non male. Cumque in *φέρουσι* consentiat, id in *φορέουσι* contra omnem auctoritatem convertere non sustinui, cum et in *Herodoto* promiscue legas, etsi *φορέειν* potius eidem sit portare, *φέρειν sufferre*, *pati*, et suspicio quaedam resideat, ubi contra confusum adparet, a librariis neglectum. Reitz.

ead. l. 14. *Φορέουσι*] Locum citat *Schol.* Aristoph. pag. 127. B. cum eodem in hac voce, quo omnes hic impressi laborabant, mendo. Solan.

ibid. Ἄνδρας μικροὺς] Phalli sive Priapi pingebantur nanorum specie, ut monui ad *Petron.* Sequitur mox, *μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας*, et paullo post *ἔχων αἰδοῖον μέγα.* Sic apud *Hesych. νάνος ἐπὶ τῶν μικρῶν, ὡς νάνον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα μέγα, οἱ γοῦν νάνοι μεγάλα ἔχουσιν αἰδοῖα.* Talis erat pictura Dei hortorum, cujus meminit *Tzetzes* ad *Lycophronem*, vocans eum *δυσειδῆ καὶ βαθυαίδιον*, lege *βαθυαίδοιον.* Bourd. Disertius longe *Herodotus* II, 48. de Aegyptiis, *ἀντὶ φαλλῶν ἄλλα σφί ἐστι ἐξευρημένα, ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας γυναῖκες, νεῦον τὸ αἰδοῖον οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος. προηγέεται δὲ αὐλός. αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. διότι δὲ μέζον ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ κινέει μοῦνον τοῦ σώματος κ. τ. λ.* haec ultima verba, ut et illa, *νεῦον τὸ αἰδοῖον*, satis indicant, cur *νευρόσπαστα* fuerint, et dicta fuerint ista simulacra: solum illud membrum, quo censebatur, nervis moveri nimirum poterat. Gesn.

ead. l. 2. *Νευρόσπαστα*] Priapos. Conf. *Diod. Sic.* I. cap. 88. pr. Reitz.

ead. l. 3. *Σμικρούς*] Ut in aliis Dialogis *μικρὸς* et *σμικρὸς* promiscue scribitur, ita hic *σμικρούς*. Ionice omnino requiritur. Nam sic *Hippocr. et Herodot.* adeo frequenter, ut exempla addere pudeat; ac si bis vel ter aliter legas, id euphoniae caussa forsan factum suspicere, ubi aliud *σμ* et *σφ.* praecedit. Reitz.

ead. l. 7. *Τὸν πρὶν ἐόντα*] Legendum videtur *τὸν*

νῦν ἐόντα. Guyet. Optime. Et quia Codd. addicunt, sine mora recepi. Reitz.

ibid. Νῦν] Omnes impressi πρὶν, corrupte, lege νῦν. Quod jam et in W. et L. reperiri comperio. Solan.

ead. l. 10. Βασιλῆος] Seleuci Nicatoris, regis Syriae post Alexandrum primi. Vid. *Aeliani* locum ad initium hujus libri a me laudatum. Solan. Non audienda exemplaria, quae aliter legunt: βασιλῆος enim *Herodoteum* et *Hippocraticum* est. Vide saltem *Herod.* IX. pag. 585, bis. Et VI. pr. ter. Βασιλῆα V. 330. C. et 489. B. bis Βασιλῆες V. 331. C. et IV. 256. D. Contra vero, quod mirere, dativ. βασιλεῖ semper penultima brevi. Vid. V. 330. C. VI. sub init. et p. 384. D. ac 390. E. Reitz.

ead. l. 11. Στρατονίκη ἐκείνη] Seleuci uxor, noverca Antiochi: Medicus autem Erasistratus, si recte narrat *Plutarchus* in Demetr. p. 1660. seqq. *H. Steph.* Gesn.

ead. l. 12. Ἰητροῦ] Erasistrati. V. *Plut.* Demetr. 1660. Solan.

Pag 95. *l.* 4. Μαθὼν δὲ] Legebatur ante μαθὼν δὲ ταῦτα, ἐποίεε. Ego distinctionem mutavi. Reitz.

ibid. Ἔχε] Quia sic supra bis ter, jam eo minus εἶχε rescriberem. Vid. ad c. 12. Reitz.

ead. l. 8. Ἄρξατο] Quia ἠλλάξατο suum habet augment. etiam ἤρξατο dicas scribendum: at quando illico quoque sequitur ἔχετο dubium an εἴχετο, et ἄρχετο iterum c. 21. scribitur, ubi plura similia commonstramus; ac tam crebro in hac Dissert. augmenta adduntur, omittuntur; quis certam rationem inierit, quid scribae sibi indulserint, quidve *Lucianus* Ionismi caussa dederit? nec res est tanti. Conf. tamen supra ad c. 12. in ἔχε an εἶχε dicta, ac lege, ut volueris: nostrum est in re non satis certa servare vulgatum, ubi id pluribus firmatur. Augmenta praecipue syllabica, Ionibus extra carmen plerumque addi, singulae auctorum paginae docent. Temporalia vero saepius, quam Atticis, negligi, vide ex his speciminibus: μένεσκον Herodot. IV. p. m. 269. B. φεύγεσκον 270. B. ἄκουσαν IX. 586. f. ἐργά-

ζοντο p. seq. B. et 592. B. ἀπαλλάσσετο 588. E. οἴκεον VI. 387. D. κατοίκεσε ibid. aliaque duodecim, ut ἀμείβετο, ἄφθη etc. vid. ap. *Maitt.* p. 124. Plurimum vero addita iisdem verbis augmenta, ut ἤκουσε pag. 588. E. ἤκουον, 590. ἠπείγοντο 588. C. ἦγε 589. etc. λίσσετο infra c. 22. Plura mitto enumerare Grammaticaster. Reitz.

ead. l. 12. Τὴν] Artic. praepositivo pro postpositivo Iones uti, nihilque opus esse ἥν recipere, juniorum tantum caussa moneo. Vid. *Hippocr. Aret.* et *Herodot.* singulis paginis. Reitz.

ead. l. 13. Φρενοβλαβείη] Si φρενοβλαβίη legas, vulgatum cum W. conciliaveris. Reitz.

ead. l. 15. Τοιᾶδε] Sublato puncto subscr. malim τοιᾷδε, accusandi casu, ut referatur ad ἐψεύδετο, ait frater. Nondum video, quare necesse sit. Reitz. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

Pag. 96. *l.* 3. Προξενέεις] Προξένεε legendum videtur, ut τῷ ἔγειρε conveniat. Guyet. Etsi προξένεε magis regulare hic videtur, ut jungatur imperativo ἔγειρε, cave tamen mutes quidquam, quia μὴ recte futuro tempori jungitur, ut modo aoristo junctum fuit in μή μοι παῖδα ὀλέσῃς, et προξενέεις pro futuro quasi secundo habendum, ut ἐρέω, *dicam*, c. 37. pr. et crebro deinde. Perinde enim est, utri Grammaticorum parti accedas, quorum hi ajunt, verba in έω carere futuro secundo, illi praesens in talibus usurpari pro futuro 2. vel futurum 2. idem sonare, quod praesens contractum. Reitz. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

ead. l. 14. Γυναῖκα καὶ βασιλητήν] Diserte asserit etiam *Plut.* Demetr. 1661. et M. 607. 2. Solan.

Pag. 97. *l.* 1. Καὶ πόλιν] Seleuciam, quam Bagdad hodiernam esse existimant magni nominis Geographi. Verum Bagdad cum ad Tigridis ripam sinistram, seu orientalem, sita sit, Seleucia non est, sed in adversa ripa nova urbs; qua de re vid. omnino *H. Prideaux.* P. I. L. VIII. versus finem libri. Solan.

ibid. Εὐφρήτῃ] Seleuciae situm a *Luciano* fuisse

ignoratum, quis credat? Atqui audis hic asserentem in Euphratis ripa sitam eam urbem; quam *Strabo* XI, 522. D. XVI. p. 738. D. et 743. C. diserte in *Tigridis ripa*, cum caeteris geographis historicisque, ponit. Quid ergo? mutabimusne, absque Mss. Codd. auctoritate? non placet. Nec nobis in veterum libris tantum licere existimo. Ita enim fiet, ut si quid humani passi sint, sic sciri nunquam possit. Interim tamen caveri etiam decet, ne librorum auctoritate decepti falsa pro veris a legentibus accipiantur. Cum hic itaque in libris nostris nihil subsidii sit, textui quidem Lucianeo *Euphratem* relinquam; sed monebo, errorem esse aut *Luciani* ipsius, aut ejus exscriptorum. *Tigridem* enim, non *Euphratem*, aut scripsit, aut scribere debuit. Adi eundem *Prideaux* l. c. qui *Plinium* etiam adducit ejusdem rei testem VI, 62. Solan. Cum in *Iunt.* esset *Εὐφρήτῃ*, adjunxerat, nihil variare Edd. Frustra: nam eas excutiens aliter rem habere vidi. *Εὐφρήτῃ* tamen verum esse, vide sic sexies exaratum in *Herodoti* L. I. p. 82. 84. 85. Reitz.

ead. l. 2. *Ἔνθα — τελευτῇ ἐγ.*] Errat iterum hic, quisquis est, auctor hujus libelli: non enim Seleuciae diem obiit Seleucus, sed in Europa, Macedoniam invasurus a Ptolemaeo Cerauno pugione percussus. Vid. *Prideaux* P. II. L. I. anno ante C. 280. et scriptoribus ab eo laudatis adde *Strab.* XIII. p. 623. D. sed hic regionem non nominat, in qua percussus est. Solan.

ead. l. 5. *Ἐθηήσατο*] Et sic supra, c. 14. Reitz.

ead. l. 7. *Ὥρην*] Sic spiritu tenui *Bas.* in reliquis cum aspero scribitur; vid. et De Astrol. cap. 27. Solan. *Οὐδεμίην ὥρην ἐποιέετο*] Sic *Herodot.* I. p. 2. D. Et laevigato in Ed. *Steph.* spiritu, *μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων*, *nullam raptarum curam habere.* Adde *Nostrum* supra de Astrol. c. 27. Reitz.

ead. l. 17. *Ἐπεδέξαο*] *Ἐπιδέξεσθαι* pro *ἐπιδείξεσθαι* Ionicum esse, v. ad c. 1. Reitz.

Pag. 98. *l.* 4. *Λίσσετο*] *Ἐλίσσετο*, ut supra. Guyet. Etsi in talibus amant etiam Iones augmentum, nihil tamen

mutavi, quia et sic c. 22. med. λίσσετό τε καὶ γούνων etc. Possis tamen conjicere, augmentum a scribente omissum, quia ab dictante ob vocalem praecedentem absorptum erat: nam cum cap. 18. pr. plane legas αὐτίκα ἐλίσσετο, credibile est, et hic ita dedisse auctorem. Sed cum et mox χρῆν pro ἐχρῆν, recte et usitate, nihil satis certi statuas. Reitz.

ead. l. 13. Ταύτης τῆς] Subaudiendum videtur ἕδει. Guyet. Aptius alii supplent κέρδος vel ὄφελος. Vid. omnino *L. Bos.* Ellips. p. 365. sq. *Schäf.* et qui ibi laudantur. Lehm.

ead. l. 16. Χρῆν] pro ἐχρῆν recte *Herod.* VII. 440. C. Ne plura, nam urgent operae; itaque properandum est. Reitz. Cf. Calum. N. Tem. Cred. c. 30. ibique Adnott. Tom. VIII. p. 417. sq. Lehm.

Pag. 99. *l.* 3. Τρωῦμα] Ego τρῶμα verum credo. Sic τρώματα *Herodot.* I. p. 8. A. Ed. *Steph.* Et *Hippocr.* de morb. I. p. m. 3. et 4. ter, ac saepe deinde. Τρώμασι *Aret.* Capp. pag. 113. m. τρώματι p. 85. A. et ubique. Sed cum et alibi αυ eidem sit ωυ, ut, θωϋμαστὰ pag. 1. et sexcenta similia, vulgatum non tetigi. Reitz. Τρώϋμα voluit *Koenius* ad *Gregor. Cor.* p. 420. *Schäf.* At cf. θώύματα supra c. 10. θωῦμα cap. 7. Quamquam eodem hoc capite ἑωϋτοῦ et ἑωϋτόν, et saepius per hunc libellum ad hanc normam, de qua potissimum agit *Koenius* l. l. Lehm.

ead. l. 4. Βασιλῆα] Hoc verum esse, vid. ap. *Herodot.* I. p. 1. C. p. 1. C. p. 2. A. et B. et sexcenties deinde. Reitz.

ead. l. 6. Ἀπεκέατο] Etsi ἀπικέετο supra frequens, et recte, in hoc tamen verbo terminatio εατο proba. Sic Ἀθηναῖοι ἐπεκέατο *Herodot.* IX. 592. f. Sed nec in altero verbo improba: nam et ἀπικέατο αὐτοὶ IX. 590. f. et VI. 386. C. Περιεκαθέατο VI. 388. C. Περιβαλλέατο 389. C. Reitz.

ead. l. 8. Ἔχειν] Infinit. ille pro imperativo, ut Atti-

cis non inusitatus, (vide modo supra plus decies Cronos. a c. 13. ad 20.) ita Ionibus perfamiliaris. Vide etiam plus decies ita scribentem *Hippocr.* I. Aphor. 19. 20. 21. 22. 23. 24. REITZ.

ead. l. 10. *Αὗτις*] Recepi ex *Herodoti* more, quamquam et *αὖθις* editum in *Hippocr.* I. de morb. 9. pr. et infra cap. 26. et 27. REITZ.

ead. l. 12. *Ὣν*] Pro *οὖν* millies apud quosvis Ionas et *Nostrum* supra de Astrolog. aliquoties. Adde mox c. 22. *ἐπινοέει ὧν*, et supra non semel. Nec obstat, quod in *Hippocr.* saepe *οὖν* legamus, ut I. de Morb. 9. v. 8. Item I. Aph. 3. bis. Ibid. Aph. 5. ac 10. Non dicerem, nisi varietas moneret, vulgatum hic probare. REITZ.

Pag. 100. *l.* 2. *Ἄρχετο*] Vid. supra c. 17. f. *ἄρξατο*, et mox *οἰκοδόμεον* c. 22. *αὐλίζετο, λίσσετό, ἅπτετο* etc. itidem sine augmento; et c. 24. *ἄρχετο* rursum. REITZ.

ead. l. 6. *Νηὸν*] Non ausculto Codici W. *νεὼν* scribenti. *Νηὸς Herod.* II. 170. D. et paullo post ib. quater. Et ita bene *Noster* infra c. 26. etc. REITZ.

ibid. *Ἦν*] Jam contracte: at supra *ἔην*, c. 18. post med. quod quidem magis Ionicum. Sed et contracte tam crebro *Hippocr.* et *Herod.* ut nihil mutem. *Ὅταν ἔῃ* apud illum I. de Morb. pag. 11. pr. *ᾖ* I. Aph. 3. Plura hujus farinae addere taedet. Nisi quod itidem varietur in *ἦρ'* III Aph. 9. cum *ἔαρ* ibid. 11. et 12. Sed *ἦρ* eodem Aph. et *ἦρος* Aph. 20. ejusdem Sect. REITZ.

Pag. 101. *l.* 1. *Ἐκ δείπνου*] Proba phrasis. *Leop.* 127. SOLAN.

ead. l. 2. *Λίσσετο*] Et sic supra c. 19. cumque et *ἅπτετο* adjungatur, non *ἥπτετο*, nihil muto. REITZ.

ead. l. 7. *Ἤνεικε*] Ita scribo; v. ad c. 16. REITZ.

ead. l. 8. *Τὰ οὔποτε ἔλπετο, μανίης μὲν οὕτω ἔσχετο, ἔρωτος δὲ οὐδαμᾷ ἐλήθετο*] Haud dubie legendum *ἀπέσχετο*. Interpres quoque *destitit* reddidit. Nimirum Stratonice, cum frustra Combabum in amorem sui pellicere omnibus viribus contendisset, Combabus tandem

ostendit, se *μεγάλοις μυστηρίοις* non esse aptum; quippe qui id sibi exsecuisset, quo virum potuisset agere. *Illa itaque, visis, quae nunquam speraverat, sic quidem a furore illo destitit, nunquam tamen amoris oblita est.* Pro eo c. 39. dicitur *μανίης μὲν ἐκείνης ἀπεπαύσατο.* Forte et *οὔκοτε*, non *οὔποτε*, scripsit *Ἰωνικῶς*, ut supra c. 14. med. *οὔκοτε ἰχθύων ψαύουσι.* Jens. Certe *οὔκοτε* leg. etsi *ὁπότε* quoque in *Herod.* VI. 387. C. pro *ὁκότε*, quod mihi pariter suspectum, quia sexcenties aliter habet. Reitz.

ibid. Μανίης — ἔσχετο] Ad verbum, *tenuit se, constitit furoris*, vel, *quantum ad furorem. Homerica* dicendi ratio, id est optima. Il. *P*, 696. et aliquoties alias, *θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνὴ, vox faucibus haesit.* Od. *P.* 238. *φρεσὶ δ' ἔσχετο*, ut Germani, *er hielt an sich.* Hymn. XXVII, 12. *ἔσχετο δ' ἅλμη, constitit mare.* Il. *X*, 416. it. Od. *B*, 70. *Σχέσθε φίλοι*, ut nostri, *halt! continete vos.* Et cum genitivo Od. *Δ*, 422. *σχέσθαι βίης·* et Il. *Ξ*, 747. *μάχης, σχήσεσθαι ὄΐω.* Servemus itaque erudito scriptori suam elegantiam, a qua nec *Herod.* neque *Plutarchus* alieni sunt. Alioqui facile esset legere, unica literula paullum immutata, *μανίης μὲν οὔκω ἐκείνης ἔσχετο, non amplius tenebatur illa insania.* Sed melius est nihil tetigisse. Gesn.

ead. l. 9. *Ἔχετο*] Vid. *Jens.* In omnibus impress. et M. *ἔσχετο.* Sed idem Ms. Cod. et Ed. *Fl. οὕτω* non agnoscunt. Solan. *Ἔσχετο*] Solan. diserte *ἔχετο* scripserat. At si hoc sensus patitur, possis et *ἴσχετο* legere. Verum non *servandi, perseverandi,* sed *desinendi, cohibendi,* sensus requiritur, unde *Jens.* recte quidem *ἀπέχετο* diceret, quod scil. magis perspicuum esset. At cum verba cohibendi, desinendi, genitivum ament, ut notissimum ex Aur. carm. *Pyth.* v. 9. *κρατεῖν — γαστρὸς, — ὕπνου, — θυμοῦ*, ita et *σχέσθαι* hac potestate invenitur crebro apud *Homer.* cujus exempla a *Gesnero* occupata non repeto. Hoc tantum addo, *tenere fugam, cursum,* utrovis more Latinis dici, modo pro *sistere*, modo pro *pergere*, *obtinere*, ut monstro

in libro de Ambigg. p. 604. — 5. Et sic ὡς εἶχεν ὀργῆς, *qua ira percitus erat*, etiam contrarium fere τῷ ἔσχετο μανίης significat. Vid. *Steph.* Thes. T. I. p. 1317. Addo εἴχετο τῶν ἔργων, *opus strenue aggreditur*, vel proprie, *gnaviter urgebat coepta*, ap. *Diod. Sic.* XI. c. 43. atque non semel deinde. Quae opposita verbi ἔχειν vel σχέσθαι notio in dubium impulit viros eruditos, ut non crederent vulgatum hic stare posse, quod tamen omnino sanum esse, *Gesn.* satis docet. REITZ.

Pag. 102. *l.* 3. Ἐς τὸν ἄνδρα] Conf. supra c. 20. ἀπικόμενος ἐς τὸν βασιλῆα. Ne plura in re nota. REITZ.

ead. l. 5. Σθενεβοίης] Quae Anteia etiam dicitur; vid. Il. Z, 155. et seqq. SOLAN.

ead. l. 11. Ἧιεν] Sic M. In plerisque impress. ᾖϊε. Sola *Fl.* ᾔεν. SOLAN.

ead. l. 13. Ἔχε] Conf. supra ad a. 12, REITZ.

Pag. 103. *l.* 8. Εἵνεκα] Non audiendus W. Εἵνεκα et εἵνεκεν vere Ionica sunt; vid. *Herodot.* et *Hippocr.* ubivis. VI. 390. E. IX, 585. B. et 589. A. Εἵνεκεν seq. vocali Il. 101. bis. Nec in eorum Edd. observatur discrimen, quin et εἵνεκα sequente vocali, et εἵνεκεν sequente consona edatur contra euphoniam, ut in Aph. *Hipp.* I, 3. τουτέων οὖν εἵνεκεν τὴν εὐεξίην. Sed cum etiam ament hiatus Iones, talia non curemus, alioqui εἵνεκεν hic rescriberemus. REITZ.

ead. l. 12. Ἐπέδειξε] Lege Ion. ἐπέδεξε V. c. 19. med. Sed et ap. *Herod.* IV. p. 250. B. editum προσδέλξαντα, non προσδέξαντα. REITZ.

ead. l. 16. Δεσπότεα] Pro δεσπότην. GUYET. Conf. supra c. 12. Σκύθεα pro Σκύθην, ibique notata. REITZ.

Pag. 104. *l.* 11. Ἐσαγγελέος] Ab ἐσαγγελεύς. GUYET. Quis vero hoc nescit? REITZ.

Pag. 105. *l.* 2. Αὖθις] Scribe αὖτις. Quod vid. ap. *Maitt.* p. 133. ut κατότι apud *Herodot.* VII. sub init. et alibi. Ita αὖτις recte deinde c. 20. 30. et 57. hac Diss. Sed cum et alibi hoc Dial. αὖθις editum, sine varietate Codd.

ut ante vidimus, et c. 27. videbimus, non mutavi vulgatum. Reitz. At αὗτις *Salm.* et *Bas.* 4. Bip. Nec aliter *Bas.* 1. et 3. cum *Ald.* utraque et *Hag.* Nec aliis locis aliter. Vid. supra c. 12. et 18. Et infra c. 27. conspirant Edd. Vett. in αὖτις. Adeo incerta est in talibus *Reitzii* fides! Lehm.

Pag. 106. *l.* 2. Ἔργα γυναικῶν] *Plaut.* Asin. *Opto annum hunc perpetuum mihi hujus operas. Barth.* Solan.

ead. l. 9. Ἐνεδύσατο] M. uti emendaram. In omnibus enim ante impressis legebatur ἐνεδήσατο. Solan. Vide tamen Varr. Lectt. Lehm.

Pag. 107. *l.* 5. Ἀποκέκριναι] Sic M. et impr. omnes, (excepta *J.* quae ἀποκέκριται,) Nisi quod *Fl.* prave ἀποκέκρανται. Solan. *Juntinae* lectio forsan vera. Quia tamen non perpetuum verbum singulare cum neutro plur. nihil mutavi. Reitz.

ibid. Μέγαθος] Haud quaquam credibile est, tantae altitudinis fuisse templum. Corruptum esse hunc locum etiam inde patet, quod mox ejusdem altitudinis fuisse Phallos additurus, trecentorum cubitorum fuisse ait. Nodum solvant alii. In M. nihil subsidii. Solan. Errat quidem, *Wielandio* notante, *Solanus* noster in eo, quod propylaei loco ipsum templum, et pro magnitudine ejus altitudinem, finxit; et rectius opinor, *Wielandius* μέγαθος capit de longitudine et latitudine vestibuli. Nihilominus suspicor, aliquid vitii in verbis τε ἑκατὸν nec solum in voce ἑκατὸν, inesse. Quod autem *Belinus* pro ἑκατὸν scripturam ἑ καὶ ν', i. e. *quinque et quinquaginta*, auctori ut veram adscribendam putat, id quidem satisfacere non omnino potest. Lehm.

ead. l. 7. Ἡλικίην καὶ οἵδε τριηκοσίων ὀργυιέων] Numerus hic excedit fidem, et est justo major. Interpres ita vertit: *etiam hi statura trecentarum ulnarum.* Nescio quare: nam ὀργυιὰ est τετράπηχυς vel ἑξάπους· at quatuor cubiti vel sex pedes multum excedunt unius passus mensuram. Pro τριηκοσίων credo legendum esse τριάκοντα, (immo τριήκοντα, *Palmeri*, Ionice) et sic debere

legi, evincunt ea, quae inferius ait de catena, qua homo in summitate Phalli positus, ea, quae sunt ad victum et alios usus necessaria, vestes, vasa et alimenta attrahebat. Nam nullius hominis, nedum hominum quatuor, aut plurium sunt tantae vires, ut possint catenam pedum mille et octingentorum tractare, et in tantam altitudinem attrahere. PALM. *Palmerii et Guyeti* judicio, τριήκοντα pro τριηκοσίων volentium, omnino etiam *Belinus* et *Wielandius* subscripserunt. Ego de his vix judico, tantum abest ut dijudicem. LEHM.

ead. l. 8. Τριηκοσίων] Τριήκοντα forsan. GUYET.

ead. l. 12. Ἀγαθὰ πάσῃ] Ex variatione *Fl.* et W. facile colligitur, ἀγαθὰ ξυμπάσῃ legendum. Sed quia et vulgatum probum, non refert. REITZ.

Pag. 108. *l.* 3. Φαλλοὺς] Conf. supra c. 16. REITZ.

ead. l. 7. Σειρῇ μακρῇ — ἢ ἐν Αἰγύπτῳ — οἶδε τὸ λέγω] Hic locus apprime facit ad locum *Plinii* intelligendum, quem sollicitavit, sed infeliciter, summus vir *Salmasius*, in suis ad *Solinum* exercitationibus pag. 1329. Ut igitur emendetur ille *Plinii* locus, et illustretur hoc loco *Lucianus*, *Plinii* verba hic apponam. Exstant in c. 4. lib. XIII. ubi de palmis loquitur: *Reliquae teretes atque procerae densis gradatisque corticum pollicibus auctioribus, faciles se ad scandendum Orientis populis praebent, utilem sibi arborisque induviis circulum mira pernicitate tum homine subeunte.* Pollices auctiores vocat *Plinius* amputatorum vel decidentium ramorum reliquias eminentes et ex cortice protuberantes, ut pollex exsertus ex manu. Id Gallice dicimus *chicots*. Hinc *Plinii* locum sane salebrosum et mendosum ita debere legi contendit *Salmasius*, *utilem sibi arborique inductis circulum*. Quae lectio mihi videtur aliquid habere absurditatis: qua enim utilitate affici potest arbor tali circulo? Ego igitur pridem in margine nostri *Plinii* Codicis emendaveram, *vitilem sibi arborique indutis circulum*, et ita censueram legi debere doctus a quodam nobili navarcho de modo, quo incolae Palmiferae regionis in Africa celeriter

cum suo circulo scandunt excelsas palmarum arbores: scilicet induunt se una cum arbore ipsa circulo e vitili ligno facto, et pedibus in arboris pollicibus illis nitentes, et lumbis circulo innixi, manibus vero ambabus circulum gradatim et subsultim attollentes, celerrime usque ad arboris summum, ubi sunt rami et fructus, scandunt; id saepe facientes, ut lagenas suas ramis succisis appendeant, vel eas plenas vino palmeo reportent. Quae emendatio mea firmatur omnino ex hoc *Luciani* loco: unde non mediocriter gavisus sum. Expende rem accuratius, lector candide, et confer cum nostra emendatione, et, ut spero, non solum eam approbabis, sed plausum dabis. PALM. *Σειρῇ μαχρῇ*] Lege *μιχρῇ*. Vid. sequentia verba, ubi catenae alterius et ab hac diversae (quae sc. esset, uti *Jensius* emendare jusserat et ex W. restituimus, *μαχρὰ*] mentio fit. KUSTER.

Pag. 109. *l.* 1. *Μίμνει τε χρόνον, τὸν εἶπον ἡμερέων*] Puto, *Lucianum* scripsisse *τῶν*, Ionice pro *ὧν*, ut passim in hoc libello, (quamvis et *τὸν* pro *ὃν* scriptum sit) *Et manet tempus eorum, quos dixi, dierum.* Nempe dies septem (ut cap. 28. med. dictum) quotannis homo aliquis in aliquo Phallorum, qui in *προπυλαίοις* templi Syriae Deae sunt erecti, persistit. JENS.

ibid. Τῶν εἶπον ἡμ.] Egregie *Jensius* hoc viderat; idque accedente jam Codice, omnino recipiendum duxi. REITZ.

ead. l. 3. *Κομίζουσι — ἀπιᾶσι*] W. et *Fl.* aliter, nempe *τὰ νομίζουσιν εἰς ἐκεῖνον πρόσθε κείμενον κατιᾶσι*. SOLAN.

ead. l. 10. *Ἐπιχέεται*] Sic M. et *Fl.* In reliquis *ἐπιχέαται*. SOLAN. Etsi vulgatum non damnabile, (ut vid. ad c. 6.) tamen quia optimae notae libri — *έεται* hic habent, idque optimum, facile hoc dedi *Solano*, ut hic reciperem; etsi deinde non facio idem, quia ob utriusque frequentiam probabile est utrovis more dedita opera scriptum. Cf. c. 32. REITZ.

ead. l. 12. *Δοκέειν*] Sic scripsimus, ut supra c. 1. In omnibus impr. et ipso M. erat *δοκέει*. SOLAN.

Pag. 110. *l.* 1. *Ἔδρη μεγάλη ἀνέχει ἐκ τῆς*] Leg. videtur *ἕδρη μεγάλη ἀνέχει ἐκτὸς, μέγαθος* etc. GUYET.

ibid. *Ἐκ γῆς μέγαθος*] Ita Cod. L. In omnibus impr. *ἐκ πῆς*, quod unde sit, facile perspicis. SOLAN. *Ἀνέχει ἐκ τῆς*] Non dubito, quin scripserit auctor *ἐκ γῆς*. Quam facile *Γ* in *T*, tum majusculae hujus formae, tum minusculae antiquioris, quae in *Aldinis* adhuc libris frequens est, permutentur, intuenti constat. Quam conveniat *γῆς* sententiae, ex versione nostra apparet: quam nihili sit *ἐκ τῆς*, inde colligas, quod omiserunt plane interpretes. GESN.

ead. l. 2. *Ἐπιχέεται*] Sic etiam hic scribi oportet. *Fl.* tamen cum reliquis hic errat. SOLAN.

ead. l. 3. *Αὐτὸν*] Sic W. et *Fl.* ut ad templum referatur, melius, quam in reliquis *αὐτῆι*. SOLAN.

ead. l. 4. *Ὁ πρόνηος*] Quidquid sit de usu aliorum scriptorum, qui nescio an hic satis inter se conveniant; hic certe auctor partibus templi sic utitur, ut *propylaeum*, *τὰ προπύλαια*, *vestibulum*, sit locus subdivalis, magnus, centum passuum, non ipsi modo portae, orientem spectanti, objectus, unde nomen habet, sed ad latus boreale, (non item ad australe, nec ergo aequabiliter) multum excurrens, in quo phalli positi. Ex hoc *propylaeo* demum per gradus ascenditur in crepidinem duos passus altam, cui templum s. aedes imposita est. Hic *pronaus* est, atrium templi, aedes anterior aperta undique, columnis subnixa, tectum commune ipsius *pronai*, et *aedis* proprie dictae, *τοῦ ναοῦ*, sustinentibus. Hic *pronaus* (*porticum templi* etiam dixeris) *ἤσκηται θύρῃσι χρυσείῃσι*, *excultus est valvis aureis*, non quasi ipse sit clausus; sed valvae, quibus apertis in *ναὸν* intratur, exteriore ornatu suo, *argumentis*, in quibus describendis multi sunt poetae et antiquarii, porticum illam, illum *pronaon*, exhilarat. Per has igitur valvas in *ναὸν* itur, *eadem* proprie dictam, quae *cella* saepe Latinis est, ejus magnitudinis, ut aliquot centum armatos ceperit *cella Concordiae Cic.* Phi-

lipp. III, 12. et in *cella Jovis Capitolini cremare* Caesaris cum lecto cadaver quidam voluerint. Ab hac *cella* diversus hic et minor est θάλαμος, interior et sanctior recessus, cum choro templorum nostrorum comparari qui possit. Alius est in Cnidiae Veneris templo ille νεὼς, s. σηκὸς ἀμφίθυρος, augustior, quaedam aedicula, cui inclusa imago, de qua diximus ad illum locum Amor. c. 11. ὀπισθόδομος, posticum templi, plane separatus et bene munitus ad thesauros asservandos etc. Gesn.

ead. l. 5. Θύρῃσί τε] Lege γὰρ pro τε. Solan.

ibid. Ἥσκηται] *Elaborata est instructa.* Guyet. Habuimus crebro supra, ut Amor. c. 3. ἠσκημένη κόμη. Ibid. cap. 10. εὐμόρφοις παισὶν ἐξήσκετο. Rursus ibid. 33. Imag. 11. post m. λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος. *Plutarch.* T. II. p. 1162. κάπρον χρύσεον εἰς προτομὴν ἀνθρώπου ἠσκημένον. *Diod. Sic.* IV. c. 77. πτέρυγας θαυμαστῶς ἠσκημένας. Reitz.

ibid. Χρυσέῃσιν] W. recte. In impress. omnibus χρυσέοισι. Solan.

ead. l. 11. Ἔνδοθεν] Τὸ ἔνδοθεν hic pro ἔνδοθι, ut et supra. Guyet. Verum est, ἔνδοθι proprie esse *intus*, ut *Hom.* Il. *A*, 243. — σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. Sed et ἔνδοθεν eidem familiare eodem sensu: ut *Z*, 247. — ἔνδοθεν αὐλῆς Δώδεκ' ἔσαν etc. Exemplorum satis habet *Seberus.* Reitz.

ibid. Οὐκ ἁπλόος] Nihil opus emendatione. Adspirationem enim sic negligere Iones, nimis notum. Ita οὐκ ὁμοίως et οὐκ ὡς, vide ex *Herodoto* adferentem *Maitt.* de Dial. pag. 133. et satis patet in compositis ἀπικνέομαι et similibus. Ita ἀπ' οὗ *Herod.* IV. Et ἀπ' ἑσπέρης IV. 272. B. Licet in *Hippocr.* adspirata plerumque adscita, ut ἀφ' ὁκοίων I. de Morb. pr. et ἐφ' ὁκοῖα ib. ἀφ' ὧν ib. οὐχ ὁμαλὴ ib. p. 9. ἀφ' ἑωϋτοῦ pag. 8. contra, ἀπὸ ἑωϋτοῦ, ib 9. 15. cum illico tamen rursus ἀφ' ἑωϋτοῦ, et ἐφ' ἑαϋτὴν, ib 9. f. Item ὑφ' ἧς p. 8. f. Sed desino nugarum. Reitz.

ead. l. 14. Ὦν] Sic W. et *Bas.* 2. recte. Sic enim postulat haec Dialectus. Nec unquam in eo Ms. ea in voce peccatur. Reliqui impr. οὖν. SOLAN.

Pag. 111. *l.* 1. Ἐσέρχονται] Sic in M. Ex manu tamen recentiore. Omnes impr. prave εἰσέρχεται. SOLAN.

ead. l. 4. Ἥτε Ἥρη, καὶ τὸν αὐτοὶ Δία ἐόντα] Interpretandus hic locus est de Jove Dolicheno, auctore *Luca Holstenio* in notis ad *Stephanum* de urbibus, in ΔΟΔΙΧΗ. ALMEL. Belum s. Baalem, Assyrium coeli deum, sub hoc Jove intelligit *Wielandius*, ut Junonem sub Astarte, terrae deam. Conveniunt cum hac opinione quodammodo, quae *Seldenus* in Syntagmate de diis Syris, disserit p. 200. sq. Ed. II. anni 1662. Lips. LEHM.

ead. l. 5. Ἄμφω δὲ χρύσεοι] Adscripsit *la Croze* vid. *Blond.* de Sibyllis L. I. c. 13. p. 65. Non vero satis designaverat, ad quae verba haec pertineant, cumque librum illum nec possideam, locum investigare nequeo. REITZ.

ead. l. 6. Φορέουσι] Recte hic habent plerique impressi. M. et *Fl.* φέρουσι, prave. SOLAN.

ead. l. 7. Ὁ δὲ ταύροισιν ἐφέζεται] Vid. *Spanh.* ad *Callim.* 255. et *Holst.* ad *Steph. Byzant.* Sine ν in omnibus impr. excepta *Fl.* scriptum erat ταύροισι. SOLAN.

ead. l. 8. Εἵματα] Scriptura haec ex W. est, quam nos lubenter arripuimus, utpote praestantiorem vulgata ὅμματα. SOLAN. Potius εἵματα scripsi, ut habuimus non longe ante, ac bis deinceps, et c. 51. etsi εἵματα laevigavit *Solan.* ex W. Forsan imprudens, ut interdum in accentibus et spir. manus ejus erravit. At recte adspirari, ut sexcenties ap. *Homer.* et in *Herodoto* L. II. 134. B. constat. REITZ.

ead. l. 10. Ἡ δὲ Ἥρη — τοι] Non placet illud τοι, quod omnes libri nostri exhibent. Mallem σοι. SOLAN.

ead. l. 11. Ξύμπαντα] At *Herod.* σύμπαντα semper. REITZ.

ead. l. 15. Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει] Bene monuit *Hemst.* adeundum *Kuster.* ad *Aristoph.* AV.

v. 1114. Ibi is docet, recte *Camerarium* ex illo *Aristoph.* loco observare, statuarum capitibus apud vett. lunulas addi solitas fuisse, ne avium stercore inquinarentur. Sed refutat eundem opinantem, inde Christianis manasse morem sanctos suos cum ejusmodi orbibus in capite pingendi; cum et veterum Deorum Dearumque imagines apud vett. Graecos circulo radiato honoris gratia ornari solerent, ut ex hoc *Luciani* non modo pateret, sed et ex ejusd. Tim. c. 51. ubi cum *Hemsterh.* jam plura dederit, eo lectorem remitto. REITZ.

Pag. 112. *l.* 1. Κεστὸν] Vestem fuisse opinatur eruditissimus auctor notarum ad marmor. Oxon. p. 24, 2. Vide tu *Hom.* Il. Ξ, 214. SOLAN.

ead. l. 2. Περιχέαται] Cur jam non etiam περιχέεται emendat *Solanus*? An quia sensit, et saepiuscule sic deinde legi, ut c. 34. κέαται — θρόνος, et ibid. iterum etc. Et ἀποκέαται c. 51. Vid. nos ad c. 6. Sed κέαται plurale est *Herodoto*, L. IX. 587. C. ubi ἀναπεπτέαται, *patefactae sunt.* Atque in praeteritis etiam sic solere pluralem, vid. supra cap. 10. f. et c. 42. Haec itaque nihil officiunt. REITZ.

ead. l. 3. Ὑδατώδεες] Florentina tribus verbis ditior, sic habet: οἱ δὲ ὑδατώδεες· πολλοὶ δὲ οἰνώδεες· πολλοὶ δὲ πυῤῥώδεες. Sed nescio, anne illud οἰνώδεες lepidus quidam joci caussa adjecerit, quasi a *Luciano* praetermissum. Licet vini color pro nigricante purpura possit accipi. Οἰνώδεες etiam in W. esse, sed ante πολλοὶ, adleverat *Solan.* quod si verum, recipi posset. REITZ.

ead. l. 5. φορέουσι] Peccant hic iterum omnes impr. et ipse M. SOLAN.

ead. l. 12. Θωυμαστὸν] De tabula picta minime hoc mirum foret, sed de signo dictum, non mirum solum, sed impossibile etiam, nisi quis intus latens oculorum aciem in omnes pro lubitu partes direxerit. SOLAN. Vide tamen *Wielandium* ad h. l. 1. LEHM.

ead. l. 15. Ἱστορέῃ] Mallem ἐσορέῃ, ut supra. Nihil tamen hic invitis libris mutare ausus sum. SOLAN.

Cum ἱστορεῖν sit etiam spectaculi et curiositatis caussa aliquid contemplari, explorare, inquirere, *experiri*, ut reddidi; ferri forte potest haec lectio. Sed cogitandum tamen, an non praestet ἐσορέει. GESN. Volebat ἐσορέῃ. Et in hanc sententiam jam reddidit *Micyllus: intuetur.* Verum nec ego mutare quidquam audeo, ubi, ut h. l., vulgata aliquo modo explicari ac defendi potest. LEHM.

Pag. 113. *l.* 3. Σημήϊον] Confer c. 36. KUSTER.

ead. l. 6. Ἐπὶ τῇ κορυφῇ] Etiam apud Graecos talia. *Aristoph.* Ὄρν. 514. — ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ νῦν βασιλεύων Αἰετὸν ἔστηκ' ὄρνιν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλεὺς ὤν. Ἡ δ' αὐτοῦ θυγάτηρ γλαῦχ'· ὁ δ' Ἀπόλλων, ὥςπερ θεράπων ἱέρακα. GESN.

ead. l. 10. Ἐξιόντων etc.] Interpunctionem immutavi, quae antea haec fuit: Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ νηῷ εἰςιόντων. ἐν ἀριστερῇ κέαται etc. REITZ.

Pag. 114. *l.* 2. Ποιέουσι] Mirum, ni semel ποιεῦσι et ποιεῦντες dixerit, quod Ionibus usitatissimum, licet et alterum persaepe invenias. REITZ.

ead. l. 3. Ἀπόλλωνος γενειήτεω] De barbato Apolline *Macrob.* Sat. I, 17. et 18. Plane πολιὸς, *canus*, et apud *Pausaniam* Boeot. 9. p. 559. 34. etc. GESN.

ibid. Γενειήτεω] In nullo nummo barbatum unquam conspici, docet vir harum rerum indigator sagacissimus *Ez. Spanhemius*, quem adi ad *Callim.* p. 68. SOLAN.

ead. l. 8. Ἓν] Ita emendandum esse videram, nondum conspecto Cod. M. in quo ἓν, uti edidi, non, ut in impressis est, ἐν. Idem tamen Codex mox prave ἄλλῳ, pro ἄλλο, quod in omnibus impressis recte habet. SOLAN.

ibid. Ἓν δὲ καὶ] An sic legendum: ἐν δὲ καὶ ἄλλο, τὸ σφετέρῳ. GUYET. Nihil opus est mutare interpunctionem, si ἓν pro ἐν legas, quod facimus. De locutione autem ἐν δὲ vid. ad c. 39. REITZ.

ead. l. 15. Οὔτε ἱρέων] Pro οὐδ' ἱρέων, observante *Dukero* ad *Thucyd.* II. c. 71. ad imitationem *Herodoti Thucydidem* etiam dixisse οὔτε ὑμῶν, (ubi operae tamen

male dedere ἱερέων.) Sed apostrophum negligi, si in *Thucyd.* rarius, apud *Herodot.* et hic eo est frequentius: exempla singulis pagg. occurrentia non adferam, nisi varietas Codd. testibus, optioneque indigeat. Vide modo statim iterum οὔτε ἱρὸν πρῆγμα — οὐδὲ ἴδιον etc. Sed scribas pro arbitrio modo apostrophos addidisse, modo neglexisse, in Attica etiam et communi dialecto, notavimus alias. Reitz.

ibid. Προφητέων] Sacerdotes a Prophetis distinguit. Solan.

ibid. Ὅδε δὲ] Ἀπόλλων. Guyet.

Pag. 115. *l.* 7. Ἀρχιρεὺς] M. a secunda manu. Recte omnino. Sic enim postulat dialectus. In omnibus impr. ἀρχιερεύς. Solan.

ead. l. 9. Προσφέροντας] Ὑποφέροντας forsan. Supra, εἶτ' ἂν δὲ ὑποδύντες φέρωσι. Guyet. De bajulatoribus utique intelligendum, non de iis, qui dona afferunt, qui fere hujus vocis sensus est. Vide, an non satius sit προφ. legere. Solan.

ead. l. 10. Συναγείρουσι] An συντηροῦσι; Τὸ συναγείρουσι locum hic habere non videtur. Guyet.

ead. l. 13. Οὐκ ἔσονται] Excidit hic, ni fallor, aliqua vox. Sed in libris nostris nihil subsidii invenio. Omnes enim consentiunt. Solan. Suppetias fert loco a scribis corrupto *Gisb. Koen.* Animadv. ad *Gregor.* Cor. de Dial. p. 193. legendo ὁκότε κου ἔσονται Bip. Vid. *Gregor.* ed. *Schäf.* p. 414. „ Videlicet, ait *Koenius*, *status temporum vices* ostendebat iste Apollo, ut Babylone Chaldaei. Vid. *Curt.* V, 1, 22.“ Assentitur *Belinus.* Mihi quidem gravior loci corruptela, forsan lacuna, suspicanda videtur. Lehm.

Pag. 116. *l.* 1. Ἐρέω δὲ καὶ ἄλ.] Ψεύδεται Λουκιανός. La Croze.

ibid. Οἱ μέν μιν — ἐφορέετο] Credat Judaeus Apella Luciano. Guyet.

ead. l. 6. Κέαται] Taedet hoc rursum tangere; sed quia *Solan.* ait, emendatum esse, vid. cap. 6. et videbis, nihil interesse. Reitz.

ibid. Ἐν δὲ καὶ] I. e. ἔνεστι. GUYET. Ἔστὶ subaudiri quis non videt? Locutio alias in enumerandis adcurate minutiis usitata; vide *Hesiodi* scut. Herc. a. v. 154. ad 157. ubi quinquies ita ἐν δὲ repetitur. Ita *Homer.* ἐπὶ δὲ saepissime. Et ἐκ δὲ Il. *A*, 436. seqq. ubi *Clarkium* vide. Alia ex *Herodot.* et *Callim.* vid. ap. *Horreum* Obs. ad *Herod.* pag. 26. qui saepe αὐτοῖς, saepe aliud nomen praemissum intelligi docet. REITZ. Cf. supra c. 35. et infra c. 49. et de Astrolog. c. 4. denique *Fritzsch.* Quaestst. p. 210. LEHM.

ead. l. 7. Ἱερέων] Admodum verosimilis est *Belini* conjectura, pro ἱρέων legentis ἡρώων. BIP.

ead. l. 9. Νεὼ] At hoc potius Atticum est: quare mallem νηὸς, ut jam plus sexies supra, et infra c. 50. f. REITZ.

ead. l. 10. Τοιήνδε] Sic rescripsi, cum invenirem τοίην δέ. REITZ.

ead. l. 14. Ἀπίκοντο] Audacter ita dedi contra Edd. quia cum *Herodoto* ita adhuc semper scripsit. Nec me movet, quod in *Hippocr.* I. de morb. p. 8. 20. ἀφίκηται editum, et ἀφιγμέναι I. Aph. 4. bis. Nam alia res in praeterito, quod ἀφιγμένον etiam *Herodoto* centies. REITZ.

ibid. Συμφορὴ] Mallem συμφοραί. Ἀπίκοντο autem, quod dialectus Ionica poscebat, ego pro ἀφ. reposui. SOLAN.

ead. l. 15. Ὡμολόγεε] W. SOLAN.

Pag. 117. *l.* 11. Χειροήθεες] In omnibus impress. χειροήθεις. SOLAN.

ead. l. 12. Αὐτοῖσι] An τοῖς Ἱεραπολίταις; GUYET.

ibid. Ἀποδεδέχαται] An pro ἀποδεδειγμένοι εἰσί. supra p. 881. (Ed. *Bened.*) ab ἀποδέχομαι ductum est juxta interpretis expositionem. Ἀποδεδειγμένοι, i. e. creati, constituti. GUYET. Ἀποδεδέχαται M. et impr. omnes. SOLAN. Supra c. 10. f. ἀποδεδέχαται aeque ac hic: ibi vero idem ab ἀποδείκω deductum suspicatus est *Guyet.* quod et hic ratione significatus non malum; sed quia formatio potius est ab ἀποδέχομαι, nec illud sensum absurdum fundit, ei adhae-

reo. Terminatio autem illa praeter. passivi Ionibus frequens; ita γεγράφαται, τετρίφαται etc. *Herod.* et *Aret.* Vid. *Maitt.* p. 129. REITZ.

ead. l. 13. Σπονδηφορέουσι] M. et *Fl.* In reliquis impressis σπονδὴν φορ. SOLAN. Eleganter compositum verbum facile reposuissem, si hunc scriptorem in hujus generis compositionibus fingendis aliquid quaesivisse scirem. LEHM.

ead. l. 14. Πλείονες καὶ τριηκοσίων] Καὶ pro ἢ positum est. Sed sic libri omnes nostri. SOLAN. *Plures quam vel trecenti*; ita recte explicat *Fritzsch.* Quaestst. p. 8. Quod *sexcenti* scripsit, imprudenti calamo excidisse puto. Finitur h. l. numerus, nec vero incertus relinquitur. LEHM.

ead. l. 15. Αὐτέοισι] An τοῖς Ἱεραπολίταις; GUYET.

ead. l. 16. Πᾶσι] M. et *Fl.* In reliquis πᾶσα. SOLAN.

ibid. Ἀρχιρεὺς] Sic M. sed a posteriore manu, uti et supra omnes impressi, ἀρχιερεύς. SOLAN.

Pag. 118. *l.* 1. Τιάρῃ] Vid. *Spanh.* 467. SOLAN.

ead. l. 5. Κατ᾽] Hoc praefero, ut magis Ionicum, licet ἀφ᾽ ὧν, ἀφ᾽ ὧτων, (?) in *Hippocr.* frequentissime editum. REITZ.

ead. l. 11. Γίγνονται] Sic et paullo ante ἐπιγίγνεται. Et mox γίγνεται c. 50. f. et γίγνονται c. 51. etc. at γίνονται *Herodot.* praefert cum *Hippocr.* qui et γινώσκειν, non γιγνώσκειν, quater quinquies p. 5. L. I. de morbis, et millies alibi. Sic γίνεται aliquoties vid. ib. p. 6. etc. At initio Aphorismorum γίγνεται fere semper editum, deinde vero promiscue. Et quid demum refert? REITZ.

ead. l. 12. Ἔρχονται καλεόμενοι] Horum meminere etiam *Plinius*, *Varro*, et *Martialis*, a *Casaubono* laudati ad *Athen.* VIII. 1. p. 577. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐν τῇ πτέρυγι] In M. et *Fl.* haec paullo aliter leguntur, nempe ἐν τῇ πτέρυγι ποίημα χρύσεον αὐτέω

ἀναχέατο. Ego, quocunque demum pacto legas, ἀνεχέετο rescribendum existimo. Solan.

ead. l. 14. Ποίημα χρύσεον αὐτέων] Non habet αὐτέων in vicinia, ad quod referatur. *Hagenoae* 1535. ubi raro admodum peccatur, excusum est αὐτέων. Vix dubito, verum id esse, et Ionicum, pro ἀνθέων, ut κολοκύντη, ut apud *Nostrum* αὖτις etc. Florum quorundam effigies, corolla, ornamentum pisci datum. Ita certe interpretatum esse, fraudi non fuerit. Gesn. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

Pag. 119. *l.* 1. Εἶχεν] Ita M. In *Fl.* εἶχε. In reliquis ἔχε. Solan. Ἔχε] Conf. supra c. 12. et 24. Reitz.

ead. l. 6. Ἐφεστεὼς] Legendum arbitror ἐφεστεὼς, certe sic transtuli. Gesn. Ἐφεστεὼς legitur vulgo. Ergo ὑφεστεὼς, ni fallor, voluit. Certe sic transtulit: *subjecta.* At sic etiam *Micyllus* jam transtulerat: *subesse*, sensum ille potius suum, quam proprium verbi vulgati usum, secutus. Lehm.

Pag. 120. *l.* 5. Ἀλεκτρυὼν] I. e. homo ita dictus, sed quare? Guyet. Mirum est profecto, ἀλεκτρυὼν de homine dici: at supra pluries, ubi de gallis Cybeles sacerdotibus castratis mentionem fecit, semper eos Γάλλους, non ἀλεκτρυόνας vocat. Ea vox, ut puto, ex versione in textum irrepsit. Quidam sciolus putavit, γάλλον non esse vocem Graecam, et *gallum* Latine dictum debere dici ἀλεκτρυόνα, et mutavit in eam vocem, quae nunc in Graeco legitur: vel forte scripserat Lucianus, ἀλέκτωρ, quae vox etiam de castrato potest usurpari, qui est sine lecto conjugali. Nam ut Ἠλέκτρα dicta est secundum Scholiasten *Euripidis* in Oreste, a privativa α, et λέκτρον, διὰ τὸ πολὺν χρόνον ἄλεκτρον μεῖναι χόλῳ Κλυταιμνήστρας· sic et ἀλέκτωρ potest dici castratus, ab eodem etymo, quod videlicet coelebs maneat. Ejus vocis in ea significatione reperiuntur exempla, sed duntaxat in foeminino, forte et in masculino Lucianus usurpavit, ut sit ὁ καὶ ἡ ἀλέκτωρ. Palm. Melius *Scholiaste*, *Guyeto*, *Palmerio* et, qui totus a *Palmerii* partibus stat, *Belino* versutiam istorum sacerdotum introspexit *Wielandius*, quamquam, qua ratione galli gallinacei natura

tantas res perficere potuerit, quam *Lucianus* bonò consilio explicare omiserit, nec ipsum se curiosis lectoribus enucleare posse fatetur. LEHM.

ead. l. 8. Ἀπαιτέεται] Ἀπαιρέεται dedisse arbitror auctorem. GESN. Probam conjecturam confirmat Gorl. LEHM.

ead. l. 11. Ἑορτέων] An ὡρτέων; vel an ex W. ὁρτέων, mutato tantum spiritu, quod malim, quia sic statim iterum in eodem, ὁρτήν; et quia hoc magis Ionicum: v. *Herodot.* IV. 256. E. REITZ.

ead. l. 13. Πυρὴν] Legendum videtur πῦρ ἐνιᾶσι. GUYET. At quomodo tum καλέουσι cohaereret? Quare nihil mutes potius. REITZ.

Pag. 121. *l.* 4. Τὰ ἱρὰ] Ἱρὰ sunt signa ipsa, antiqua religione sacrata, Dii quasi ipsi, ut modo habuimus τὰ ἱρὰ, *numina:* σημήϊα horum signorum imitatione expressae imagines. Ut lucidior esset interpretatio, τὰ ἱρὰ *Deos* reddidi. Poteram etiam *sacra. Ovid.* Met. X, 696. *Sacra retorserunt oculos*, de simulacris. *Justin.* XXXVI, 2, 13. de Mose, *sacra Aegyptiorum furto abstulit.* GESN.

ibid. Πυρὴν ἐνιᾶσι] Accuratius dici puto πῦρ ἐνιέναι. Sic certe est apud *Suidam* πῦρ ἐνίεσαν, ἐνέβαλον. Forte πυρὴν fecit aliquis, qui paullo ante legerat, πυρὴν vocari totum hoc solenne. Si ἐνίεναι simpliciter esset *incendere*, stare posset πυρὴν, ut vocaret hoc nomine totam illam arborum succendendarum multitudinem. GESN.

ead. l. 15. Πολλοὶ] Miror iterum, numquam πουλοὶ legi. An igitur Noster hoc oblitus? an librarii hanc Ionicam scilicet elegantiam nescivere? REITZ. Scilicet auctor minus curavit formas, quam res; quod noli mirari miratos semper esse eos, qui syllabarum aucupes esse malunt, quam internae indolis et universae styli venustatis observatores ac judices. LEHM.

ead. l. 17. Φορέουσι — ἱρὰ] *Sacra.* De φορέουσι saepius supra monui. SOLAN. Φέρουσι] *Solan.* φορέουσι emendarat, sine auctoritate. Licet recte forsan, tamen quia id c. 48. et bis 52. etc. non tantum reliquit, sed alibi quo-

que in hac Dissert. plus decies ita occurrit, nihil ego contra libros ausim. Tum ne verum quidem est, φορέειν semper Ionibus dici, ut supra satis indicatum. REITZ.

Pag. 122. *l.* 1. Ὄργια] In omnibus impressis et Ms. M. legitur ὅρκια. Sed hic necessario mutandum. Vid. supra c. praeced. et 15. Unde ratio emendationis satis patebit. SOLAN. Quid sibi ὅρκια hic velint, non intelligo. Ὄργια postulari arbitror, et interpretatus sum. GESN.

ead. l. 4. Ποιέουσι] Quare non ποιεῦσι, ut *Herodot.* Sed utrumque Ionicum est, et ποιέουσι etiam deinde in hoc opusculo. REITZ.

ibid. Ἀποκέαται] Vid. ad c. 32. REITZ. Pro ἀποκέαται Ms. Reg. 2954. legit ἀπικνέαται· inde facilis permutatio in ἀπικνέεται, quam lectionem interpretando expressit *Belinus.* BIP.

ead. l. 6. Τὰ δὲ] In eos enim asservantur usus. Ego τὸ δὲ reponendum censueram, quod et margini L. ab aliquo vetere grammatico observatum esse video, qui scripsit ἴσως, τό. SOLAN. Optime habet pluralis in sententia parenthetica, sive plures simul eodem tempore illic asservatos cogites gladios, sive unum tantum per vices annorum in eum usum ibi repositum. LEHM.

ead. l. 7. Τάμνει] Hoc *Herodot.* amat; vid. L. IV. REITZ.

ead. l. 14. Ὑπερθε] Anne ὕπερτε; ut *Herodot.* L. IV. Sed quia τε ambiguum foret, an pro *et* valeat, nihil muto. REITZ.

Pag. 123. *l.* 1. Φυλάξαντες δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ἀριθμὸν] *Observato septem dierum numero.* Ms. ἐννέα ἡμερέων ἀριθμὸν, *novem dierum numero.* GRAEV. Primo ἑπτὰ praestare credo τῷ ἐννέα, ob sacrum numerum septenarium. Dein tirones notare velim, ut φυλάττεσθαι τινὰ, etsi *cavere* aliquem significat, ut fugias, veluti φυλάττεσθαι τὸ δέλεαρ *Aelian.* l. V. et φυλάττεσθαι ἄκοσμα XIV, 19. *vitare indecora*, et *Aesop.* fab. 23. τούτους φεύγειν καὶ φυλάττεσθαι χρὴ, et fab. 86. f. et *Act. Apost.* XXI,

25. item φυλάττεσθαι ἁμαρτίας *Plutarch.* Cat. Maj. pag. 341. B. ita φυλάσσειν ἡμέραν esse *observare*, *exspectare*, ut obeas eum. *Long.* Past. III. 98. Ed. *Jungerm.* τῶν προβατευτικῶν ἀμέλειαν φυλάξας, et *observata*, *captata pastorum incuria.* Et L. IV. p. 109. Ed. *Moll.* νύκτα δὴ φυλάξας, quod et Lib. I. p. 5. Ed. *Jung.* habetur. *Alciphr.* similiter II. Ep. 1. fin. σὺ δὲ ἐμοὶ μέμνησο φυλάξαι τὴν ἡμέραν τοῦ δείπνου. Reitz.

ead. l. 5. Αὐτέων] Ita emendandum fuit, ut Dialectus postulat, et recte c. 45. legitur. Solan. Et paucis verbis ante haec. Lehm.

ead. l. 14. Δικαιέουσι] Sic *Ven.* 2. M. et reliquae δικαιεῦσι. Solan. Δικαιεῦσι] Hoc verum, etsi nec alterum improbum. Vid. satis testimoniorum ex *Herodoto* adferentem *Maitt.* de Dial. p. 212. Reitz.

Pag. 124. *l.* 1. Πέρι] Ego hanc voculam, quae in omnibus deerat, cum sententia postularet, inserui. Solan. Non opus erat. Vid. *Fritzsch.* Quaeststs. p. 211. Lehm.

ead. l. 11. Ὕδασί τε ψυχροῖσι χρ. λουτρῶν τε καὶ π.] *Haverk.* ad *Joseph.* T. II. pag. 162. pr. ubi legimus, οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι, haec *Luciani* conferri jussit. Sed non solum locutio convenit; verum et ritus quidam Esseniae sectae, ceterorumque Judaeorum eo libro ab *Josepho* describuntur, quos et *Lucianus* tangit, et quorum vestigia quaedam vel in templo illo Syriaco invenit, vel finxit. Reitz. Quae his juncta sunt verba: ἄρας ἀπὸ τῆς ἑωυτοῦ, imprudenter a *Gesnero* sic translata: *Tum ablata iterum de suo capite*, castigavi, monitus a *Schäfero* ad *L. Bos.* Ellipss. p. 376. Lehm.

ibid. Χρεώμενος] In M. χρεόμενος, sed a recentiore manu est litera χ, unde constat, primo scriptum fuisse ῥεόμενος. Solan.

ead. l. 12. Χαμοκοιτέων] *Florentinae* lectionem veram suspicor, et licet in aliis compositis saepe α in ο migret, et vicissim, tamen hic diphthongum αι servandum arbitror, quia in ceteris compositis manet, ut χαμαίβατος, χα-

μαιγενὴς, χαμαικλινὴς et pluribus aliis, unde merito dubitat *Steph.* num in *Hesychio*, qui χαμώκοιτος cum ω scribit, non etiam χαμαίκοιτος sit scribendum. REITZ.

ead. l. 14. Αὗτις] Ita recte M. *Fl.* et *Bas.* 2. Nam *Fr.* hic cum reliquis aberrat. SOLAN.

Pag. 125. *l.* 2. Καὶ τόδε πατρόθεν οἴκοι δέχονται] Mirifice interpretes, quorum prior, *et quod ex patria cujusque venit, id denuo apud se recipit;* citerior, *atque hoc e patria domi recipiunt.* Imo *atque id ab patribus*, majoribus, *in domibus* et familiis suis *retinent.* Tessera illa et conjunctio hospitalis ab patre propagatur in filium, et ab hoc exercetur conservaturque. Neque sane mox dicerem *sumptis libamentis* ἐπισπείσας, sed datis et fusis libamentis. GRON. Non persuadet mihi *Gronovius*, οἴκοι δέχεσθαι significare *in familia sua retinere.* Est sine dubio οἴκοι δέχεσθαι opus hospitis, qui domum suam aliquem recipit. Itaque τόδε πατρόθεν significare puto, *quidquid est ex illa patria, quae ipsis assignata est.* GESN.

ead. l. 12. Στίζονται] Imo etiamnum mos ille ridiculus in illis regionibus obtinet. Omnes enim, qui terram sanctam invisunt Christiani, stigmata referunt, hic servatoris in cruce pendentis, ille sepulchri, alius alterius alicujus rei itidem sacrae. Quae superstitio non ridicula tantum, sed cum summo dolore conjuncta, quandoque etiam non sine ipsius vitae periculo est. In balneis itaque aliquando videas, quorum corpora tota sacris illis figuris cooperta sunt; quoque plura stigmata gerunt, tanto sanctiores habentur: sancto enim titulo omnes decorant, qui vel tantillum ridiculo isto sacro initiati sunt; sed longe facilius corpori notae inuruntur, quam, quae vera sanctitas est, animi maculae absterguntur. SOLAN. Ut ii, qui hodie Hierosolymam eunt. LA CROZE.

ead. l. 13. Καρποὺς] De *carpis*, manuum partibus, hic sermonem esse, perspicuum est; sed quia καρπὸς etiam *fructus*, deceptus est *Augustinus*, verba Psalmi 128, 2. τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι, reddens, *labores fructuum tuorum manducabis;* cum sit, *labore manuum tua-*

rum vescitor; bene observante *Gatakero,* in Cinn. p. m. 245. REITZ.

Pag. 126. *l.* 1. *Κεῖνοι*] Bene, pro *ἐκεῖνοι*, v. supra, c. 16. REITZ.

ibid. Τῇσι παρθένοισι] Leg. *Jul. Pollux* libr. III. Demosthenis Encomium, quod sequitur, non esse *Luciani,* jam monui praefat. ad lectorem: satis prodit stylus. Attamen *Thomas Magister ἐν ταῖς ἐκλογαῖς Ἀττίδος,* in dictione *ἐπιδρομὴ* citat locum hujus encomii, ut *Lucianeum.* Atque etiam quidam dubitarunt, an tractatus de Dea Syria esset *Luciani.* BOURD. *Τῇσι παρθένοισι, καὶ τοῖσι ἠϊθέοισι*] Si ridere Ionismos in animo habuisset frequenter repetendo ingratas illas in *σι* terminationes, sive perpetuos *σι*, *σι*, *σι*, sibilos, potuisset et in hoc imitari *Herodotum* septies ita jungentem p. 262. D. *τούτοισι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι τόποισι κατοικημένοισί εἰσι τοῖσι.* Et p. 264. f. etc. REITZ.

ead. l. 2. *Γάμον ἴέναι*] Pro *πρὸς* vel *εἰς γάμον* ut *ἐλθόντας τὸ ἱερὸν, Paus.* p. 259. 9. Ed. *Fr.* referente *Maittaïr.* p. 74. Sic *ἔρχεσθαι κλισίην, Homero* familiare, recte observante *L. Bos.* de Ell. p. 268. quod tamen in verbo *ἰκάνω* ei nondum concedo: nam cum *ὃν μὲν ἰκάνω Homerus* ait, et *ἰκάνω invado* significat, potest *quemcunque invadam* etiam sine ulla ellipsi exponi. REITZ. Ellipsis praepositionis *εἰς* in verbis motum significantibus in aliquem locum, quum, ipso illo *L. Bos.* p. 678. sq. *Schäf.* monente, magis poëtis, quam prosaicis scriptoribus, sit usitata, dubitari sane potest de lectionis veritate; magis etiam dubites, qua ratione omnino loco subvenias. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

ead. l. 4. *Πόλει*] Qui delicias Ionicas amat, *πόλι* scriberet; ita enim ablat. sive dativ. formatur *Herodot.* Vid. L. VI. 383. A. (Ed. *Steph.*) item 389. A. et IX. 589. B. etc. aut saltem *πόλεϊ* corrigeret. Sed quia *πόλει* perpetuo in hoc Dial. ut c. 1. 10. 13. 21. ac 22. etc. nihil mutavi, etsi scribarum vitium puto. REITZ.

ead. l. 5. *Τοῖσι δὲ νέοισι*] Mallem *αἱ δὲ παρθένοι,* vel, quod ad scripturam magis accedit, *τῇσι δὲ παρθένοισι,*

nam de *virginibus* antea dixerat; nisi mox a se id praestitum narraret. Vid. *Theophr.* Char. 21. SOLAN.

IN DEMOSTHENIS ENCOMIUM.

Pag. 127. *l.* 1. *ΔΗΜΟΣΘΕΝ. ΕΓΚ.*] Stylus hujus libelli a Luciani lepore, gratia et perspicuitate longe abest, Sophistamque potius olere videtur. KUSTER. Luciani si genuinus foetus censendus hic libellus, a juniore scriptum esse, et ante XXX. aetatis annum crediderim. Sed supposititius est. Vid. notas ad c. 24. *NB.* editis cum notis in suo Demosthene *Wolfius.* SOLAN. Esse non videtur Luciani, sed alicujus Lucianum *χαχοζηλοῦντος. Marcil.* Si Lucianus auctor est hujus libelli, quod in neutram partem facile confici posse arbitror; prior pars Satirica esse videtur, in laudatores ineptos, magno conatu magnas nugas vel poëticas vel solutae orationis agentes. Altera pars autem, quae ex Macedonicis depromta commentariis fingitur, digna Luciano, et maximo quovis ingenio. Hinc tumidum illud et plus ferc, quam Sophisticum dicendi genus, quod movit *Marcilium,* ut Luciani esse negaret, itemque quod *Aristotelis, Xenocratis, Theophrasti,* condiscipulorum forte suorum, auditor fuisse dicitur Demosthenes; haec, inquam, non imputanda sunt auctori, non magis, quam quae in aliis id genus libellis ex alia persona dicuntur. Quin veniam etiam ab aequis lectoribus spero, si interpretatio nostra quibusdam locis parum candida et facilis videatur, quippe quae, quantum ejus fieri potest, etiam dictionem et formam exempli sui referre debeat. GESN. *Διατριβὴ* indigna Luciano, scripta Alexandriae. Vid. c. 8. 9. 24. 35. etc. Ad stylum *Plutarchi* mihi valde accedere videtur. LA CROZE. Communi doctorum consensu non creditur ab Luciano compositum; et revera stylus adfectatione plenus et rudis valde differens a Luciani charactere justam dat suspicionis caussam etc. Vid. Misc. Obs. Maji et Jun. 1733. p. 368. Nomina personar. Grae-

cis addidi, quae *Gesnerus* versioni inseruerat. Reitz. Secuti quidem sunt recentiores Editores. Sed quum haec narratio sit, vel potius declamatio, quod vel interposita ἔφην, ἦν δ' ἐγώ, et similia, docent, nec vero dialogus natura sua ac forma: ad communem veterum Editionum rationem revertendum putavi. Quod autem ad auctorem hujus recitationis attinet, eorum sententiae, qui Lucianum esse negant, in quorum numero etiam est auctor Scholii ad titulum, e recentioribus accesserunt *Belinus* in not. ad vers. Tom. V. p. 187. et *Wannowski*, Rastenburgensis grammaticus, in commentatione scholastica inscripta: De initiis Theoriae casus qui dicitur absolutus (*absoluti*) a. 1825. Regiomonti edita. Contra *Wielandius*, omnino cum *Gesnero* consentiens, recte censet in not. ad vers. Tom. VI. p. 123. sq., ex ipsa inventionis et compositionis novitate et insolentioris formae audacia patere, egregii hujus opusculi neminem, nisi Lucianum ipsum, esse potuisse auctorem, quoniam ex aetate illa magnorum et elegantium ingeniorum satis sterili, nemo innotuerit, cui talis libellus merito adscribi possit. Recitationem autem (προσλαλιὰν) esse hoc summi oratoris encomium, facile ex iis locis colligo, ubi ad auditores praesentes sermo convertitur, ut cap. 1. τάχα τινὲς αὐτὸν ὑμῶν ἐπίσταιντο. cap. 2. ἴστε δήπου τὸν — νεώ. cap. 27. ὑμῖν ἀναλέξομαι. Athenis porro, non Alexandriae, ut nonnullis visum est, aut alibi, hanc acroasin esse recitatam, nemo rerum Atticarum vel mediocriter gnarus idemque attentus hujus encomii lector inficias iverit. Respice inprimis capp. 1. et 2. et quae ibi de Ptolemaei templo sunt dicta. Denique non a juniore Luciano, sed a viro cultioris doctrinae subactique jam judicii, scriptum hunc libellum esse, ut omnino ex universa ejus indole ac forma propria, ita maxime ex iis, quae cap. 24. leguntur, clarissime apparet; ubi vide quae ad verba τοσούτων ἐτῶν a nobis sunt monita. Lehm.

ead. l. 3. *Βαδίζοντί μοι*] Luciani non videtur. Guyet.

ead. l. 4. *Ἕκτης ἐπὶ δέκα*] Eo die mensis Pyane-

psionis obiisse Demosthenem, auctor est *Plut.* sub fin. ejus vitae pag. 1576, 2. V. *Dem.* 164, 1. SOLAN. Cum mensem non nominet, nihil inde de natali die vel Homeri vel Demosthenis colligas. Et lusit, credo, auctor in hoc etiam, quod natalem inducit celebrantes poëtae et oratoris maximi, cum de neutro aliquid constaret. GESN.

ead. l. 5. *Θερσαγόρας*] Quis hic sit, nescio. Poëtam fuisse, mox audies. Ad nos aliunde ejus fama non pervenit. SOLAN.

Pag. 128. *l.* 2. *Θερσαγόρας*] Adjecerat *Hemst.* videndum *L. Bos.* ad Evang. *Luc.* XVIII, 13. ubi cum itidem nominativus legatur, *ὁ θεὸς, ἱλάσθητί μοι*, post exempla alia etiam hoc Luciani adfert, addens: *Neque tamen Atticismum hunc animadvertit Luciani interpres h. l. quando reddidit:* Hic Thersagoras poëta est. *Debebat:* Thersagora poëta, quonam, et unde? — At *Gesnerus* vel sine hac admonitione pristinum errorem jam correxit. Conf. Bis. Accus. c. 20. f. et 33. pr. Adde, si vis, *Aesop.* F. 129. f. *τῶν ἐδείπνησας, φίλος;* REITZ.

ead. l. 6. *Ὁμήρου γενεθλίοις*] A quo oraculo edocti natalitia Homeri, et quando celebrari coepta sint, alii doceant. SOLAN.

ead. l. 10. *Ὅπερ οὖν ἔφην, δεῖ μέν μοι καὶ τοῦ περιπάτου*] *Salmuriensis* interpres accipit, ac si mutetur persona, et cum antea locutus fuerit Thersagoras, nunc incipiat Lucianus: unde voculam *καὶ* hic praecipue efficacem omittit in versione, quam vides esse: *Ego vero, ut dixi, deambulatione opus habeo.* Hanc sententiam admisit ab *Melanchthone*, qui prorsus eodem modo, *Tum ego: Et mihi opus est deambulatione.* Sed profecto non ita est, et continuatur persona Thersagorae, qui, cum ante jam dixerat de ambulando *καὶ τούτου δεόμενος*, id nunc repetit, dicens, *Quod igitur dicebam, etiam deambulatione quidem opus habeo; multo autem prius, ajebat, venio hunc salutare optans.* GRON.

ead. l. 12. *Ἴστε δήπου τὸν*] Vid. *Plut.* 1557, 1.

Erat etiam in Ceramico statua intra urbem, quam a Polyeucto factam tradit *Plut.* in ejus vita. *Meurs.* Ath. Att. 23. AG. IV. 974. SOLAN.

ead. l. 13. *Τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τῶν Πτολεμαίων νεὼ*] *Hunc in templo Ptolemaei ad dextram collocatum esse.* Ms. *τοῦτον Πτολεμαίου νεώ.* Lego, *τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πτολεμαίου νεὼ*, ut et legisse videntur interpretes. Ptolemaeus autem Philopator Homero templum dedicavit, ut auctor est *Aelianus* Var. Hist. XIII, 22. GRAEV. Templi Homero a Philopatore Ptolemaeo structi mentio est apud *Aelian.* V. H. XIII, 22. quod Alexandreae collocat, nescio quam bene, *Marshamus* in Can. Chron. p. 441. An illud idem templum hic signari dicemus, et scenam dialogi esse in Aegypti Alexandrea? Nolim sane hoc solo argumento: cum praesertim Ptolemaei Gymnasium in ipsis Athenis Atticis inveniam. *Pausan.* L. I. pag. 29, 31. GESN. *Graeviani* Codicis lectionem ita puto respici posse, ut inde corrigatur: *τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦτον τοῦ Πτολεμαίου νεώ.* Nec verebor, ne sic *τοῦτον* in ore celerius loquentis incommodo loco interpositum videatur. Verum quum et pluralis *Πτολεμαίων*, de unius Ptolemaei templo acceptus, si quidem illud, quod par est, Athenis esse cogitatur, satis defendi possit, nolui conjecturam, etsi forsan haud improbabilem, ratae lectioni praeferre. LEHM.

ibid. Τῶν Πτολεμαίων νεὼ, τὸν καθειμένον τὰς κόμας] Homerus comatus. GUYET.

ead. l. 17. *Δημοσθένην*] *Solanus* non semel dubitasse videtur, *Δημοσθένη*, an *Δημοσθένην* rectius ederet. In paradigmatibus quidem grammaticis accusativus formatur *Δημοσθένη*. Sed saepius apud Nostrum *Δημοσθένην*· ut supra bis ter vidimus, ac mox rursus. Et sic ap. *Aeschin.* frequentius accusat. in *ην* terminatur, quam in *η*. Vid. ejus Orat. contra Ctesiphontem pag. 420. D. Edit. *Par.* Et 437. A. et D. Item 436. B. et E. 438. A. etc. Et ipsum *Demosth.* de Corona p. 481. D. *Δημοσθένη* tamen ibid. pag. 451. B. et 467. B. Conf. quae Tom. I. ad Scholiast.

dixi. Item T. V. p. 465. v. Ἄρη. Rursus quae ad Scholiast. Eunuch. Schol. 5. ubi Ἀριστοτέλην quoque *Laërtio* usitatius esse, quam Ἀριστοτέλη, notavi, etsi Διογένη, Σωκράτη, et similia occurrunt ibidem. Ἀριστοφάνην vero Bis Accus. c. 33. ubi *Fl.* tamen Ἀριστοφάνη. Sed quid tricamur in iis, quae utrovis more formantur? Notavimus tamen, ut alii editores deinde non nimis solliciti sint in hoc nominum genere. Reitz.

Pag. 129. *l.* 2. Συμβουλοίμην ἄν σοι] Legendum puto συμβαλοίμην. Certe hoc interpretatus sum. Gesn. Nec rationem ego, nec necessitatem, corrigendi intellexi. Lehm.

ead. l. 4. Τῆς εὐροίας τὸν Ὅμηρον ἐπιγράψασθαι] Sic omnino legendum ex *Aldina* editione, quamquam vitiose ibi εὐῤῥοίας. Homero se debere ait, quod sponte sua carmen numeros venisset ad aptos, et flumen quasi bonorum versuum licuisset effundere. Gesn.

ead. l. 7. Εἰ ἄρα τῳ] Ἐγκλιτικῶς et Attice τῳ pro τινὶ, ut infinita magis sit oratio. Gesn.

ead. l. 9. Καὶ πέπονθας τὸ τοῦ τὸν δόλιχον νενικηκότος] Vertitur: *cui idem accidit, ac illi, qui dolicho victoriam est adeptus.* Cur non? *cui idem accidit, ac illi, qui in stadio vicit.* Sic enim Latini loquuntur, qui ignorant vocem *dolichum.* Sic et statim, καὶ σὺ δή μοι δοκεῖς νενικηκὼς τὸν δόλιχον τῶν ἐπῶν, inepte vertitur, *et tu certe mihi videris verborum dolicho devictus;* cum sit vertendum, *et tu mihi videris in carminum stadio vicisse.* Graev.

ead. l. 12. Ἐπίδοξον κληθήσεσθαι] Barbare prorsus antea legebatur ἐπιδόξου. L. Codex hanc scripturam suppeditavit, ex qua sensus jam aliquis erui potest, ex vulgata nullus. Solan.

Pag. 130. *l.* 1. Ὡς δή σοι] Δή τοι forsan. Guyet. Ὡς δή σοι] Haec etiam impeditiora. L. quidem et *Fl.* σὺ, sed ne sic quidem satis explicita. Solan. Ὡς δή σοι — ἐργασαμένῳ] Sic legendum arbitror, ut pendeat ab κατορῥωδοῦντι. Gesn. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

ead. l. 5. Σμικρὸν] Euphoniae caussa legerem μικρόν.

Reitz. Delicatius hoc vel linguae, vel auris judicium non invidebo *Reitzio*. Lehm.

ead. l. 7. *Πλείων εἰμὶ*] Ut supra saepe vidimus *ὅλος εἰμὶ*, *totus sum in eo*; ita hic *potior sum*, pro, *magis eo inclino*, usurpat. Reitz.

ibid. Πρὸς Ὁμήρου] *Πρὸς* pro *ὑπὲρ* ait Scholiastes recentior, (ut qui etiam Urbanum Grammaticum adlegat) quod non plane falsum; nempe quantum *ὑπὲρ* tum valet *pro*, quo sensu oratoribus est frequens. Conf. supra Deor. Dial. XX. §. 3. *τοῦτο μὲν ἅπαν ἀγαθὸν καὶ πρὸς ἐμοῦ λέγεις*, quod accuratius *Hemsterh.* reddit, *e re mea narras*, ac Scholiasten *Aristoph.* leviter reprehendit. Quia *πρὸς τινὸς λέγειν* proprie est, *ab aliquo dicere*, ut *ab aliquo stare*, i. e. *a partibus* alicujus. Ita et hic *τετάχθαι γνώμην πρὸς Ὁμήρου*, erit: sententiam meam adjungere partibus *Homeri*: metaphorice, copias meas adscribam ordinibus *Homeri*. Reitz.

ead. l. 8. *Πρὸς τοῦ Δημοσθ.*] Subaudi *τετάχθω*. Guyet.

ead. l. 10. *Κατὰ*] Forsan *καί*. Guyet.

Pag. 131. *l.* 8. *Ὀλυνθιάρες*] *Hom.* Il. *A.* 225. Solan.

ibid. Φιλίππου μέθας] *Demosth.* Ol. II. p. m. 16. C. *εἰ δέ τις σώφρων ἢ δίκαιος ἄλλως, τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου, καὶ μέθην, καὶ κορδακισμοὺς οὐ δυνάμενος φέρειν, παρεωρᾶσθαι καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον.* Solan. Respicit ad Olynth. II. p. 23. E. (Ed. *Wolf.* 1604. f.) ubi *τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου καὶ μέθην, καὶ κορδακισμοὺς* conjungit. Ibi *Ulpian. Κορδακισμὸς ἐστὶ εἶδος ὀρχήσεως αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς.* Gesn.

ead. l. 9. *Εἷς οἰωνὸς ἄριστος*] *Hom.* Iliad. *M*, 243. *Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.* Idem Od. 496. *οὔ οἱ ἐείκὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης Τεθνάμεν.* Solan.

ead. l. 10. *Δεῖ γὰρ τοὺς*] Locus exstat in Or. pro Cor. p. m. 162. A. quem ob praestantiam mox integrum

exhibebimus ad *πέρας μὲν* etc. Solan. Pro Coron. cap. 28. *Δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα· φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ Θεὸς διδῷ γενναίως.* Gesn.

ead. l. 12. *Ἤ κε μέγ'*] *Hom.* Il. *H*, 125. Solan.

ead. l. 13. *Πηλίκον*] Perlectis Ol. et Phil. aliisque multis haec verba apud *Demosth.* nondum reperire valeo. *Liv.* XXI, 53. *Quantum ingemiscant, inquit Sempronius, patres nostri, circa moenia Carthaginis bellare soliti, si videant nos, progeniem suam, duos consules, consularesque exercitus, in media Italia paventes intra castra?* Solan. Orat. contra Aristocr. p. 759. med. *Πηλίκον ποτὲ στενάξαιεν ἂν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, οἱ ὑπὲρ δόξης καὶ ἐλευθερίας τελευτήσαντες, καὶ πολλῶν καὶ καλῶν ἔργων ὑπομνήματα καταλείποντες, εἰ ἄρα αἴσθοιντο, ὅτι νῦν ἡ πόλις εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε.* Gesn.

ead. l. 15. *Ῥέοντα Πύθωνα*] *Dem.* Or. pro Cor. c. 43. p. m. 172. A. *ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα οὐδ' ὑπεχώρησα.* Quem locum respicit et *Philostr.* pag. 482. Ubi a doctissimo interprete alio amandamur: unde factum etiam, ut phrasin mutatam voluerit, minus commode. Solan. De hoc Philippi oratore *Dem.* pro Cor. c. 84. Gesn.

ibid. *Ὀδυσσ. νιφάδας*] *Hom.* Il. *Γ*, 222. Cetera vid. Il. *M*, 323. Solan. Ex quo Lucianum etiam emendavi. Reitz.

ead. l. 19. *Πέρας μὲν*] *Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις* [*ἐστὶ*] *τοῦ βίου* [*ὁ*] *θάνατος. κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ· δεῖ* [*δὲ*] *τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς τὴν ἀγαθὴν προσβαλλομένους ἐλπίδα. φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως.* Omnibus enim hominibus vitae terminus est mors. Etiamsi quis in cellula conclusum se tenuerit. Viros vero fortes honesta semper aggredi oportet, bona interim spe munitos: quidquid vero Dii voluerint, generoso animo perferre. Solan. *Demosth.* pro Coron. c. 28. *Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν* —

τηρῇ. Deinde statim illa, quae modo dedimus, *Δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας κ. τ. λ.* Ceterum de *οἰκίσκῳ* *Ulpiani* observationem adscribere placet: *φασὶ τὸν ὄρνεων οἶκον οὕτω καλεῖσθαι παρ' Ἀττικοῖς. Λέγει οὖν, ὅτι κἂν μεταβάλλῃ τις τὴν δίαιταν, κἂν ὄρνις εἶναι νομίζηται, ἀποθανεῖται πάντως, καὶ μὴ δεικνὺς ἑαυτὸν, ἀλλ' οὕτω κρυπτόμενος.* Itaque *caveam* vertimus. GESN.

ibid. Θάνατος] *Demosth.* de Cor. 28. qui ὁ θάνατος. SOLAN.

ibid. Κἂν ἐν οἰκίσκῳ] Utitur et *Alciphron* totidem verbis I. Ep. 25. nisi quod αὐτὸν tantum postponat, scribens: *κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὐτὸν τηρῇ*, ubi *Bergler.* bene: *Sunt Demosthenis verba ex Orat. de Corona, quae crebra allusione auctorum quasi in proverbium abierunt. Mutuatus autem est hanc sententiam ex Homeri Demosthenes, ut annotant Plutarch. de Poësi Homerica — Lucian. in Enc. Demosth. et Clem. Alex. VI. Strom. ubi parallela colligit ex antiquis, et posterioribus. Locus Homeri, quem adumbravit Demosth. est Il. M*, 322. *cujus summa:* Si post hoc bellum essemus immortales futuri, dissuaderem pugnam; sed quia mille modis instat mors, pugnemus gloriose. — Sed non satis constat argumentum, si *post bellum* reddas Homeri sententiam: nam *post bellum*, esset *bello patrato*, quae minime dictant verba poëtae, contrarium dicentis, nempe, — *εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντες Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε Ἔσσεσθ'*, id est, *quod si bello hoc evitato senii mortisque expertes essemus* etc. REITZ.

Pag. 132. *l.* 1. *Μυρίαι*] Locum laudat *Thomas Mag.* v. ἐπιδρομὴ, ubi corrupte legitur *κυρίαι*, et deest vox αὖθις. SOLAN.

ead. l. 6. *Σὺν τῷ καιρῷ*] Verius puto *καιρίῳ*, ut intelligatur vis illa, qua animum feriunt. Quae sit *καίριος* vel *καιρία πληγὴ*, nemo temere ignorat. GESN.

ibid. Τὸ τοῦ τρ.] I. e. orationis moratae. GUYET.

ead. l. 9. *Παῤῥησίαν — ἀνειμένος*] Petita phra-

sis videtur ex Iliad. *I*, 372. *ἀναλδειαν ἐπιειμένος. Ἀνειμένη ψυχὴ* aliud est. Vid. *Philostr.* p. 767. libera mens (curis). Ad *Ἀχαΐδας* vid. Il. *B*, 235. *H*, 96. Solan.

Pag. 133. *l.* 2. *Περιφρονοίην*] *Wolf. ὑπερφ.* Sed omnes libri nostri consentiunt; nec mutare opus est. Solan.

ead. l. 3. *Τὴν σὺν*] Lege *σήν*. Guyet.

ead. l. 5. *Δημοσθένην*] Vid. ad c. 2. Reitz.

ead. l. 7. *Τοὐμὸν*] Scilicet *ἀγώνισμα*. Guyet.

ead. l. 11. *Οὐκ ἦν*] *Euripid.* Phoen. 503. ubi tamen quidam Codd. *Eurip.* hoc male. *Εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις.* Quod mendose in *Canteri* Ed. sine *ἂν* legitur. Solan.

Pag. 134. *l.* 1. *Σμύρναν*] Sic *Hag.* (?) *Bas.* utraque, *Gr.* et *Fr.* Reliquae *Στυππίαν*, et, quod mireris, *Par.* et *Salm.* quae *Στυππίαν* retinent, *Smyrnam* vertunt. *Stephanum Byz.* frustra consului. Solan. Interpretes *Melanchthon* et *Bened.* Smyrnam etiam dederant, etsi *Στυππίαν* in Graecis edidere uterque. Reitz.

ibid. Θήβας τὰς Αἰγυπτίας] De Homero vel Aegyptio vel Ind. adeo. v. quos laudat *Casaubon.* ad *Athen.* IV, 14. Aegyptium etiam vocat Calasiris apud *Heliodor.* Aethiop. l. III. p. 148. Gesn.

ead. l. 5. *Ἢ τὸν Ἰωνικὸν*] Forte *Ionicum* hoc *tempus* pertinet ad migrationem illam Ionicam, quae facta est Attico anno 536. id est, post Trojam captam annis 163. Sane Arundellianum marmor posteriorem facit Homerum Trojano bello annis 168. V. *Marsham.* Ca. Chron. p. 352. et 360. sq. Gesn.

ead. l. 6. *Ὅπου γε*] Aut haec loco mota sunt, aut valde absurdus scriptor censendus est: nam quod *Melanchthon* vertit, *quidam* etc. ex ingenio isthaec mutavit. Solan. Liberior quidem est *Melanchthonis* versio, et vero *Gesneri*; at neutra a mente auctoris ejusque verbis aliena. Nec vero auctor ipse absurdus, licet tumidior ejus oratio. Verbis hoc fere dicit: *Ac ne de aetatis quidem Homericae ad Hesiodeam ratione liquido quidquam scias, quandoquidem etiam*

de nomine ipso ambigitur. Mente autem id vult, quod suo quisque modo expresserunt interpretes. LEHM.

ead. l. 7. *Πενίας*] *Πενίαν* fortasse. GUYET.

ead. l. 8. *Ἀλλὰ μὴ*] Corrige *μήν*. GUYET. (Idem habet *Menag.*) *Μὴν*] Ego *μοι* conjiciebam pro *μὴ*, quod in impress. est. Nunc *μὴν*, quod *Menagio* placuerat, in L. reperiri cum videam, in textum etiam recepi. SOLAN.

ead. l. 9. *Περὶ στενὸν*] Ego unica voce *περιστενὸν* scribi debere censeo. SOLAN. Nimirum *περίστενον*, ut in nota *Reitz.* Ed., non *περιστενὸν*, ut e textu *Reitz.* prave correxit *Bipontinus* Editor. LEHM.

ead. l. 16. *Αἱ λιπαραὶ*] *Pindar.* Isthm. II. §. 4. *Λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις* l. c. *Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι* etiam Pindaricum est, teste *Plut.* 414, 2. Ed. *Steph.* quem vide et 623. De reliquis verbis accipe *Philostrati* locum pag. 829. et 830. *αἱ δὲ εἴσω μέλιτται περιεργάζονται τὸ παιδίον*, Pindarum, *ἐπιβάλλουσαι τὸ μέλι.... ἐξ Ὑμηττοῦ τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν. καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνστάξαι Πινδάρῳ.* Vox *Ἀθηνῶν*, quae hoc in loco a *Morello* inserta est, nupero *Philostrati* enarratori non placet. Nescivit scilicet vir doctissimus, *ῥῆσιν* esse Pindaricam; necessarioque aut requiri vocem, aut intelligi, quod vel sequentia verba, etiamsi diserti in eam rem deessent auctores, satis evincunt. Imo ipse *Graevius*, qui caetera recte interpretatur, dum locum hunc *Philostrati* ad Quom. Hist. Conscr. c. 15. profert, hoc ignorasse videtur, cum putat voce *τοῦτο mel Hymettium* intelligi; cum palam sit, *Elogium* hoc ipsum intelligi debere, non *mel Atticum.* Vid. *Eur. Tr.* p. 503. A. SOLAN. *Pindaricum* hoc Athenarum elogium agnoscit Schol. *Aristophan. Nεφ.* 298. cujus Lyrici loca pluscula laudat *Spanh.* ad l. c. qui non *pingues* intelligi vult Athenas, cum *λεπτόγεων* sit solum Atticae, sed *splendidas.* Videtur tamen neque altera illa exsulare significatio debere, quod olearum ferax fuit Attica, vel ob id ipsum, quod *λεπτάγεως. Florentinus Geopon.* 9, 4. extr. de oleis *Ἡ δὲ λεπτόγειος ἐπιτηδεία, καὶ μαρτυρεῖ ἡ Ἀττική.* Add.

Cerda ad *Virg.* Ge. II, 179. seq. Deinde nisi λιπαραὶ Ἀθῆναι sint pingues, vix intelligitur jocus *Aristophanis* Acharn. 640. ubi ridet eos, qui hoc epitheto Athenarum ita delectentur, cum eodem plane modo laudentur apuae. Εἴ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας. Εὗρε τὸ πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαρὰς, ἀφύων τιμὴν περιάψας. Vid. *Casaub.* ad *Athen.* V, 3. Interim *nitidas* dicere in versione placuit, quia *nitere* dicuntur, qui bene habiti sunt, inprimis ab oleo etc. GESN.

ibid. Τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα] Sic supra T. I. Tim. §. 50. pr. ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους, τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, ubi plura *Hemsterh.* Adde *Gatak.* Cinn. cap. 20. p. 392. Edit. min. Majoris 384. Ac *Drelincourt.* Homeric. Achil. pag. 53. qui plurima auctorum testimonia collegit, a quibus Achilles aliique Heroës patriae vocantur *munimentum*, *turris*, *murus*, *columen.* Sed parum habet utilitatis talia hic collegisse. REITZ.

Pag. 135. *l.* 1. Ἐπὶ τῆς] An ὑπό; GUYET.

ead. l. 2. Ἑρωτας θεῶν] Vid. De Salt. c. 39. SOLAN.

ibid. Κρίσεις] Neptuni et Minervae lis nota, quam tangit etiam De Salt. c. 39. SOLAN. Hoc argumentum ipse tractat *Demosthenes* contra Aristocr. p. 735. fin. ubi tum quinque celebria Atticae judicia recenset, tum Areopagum eo nomine commendat, Ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ θεοὶ δίκας φόνου καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἠξίωσαν, καὶ δικασταὶ γενέσθαι διενεχθεῖσαν ἀλλήλοις, ὡς λόγος. Λαβεῖν μὲν Ποσειδῶν ὑπὲρ Ἁλιρρόθιον τοῦ υἱοῦ παρὰ Ἄρεως, δικάσασθαι δὲ Εὐμενίσι καὶ Ὀρέστῃ οἱ δώδεκα θεοί. Est et apud *Liban.* Or. XXII. et XXIII. conficta Neptuni actio, et defensio Martis. Κατοικήσεις intelligo praeter ipsam Minervae in arce commorationem, illam Panis infra Pelasgicum, de qua *Lucian.* Bis Accus. p. 219. pr. GESN.

ead. l. 3. Ἀρωρεὰς] Olivam, equum, frumentum. SOLAN.

ead. l. 6. Οὐδ' ἂν εἷς] Respicit ad formulas *Demo-*

sthenis, v. g. pro Coron. cap. 2. extr. *οὐδ' ἂν εἷς ταῦτα φήσειε*· c. 39. *οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδέν.* GESN.

ead. l. 7. *Φησὶν ὁ Δημ.*] Verba haec apud *Demosth. π. τῶν συμμ.* non invenio, sed iis proxima sunt, ad eaque respicit haud dubie, quae de Atheniensibus habet, qui contra Persas fortiter pugnando, urbe sua relicta, gloriam erant assecuti immortalem. Phil. II. (144. A.) *ἀξίως δ' εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται... ἐστὶ γὰρ μείζω τὰ ἐκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι.* SOLAN.

ibid. Ἀφθονία μὲν ἦν ἄν μοι περιττὴ πάντως τόδ' ἐγκώμιον. οὐκ ἄν ἀπαρτᾶν ἐνομιζόμην] Turpis macula ex *Salmuriensi* editione in hanc propagatur, dum sic editur, cum voces illae *τόδ' ἐγκώμιον* pertineant ad sequentia, ad quae retulit etiam interpres, sed infelicissime vertens, *idque encomium non distrahendum putarem:* neque enim *ἀπαρτᾶν* est distrahere, sed suspendere. Certe melius *Melanchthon*, *idque encomium non existimarem praetermittendum esse.* Sic ex eadem *Salmuriensi* paulo ante video editum monstrose *Στυππίαν* pro *Σμύρναν.* GRON.

ead. l. 8. *Τὸ δ' ἐγκώμιον — ὄν*] Sic interpungendus hic locus, quod in sola *Bas.* praestitum est. In varia reliquae abierunt, et absurda. SOLAN.

ibid. Ἀπαρτᾶν] Verte *adnectere.* GUYET. *Ἀπαρτᾶν ἐνομιζόμην*] Etiam hac Demosthenica formula, pro Coron. c. 18. extr. *Καί με μηδεὶς ὑπολάβοι ἀπαρτᾶν τὸν λόγον τῆς γραφῆς, ἐὰν εἰς τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις καὶ λόγους ἐμπέσω.* Ne quis me putet a caussa et accusatione aberrare. GESN.

ead. l. 10. *Ἰσοκράτης — τῆς Ἑλ.*] Vide *Isocr. Ἑλεν. ἐγκ.* hodieque exstans. SOLAN.

ead. l. 14. *Τοὐπίσαγμα*] *Erasmi* emendationem in textum recipiendam duximus, Chil. IV, 2, 69. Quid enim hic *ἐπίγραμμα*, quod in omnibus nostris libris legitur? SOLAN. *Τοὐπίγραμμα*] Placuerat mihi quoque illud *ἐπίσαγμα Erasmi* et *Wolfii:* sed reduxit me in viam doctissimus *Hem-*

sterhusius, cum illud ambitiose factum a mercatoribus moneret, ut pittacia, tabellas, inscriptiones s. titulos affigerent saccis. GESN.

Pag. 136. *l.* 1. *Πατὴρ*] De quo jam ad Somn. c. 7. dictum est. SOLAN.

ead. l. 2. *Χρυσέα κρηπὶς*] *Plut.* 623. f. de Herod. mal. *Pindaro* tribuit. *Ἐπ' Ἀρτεμισίῳ παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο Φαεινὰν κρηπῖδα ἐλευθερίας·* et 1593. Vide etiam apud eundem 979. f. et 1, 2. et in Themistocle 210. f. Periit hoc *Pindari* opusculum. SOLAN. *Χρυσέα κρηπὶς κατὰ Πίνδαρον*] Pythior. 7. pr. patriam et genus Megaclis tanquam crepidinem aut fundamentum laudibus ejus substerni scribit. Jam respexerat ad hunc locum paullo ante, ubi negat ejusmodi *ἑδραίαν κρηπῖδα* laudum Homeri esse. GESN.

ead. l. 11. *Ἡσιόδου δάφνην*] Vid. Theogon. 30. SOLAN.

ead. l. 13. *Καλλίστρατος*] Hunc oratorem cum audiisset Demosthenes, eloquentiae tanto amore incensus est, ut statim relicto Platone Callistratum sectari coeperit, et eloquentiae studio totus incubuerit: qua de re legendus *A. Gell.* III, 13. meminit et *Plut.* SOLAN. *Gell.* III, 13. narrat ex Hermippo, ut Demosthenes *motus, demulctus et captus* oratione Callistrati Demagogi, *nobilem illam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην dicentis, ut eum inde sectari coeperit, Academiam cum Platone reliquerit.* GESN.

ibid. *Ὁ κατάλογος*] Oratorum scil. i. e. eloquentiae exempla. GUYET.

ead. l. 14. *Ἀλκιδάμας*] Is est, quem *Cic.* Tusc. I. *nobilem Rhetorem* appellat; nisi quod ibi prave legitur *Alcidamus. Plutarchus* Alcidamantem, ut *Lucianus*, vocat. SOLAN.

ibid. *Ἰσαῖος*] Chalcidensem fuisse, tradit *Plut.* 1543. SOLAN.

ibid. *Εὐβουλίδης*] Philosophus is Milesius. Vid. *Plut.* 1553. SOLAN.

Pag. 137. *l.* 2. Ἀπολισθαίνειν] Potest verum esse, quod *Fl.* refert, quae et alibi sic scribit. Sed quia vulgatum frequentius occurrit, nihil propter hanc solam immutem, nec refert. De Dom. cap. 12. f. διολισθαίνουσαν etiam legimus, ubi Schol. διολισθάνουσαν· idque crebro permutari, ibi obiter diximus. Reitz.

ead. l. 3. Κωμᾷν] I. e. τρυφᾷν, luxuriari. Guyet. Immo κομᾷν prima brevi, ut invitis Edd. dedi. Reitz.

ead. l. 5. Φρύνης] Duae hujus nominis fuere meretrices. Haec est, quam Fontenellus de gloria cum Alexandro in Dialogis venustissimis facit contendentem. Solan.

ead. l. 6. Ἀριστοτέλους] Vide, quae ad ipsum principium hujus libelli observavimus. Gesn.

ead. l. 8. Ἐν ἀνθρώποις] In omnibus libris legitur ἐπ. Tragicum videtur. Vide et Amor. c. 37. et confer haec cum Pseudol. c. 11. et Diall. Merett. VII. Solan.

ead. l. 12. Ἕλξειν] Ἕλξιν. Guyet.

ead. l. 15. Ὅσαι Ζηνὸς] Unde habeat, nescio. Solan.

ead. l. 16. Πάντα πόρρω] Quae de studio hoc Demosthenis dicuntur, ea copiose enarrata habemus a *Plutarcho* in utraque vita, a *Libanio* in vita, ut *Ciceronem* de Orat. I, 61. reliquosque taceam. Gesn.

Pag. 138. *l.* 1. Κουρὰ] Haec omnia *Plutarchus* enucleabit in vit. Rhetor. et Dem. *Libanius* etiam vit. Dem. Solan.

ead. l. 10. Μόνος γέ τοι τῶν ῥητόρων, ὡς ὁ Λεωσθένης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον, οὐ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον]. *Benedictus: Ac utique solus oratorum, ut Leosthenes dicere non dubitavit, animatam, non malleo fabricatam orationem protulit.* Quae sit *malleo fabricata oratio*, doceant fabrorum filii: nobis, qui Musis operamur, ignota est utique. Σφυρήλατος λόγος laudatur, non vituperatur. *Plutarchus* de oraculis Pythiae: ὥστε ταυτὶ μὲν τὰ προγεγραμμένα τῶν σοφῶν, τὸ γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ, μηδὲν ἄγαν ἀποδέχεσθαι, καὶ θαυμάζειν οὐχ ἥκιστα διὰ τὴν βραχυλογίαν, ὡς πυκνὸν καὶ σφυρήλα-

τὸν νοῦν ἐν ὀλίγῳ περιέχουσαν ὄγκῳ, et quae sequuntur. *Sicuti praecepta sapientum, quae proscribuntur, Nosce te ipsum, et illud, Ne quid nimis, probamus et admiramur valde ob brevitatem, quod sapientem et solidam complectantur sententiam in paucis verbis,* sive sine *verborum tumore.* Legendum itaque in Luciano, ut est in Ms. ἔμψυχον καὶ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον, *vivam et solidam orationem edidit.* Utraque vox, qua laudat orationem Demosthenis, est translata a statuariorum arte. Signa enim vivere dicuntur et spirare, cum singulari artificis ingenio sic ficta sunt, ut videantur non statuae esse, sed viva animantia. *Claudianus* IV. Consul. Honorii, quamvis ibi loquatur de vestibus acu pictis:

Vivit opus, multaque ornatur iaspide cultus,
Et variis spirat Nereïa bacca figuris.

Σφυρήλατα, quae et dicuntur ὁλόσφυρα et ὁλοσφύρατα, sunt solida, compacta, plena, non conflata. *Plinius* Histor. Nat. XXXIII. c. 4. *Aurea statua prima omnium nulla inanitate, et antequam ex aere aliquo illo modo fieret, quam vocant holosphyratam, in templo Anaitidis posita dicitur.* Est igitur σφυρήλατος oratio, solida, plena gravissimis sententiis, in qua nullus est inanis verborum strepitus: cui opponitur *oratorum inanis sententiis verborum volubilitas*, uti vocatur ab Augusto. Graev.

ibid. Λεωσθένης] Vid. not. ad Prom. in Verbb. c. 2. (Tom. I. p. 18. et 214.) Solan.

ead. l. 11. Καὶ σφυρήλατον] Obsequamur *Graevio*, id est, libris antiquis, de καὶ pro οὐ ponendo. Alioquin mihi videbatur pulchre etiam dici ἔμψυχος οὐ σφυρήλατος, *viva et spirans, non rigida ac dura, ut quae malleo ducuntur.* Gesn. Et ob hanc rationem ego in vulgato nihil mutavi. Reitz. At sic factum, ut interpretatio *Gesneri* cum *Reitzii* textu non conspiraret. Mihi quidem aeque ac *Gesnero* et *Wielandio* persuasit *Graevius*, laudari his verbis in Demosthenis orationibus tum internum spiritum quasi divinum, tum artis externae summam praestantiam, quae virtutes in

nullo alio oratore sic, ut in hoc, consociatae reperiantur. LEHM.

ead. l. 12. *Καλλισθένης*] Idem de Aeschylo dictum narrat *Plut.* Symp. VII, 10. sed Callisthenem auctorem non laudat. SOLAN.

ead. l. 15. *Ἀλλ' ὕδωρ πίνων*] *Brod.* Misc. part. II. p. 525. *Servius Demosthenem* abstemium fuisse refert, ob idque acrioris naturae. *Valer. Maximus*, ejus patrem cultellos vendidisse. *Quae minime mihi probantur: nec enim Demosthenes a vino abstinebat, nisi si quando philosophiae studiis vacaret, orationes scriberet, caussam orare vellet. Athenaeus*, *χρόνον τινὰ ὕδωρ μόνον πεπωκέναι ostendit: et Lucianus in ejus encomio. Libanius*, *καὶ μὴν ὅτι τε ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν ἵνα ἐγρηγορυῖαν μᾶλλον παρέχηται τὴν διάνοιαν, ἅπασιν ὡμολόγηται. Nec ejus pater cultellos unquam vendidit: fuit enim καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, (auctore apud Plutarch. Theopompo) et, ut temporibus illis copiosus plane et locuples. Indicat ipsius Demosthenis κατ' ἀφόβου oratio: ὁ γὰρ πατὴρ (inquit) κατέλιπε δύο ἐργαστήρια τέχνης οὐ μικρᾶς, ἑκάτερον μαχαιροποιοὺς μὲν τριάκοντα καὶ δύο, quibus (non enim hoc curabat ipse) aut ex libertis ejus quispiam, aut atriensis praeesset. Idcirco tamen ab Aeschine per contumeliam et probrum, μαχαιροποιοῦ υἱὸς, vocatus est, cui Satyra adstipulatur Juvenalis. Idem κατὰ Μειδίου· εἰσφέρων οὐκ ἀπὸ ὑπαρχούσης οὐσίας, ὑπὸ γὰρ ἐπιτρόπων ἀπεστερήμην, ἀλλ' ἀπὸ τῆς δόξης, ὧν ὁ πατήρ μοι κατέλιπε* etc. REITZ.

ibid. *Ὕδωρ πίνων*] *Demosth.* Phil. II. SOLAN.

ead. l. 16. *Δημάδην*] Dicacitate hic notus, quem ex nauta repente oratorem factum tradunt veteres. Ad illud Demadis dictum alludit palam *Demosth.* Phil. II. (152. C.) *λέγοντας, ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπος εἰμί τις ἄνθρωπος.* Philocrates etiam, teste ipso *Demosthene*, p. m. 217. C. idem risit. SOLAN.

ead. l. 17. *Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν*] *Hemsterhusius* notarat, videndum *Davis.* ad *Cic.*

Tusc. D. p. 164. i. e. ad L. II. c. postremum, plane in fin. ubi is de more ad clepsydram dicendi adlegat Scholiasten *Aristoph.* in Acharn. v. 693. et *Suidam*, tum et hunc *Luciani* locum, *Plinium*, *Synesium*, aliosque, unde haec adlusio ad aquam scribendi satis intelligitur. Sed his nimium notis non immorabimur. REITZ.

ead. l. 18. *Πυθέᾳ*] Vid. *Plut.* in Demosth. et Ciceronis comparatione, ubi hoc ipsum Pytheae dictum tangit his verbis: *ὁ μὲν γὰρ Δημοσθενικὸς (λόγος) ἔξω παντὸς ὡραϊσμοῦ καὶ παιδιᾶς εἰς δεινότητα καὶ σπουδὴν συνηγμένος, οὐκ ἐλλυχνίων ὄδωδεν, ὥσπερ ὁ Πυθέας ἔσκωπτεν, ἀλλ' ὑδροποσίας καὶ φροντίδων, καὶ τῆς λεγομένης πικρίας τοῦ τρόπου καὶ στυγνότητος·* pag. 1624. Ed. *Stephan.* et *Libanium* in vit. Dem. SOLAN.

ibid. Κρότος] Sic infra cap. 32. *κρότῳ καὶ τόνῳ τῶν λέξεων.* KUSTER.

Pag. 139. *l.* 4. *Μετείοις*] An *μετίοις*; GUYET.

ead. l. 9. *Καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον*] Puto hic servandam suam vim verbi ex etymologia, quam expressimus, et ab eo pendere accusativos, qui sequuntur, *χορηγίας, τριηραρχίας*, reliquos. Nec tamen ignoro, quam pulchre ex Medicorum disciplina hoc verbum apud *Longinum* cap. 12. extr. interpretetur *Tollius*, *fovere, et amabili ac jucunda verborum sententiarumque copia rigare, animorumque ulcera emollire atque lenire.* Caeterum ipsa haec Demosthenis *κατορθώματα* repetiisse videtur auctor ex illius oratione pro Corona, v. g. c. 93. ubi *τειχισμὸν καὶ ταφρείαν* commemorat, cap. 81. *εἴ τινες ἐκ τῶν πολεμίων ἐλυσάμην, εἴ τισι θυγατέρας συνεξέδωκα κ. τ. λ.* GESN. Cf. *Platon.* Lys. c. 3. p. 212. B. citante *van Heusde* in Specim. crit. in Plat. p. 127. qui omnino videndus. Imitatus Lucianus *Platonem* de republ. p. 344. D. *Ταῦτα εἰπὼν ὁ Θρασύμαχος ἐν νῷ εἶχεν ἀπιέναι, ὥσπερ βαλανεὺς ἡμῶν καταντλήσας κατὰ τῶν ὤτων ἀθρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον.* Quorum non memor *Gesnerus* rem non expediit, observante *Heindorfio* ad *Plat.* Lys. c. 3. — Ceterum totus

hic locus implicatior factus effusiore eloquentia et structura insolentiore sic est capiendus: Inceperat Thersagoras ampliorem periodum ab hac protasi: Ἀλλ' εἰ μετίοις ἐπὶ τὰς φιλανθρωπίας καὶ etc. et voluerat postremum carpere amicum hac apodosi: γελᾷν ἔπεισί μοι etc. Verum in medio orationis cursu post verba ὅλην τὴν λαμπρότητα ab impatiente Lycino interpellatus, celeriter periodum abruptam nectit verbis δημοθοινίας τε etc. missa jam praepositione superiore ἐπὶ, usque ad verba μέγεθος πολιτευμάτων ἐμπεσόν. Neque igitur hi Accusativi sunt absoluti, nec jungendi cum verbo καταχεῖν, sed referendi omnes ad verbum μετίοις. Quem periodi nexum non cepit *Wannowski* in libello scholastico supra in prima harum Adnotationum laudato p. 25. LEHM.

ead. l. 13. Πρέσβεις] Πρεσβείας correxerat *Gesn.* Optime. Et *legationes* etiam interprete *Melanchthone Parisina*, quamvis πρέσβεις reliquerit in Graecis. In quo Edd. cett. consentiunt, sed vellem dissentirent, et πρεσβείας eligerem. Sed et iterum πρέσβεις c. 18. f. REITZ.

Pag. 140. *l.* 11. Σοὶ δέ μοι φαίνεται] Scribendum σόν. *Tuum opus*, laudatio Homeri scilicet, quae comparatur cum laudatione Demosthenis, utra majoris difficultatis res sit. JENS. Rectius omnino est *Jensii* σόν· sed scripturam veterem repraesentare satius duxi. SOLAN. Parum abest, quin invitis omnibus *Jensii* emendationem recipiam. Ita enim non modo sensus postulat, sed et supra σὸν δὲ τοῦτο Noster etiam dixit. At quia et σοῦ possit legi, et *Solan.* vulgatum exhibuit, scribam cum vulgo, sentiam hic cum *Jensio*. REITZ. Si pro μοι cum Edd. nonnullis μὴν legitur, σοὶ autem ad ῥᾷον refertur, non ad φαίνεται, denique si καὶ τοῦτο est: *haec quoque negotii tui pars:* sententia, quae sic exsistit, multo potior mihi esse videtur, quam quae ex *Jensii* conjectura conficitur. LEHM.

ead. l. 16. Περὶ τὸν λόγον ἄττων] Glossema videtur. GUYET. *Guyeti* sententiam non perspicio. Potest enim putasse, aut formulam περὶ τὸν λόγον ἄττων, aut

simplex verbum ἧττων, ipsi videri glossema. At neutri sententiae subscribam. Adeo enim quaesita ac vere affectata est haec orationis forma, ut tota spiret Thersagoram, minime vero glossatorem. Nisi fallor, formula haec est compilata ex aliquo poëta, nec quidquam omnino in ea mutandum, nisi quod jota sub a vulgo omissum subscribere placuit. LEHM.

Pag. 141. *l.* 8. Ἀνδρίας] Etsi *Florentinae* ἀνδρείας forsan praeferendum, nolui tamen hic ei obsecundare, quia ἀνδρία frequentius apud Nostrum occurrit; vid. supra ad Macrobios cap. 8. REITZ. Vult, opinor, *ad Patr. Encom.* c. 8., ubi quidem haec res tangitur, Tom. VIII. p. 486. LEHM.

Pag. 142. *l.* 1. Ἰσμηνὸν — ὑμνήσομεν] *Pindari* locus. GUYET. Inter *Pindari* opera, quae hodie supersunt, non reperio. SOLAN. Vide tamen *Plutarch.* de gloria Atheniensium c. 4. Ed. *Tauchnitz.* Tom. II. p. 433., observante *Belino.* LEHM.

ead. l. 6. Ὑμνήσομεν] De variis hymnorum sic notis nominibus vid. *Spanhem.* ad Callim. v. 1. REITZ.

ead. l. 12. Ἱκαγὴ γοῦν σοι ἢ ἡ Περικλέους. ἐκείνου μέν γε τὰς αὐτὰς ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καὶ πειθοῦς τι κέντρον δόξῃ παραλαβόντες, ἀλλ' αὐτόν γε οὐχ ὁρῶμεν, δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν οὐδὲν ἔμμονον ἔχοντες, οὐδ' οἷον ἐξαρκέσαι πρὸς τὴν τοῦ χρόνου βάσανον καὶ κρίσιν] In hoc loco nihil sani, si attendas animum. Vertit *Benedictus: Hic satis erit eum cum Pericle conferre. Illius quidem fulgura, tonitrua, et suadelae quoddam calcar accepimus fama, sed orationem ipsam non videmus. Unde constat, ejus nihil praeter opinionem stetisse, nec temporis probationem et judicium sustinere potuisse.* Quam multa hic sunt in Latinis infarta, ut sententia nascatur, quae in Graecis non habentur! quam multa male sunt versa! Primum ἢ Περικλέους, num est Pericles? Ἀπὸ κοινοῦ ex praecedentibus repetendum est ῥητορική. *Sufficiet tibi Periclis*, sc. eloquentia, si conferatur cum De-

mosthenis. Dein, *πειθοῦς κέντρον* non recte vertitur *calcar eloquentiae*, sed *aculeus*, quem infigebat animis auditorum, ut recte *Melanchthon*. Mox, *ἀλλ' αὐτόν γε οὐχ ὁρῶμεν; sed ipsum non videmus?* quemnam? Periclem? non mirum ante tot secula placida compostum quiete: sed nec de Pericle locutus erat, sed de *τῇ τοῦ Περικλέους*, de eloquentia Periclis; itaque recte Ms. et editio *Florentina*, nec non *Basileensis*, *ἀλλ' αὐτήν γε οὐχ ὁρῶμεν*, *ipsam non videmus*, sc. eloquentiam. Nulla enim oratio ejus posteris est prodita. Verba, quae sequuntur, obscurius vertuntur, *δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν οὐδὲν ἔμμονον ἔχοντες. Salmuriensis: Unde constat, ejus nihil praeter opinionem stetisse.* Pejus *Melanchthon: Quare constat, eas praeter actionem, nullam habuisse solidam ac durabilem laudem*, sc. orationes. Et sic Latinus quoque interpres videtur legisse. Num *φαντασία* est *actio*, quod *Melanchthoni* placuit? Pro *ἔχοντες* Ms. *ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν οὐδὲν ἔμμονον ἔχουσαν, οὐδ' οἵαν ἐξαρκέσαι· quae praeter imaginationem nihil, quod duret, habet, quippe quae non potuit sustinere temporis examen et judicium;* quamvis *ἔχοντες* aeque ferri possit, ac *ἔχουσαν*, hoc est, ex qua Periclis eloquentia nihil ad posteros est transmissum, nihilque superest, quam illa imaginatio, illa species, quam animo informamus ac concipimus, de ejus fulguribus et tonitribus, quibus miscuisse Graeciam audimus, non legimus, non videmus, ut in Demosthene. *Φαντασία* hic non est illa oratorum, *ὅταν ἃ λέγεις ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν, cum scilicet ea, quae dicis, quasi enthusiasmo et vehementi motu correptus, videris cernere, eademque auditoribus ob oculos ponere*, ut eam definit *Longinus* de sublimi dicendi gen. c. 14. sed illa, qua rem auditam cogitatione informamus. *Οἵαν* autem non pertinet ad *φαντασίαν*, sed ad *ῥητορικήν*. GRAEV. Locum hunc molestissimo tumore laborantem sic ego intelligo: In Demosthene laudando, inquit, non est, quod de materia eligenda haereas: ejusmodi est haec res, ut facile dubitationem (*τὴν πλάνην* h. l. = *τὴν*

ἀπορίαν) devitare possis. Una tantum, quaecunque demum sit, rerum (ad Demosthenem pertinentium) arrepta, sive rhetorica sola per se spectata (Nota, quod ad ἤ spectet, alterum ἤ non sequi, ob ingentem rerum abundantiam) in hac colloca encomium tuum, quod agis. Et hic quidem ne Periclis quidem ars (ἡ Περικλέους int. ῥητορικὴ) tibi parem dicendi materiam praebuerit: quippe de illius quidem fulminibus ac tonitrubus, ac de suadelae quodam aculeo, traditum accepimus: ipsam vero (αὐτήν scil. τὴν ῥητορικήν) certe non videmus, quae quidem ultra speciem nihil stabile habeat, (ἔχουσαν, non ἔχοντες) nec quod (οἷον) sufficiat ac temporis examen ac judicium. Demosthenis vero (ars dicendi).... At tibi haec permissa sunto dicenda, hanc si elegeris viam. Vides, post verba τὰ δὲ τοῦ Δημοσθένους ipse orationis suae flumen praeceps interrumpit Thersagoras, et impeditissimam orationem ita jam expedit, ut haec uberius persequenda omittat amico, transiturus jam ad alia rerum tractandarum genera. Vides simul, errasse graviter *Gesnerum*, qui post verba βάσανον καὶ κρίσιν abrumpi orationem, et jam ἄλλα pro ἀλλὰ scribendum esse putaverit, quod etiam *Fritzschius* monuit Quaestst. p. 104. sq. Vides etiam, *Wielandium*, cui nimium imposuisset *Gesneri* auctoritas, non opus habuisse suspicari aliquam lacunam post verba κατάθου τοῦτον τὸν λόγον. Denique jam liquido per se patent singularum quarundam mutationum per hunc locum rationes. LEHM.

ibid. Γ' ἄν σοι οὐδ' ἡ] Sic recte *Ven.* utraque. In plerisque impressis γοῦν σοι ἢ ἡ. *Fl.* vero μὴ etc. SOLAN.

ibid. Σοὶ ἢ ἡ] Lege εἴη. GUYET.

ibid. Περικλέους] *Plutarchus* docet, nihil ejus praeter decreta superesse, ejus tamen aliqua ferri *Cicero* in Bruto auctor est n. 7. teste *Quintiliano* III, 1. p. 126. A. qui haec verba addit: *equidem non reperio quidquam tanta eloquentiae fama dignum. Ideoque minus miror, esse, qui nihil ab eo scriptum putent: haec autem, quae feruntur, ab aliis esse composita.* De Orat. tamen II, 22. *constare scri-*

pta Periclis ait: nisi forsan ea tantum intelligit, quae apud *Thucydidem* exstant. *Ab Aristophane poëta fulgurare, tonare, permiscere Graeciam dictus est*, Cic. Or. 9. Vide autem Nigrin. c. 4. ubi versus *Eupolidis* legitur, in quo κέντρον illud Periclis memoratur. Solan.

ead. l. 13. *Τι κέντρον*] *Τὸ κέντρον* legi jubet *Hemsterh.* ad Nigrin. §. 7. f. ubi *ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπε τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι*, etiam minus apte legitur. Reitz. At vide ibi nostras quoque notas, Tom. I. p. 256. sq. Lehm.

ead. l. 15. *Ἔχουσαν*] Sic praeter G. *Fl.* et in prima quidem voce *Fr.* et *Bas.* 2. quae in postrema cum reliquis aberrant, in quibus legitur *αὐτόν .... ἔχοντες*. Inter *ὡς* et *ὑπὲρ Fl.* inserit *οὐδὲν ὁποῖον*, quod in reliquis non exstat. Illud monendum restat, pro *οἵαν*, quod mox sequitur, in *Fl.* legi *οἷον*, quod respondet suo *ὁποῖον*. Solan.

Pag. 143. *l.* 1. *Οὐδ' οἵαν*] Lege *οἷον*. Guyet. Bene divinavit, cumque et *Fl.* confirmet, recepi. Reitz.

ibid. Βάσανον καὶ κρίσιν] Hic arbitror abrumpi orationem. Thersagoras satis habet viam quasi monstrasse dicendorum in comparatione Periclis cum Demosthene: reliqua ingenio amici permittit. Gesn. Errasse *Gesnerum*, e supra dictis jam liquere puto. Lehm.

ead. l. 12. *Πρὸς τῶν ποιητῶν*] Glossam esse *τὸ ὑπὸ*, est apertum: nam *πρὸς* cum genitivo, et verbo passivo, pro *ὑπὸ*, habuimus adeo frequenter, ut operae haud sit repetere. Vid. tamen Icar. c. 15. 21. f. Bis Accus. c. 17. f. Rhet. Praec. cap. 1. Adv. Indoct. 28. et *Bergler.* ad *Alciphr.* pag. 120. Reitz.

ead. l. 14. *Ἐφ' ἅπαξ ἐλθεῖν*] *Ἐλθεῖν τῶν εὐεργεσιῶν* an significare possit *enarrare beneficia*, vehementer dubito. Suspicor post *Wolfium*, legendum *ἐφ' ἁπάσας ἐλθεῖν*, idque tanto magis, cum compendium syllabae *σας* in literam *ξ* transire facile potuerit. Gesn.

Pag. 145. *l.* 3. *Τὴν ἐναντίαν γὰρ, εἶπον*] Quod in interpretatione huic responsioni verba praemisi *male narras*, lucis inferendae caussa factum est. Nempe sic abrupte

loquuntur Graeci et Latini, cum concedunt quidem, quod alter dixit, sed ad se nihil pertinere ostendunt. Aliquoties ita Noster in Hermotimo. De Latinis diximus ad *Quintil.* II, 7. extr. Caeterum hanc de Anniceri narrationem habet etiam *Aelian.* H. V. II, 27. GESN.

ead. l. 4. Ἀννίκερειν] Ille ipse, qui Platonem, cum jussu Dionysii vaeniret, redemerat. *Diog. Laërt.* 74. E. et 54. C. ubi tamen alium Annicerim esse contendit *Menagius*, quem vide pag. 70. D. ubi plura de eo testimonia congessit. Idem de eo narrat et *Aelianus* V. H. II, 27. teste *Men.* et *Lactantius* III, 25. ubi et pretium addit *octo sestertia.* Pro ἤ male *Fl.* et *Ven.* 2. ἤ. In *J.* autem ξ̄, nisi quod mendose ῆ. Illud enim haud dubie editor volebat, ut c. 15. ξ̄ καὶ τὸν Δημάδην etc. quod sane minime spernendum, immo verum puto. SOLAN.

ead. l. 5. Πρὸς Πλάτωνα] *Aelian*, Var. Hist. II, 27. GUYET.

ead. l. 10. Ἁρματοτροχίας ἀλεεῖνειν] *Hom.* dixit, ἁρματροχίας ἀλεείνων, quod diversum est. GUYET.

ead. l. 12. Παύσωνος] *Menagius* ita emendandum esse viderat, et Ms. Gr. et *Fl.* Ed. confirmant. In reliquis enim prave ubique legitur Πάσσωνος etc. vid. *Plut.* 705. f. *Aelian.* V. H. XIV, 15. De hoc Pausone judicium *Aristotelis* vide de Poët. c. 2. pr. (Non viderat forte *Menagius*, sed *Guyeto*, ut solet, surripuit.) SOLAN. Pauson pictor. Pauson dicitur *Aeliano* Var. Hist. XIV, 15. et *Plutarcho* de Pythiae oraculis, et aliis, ex quibus hic legendum Παύσωνος. *Guyet.* Eadem ad verbum habet *Menag.* in Ed. *Graev.* qui cum ubique eadem dederit, quae ille, plagii omnino reus esto. REITZ.

ead. l. 13. Πάσσωνι τῷ ζωγράφῳ] Verissime ingeniosissimus et amicissimus *Menagius* emendat Παύσωνι. Ejus emendationem, ne quid dubii supersit, firmat Ms. et editio *Florentina.* GRAEV.

Pag. 146. *l.* 2. Μέμφεσθαι] Καὶ μέμφεσθαι. GUYET. Bene, et parum abest, quin invitis Edd. inseram.

Reitz. Optime tuetur vulgatam rationem *Fritzsch.* Quaestt. p. 150. Lehm.

ead. l. 7. *Τοιούτων ἐτῶν*] Si Luciani sit opus, a sene conscriptum hinc et ex c. 22. statuendum est: unde subit suspicari suppositititium, cum nec elegantia solita insit, ne orationis quidem perspicuitas. Juvenile opus est (vide et not. ad tit.) sed cujus nescio. Solan. Veterani scriptoris, quin ipsius Luciani, hoc opusculum esse, vel haec ipsa ejus comparatio cum Proteo, tandem denuo i. e. puro puto hominum irrisore, arguit; ut scite monet *Wieland.* ad h. l. Sed vide omnino primam harum adnotationum. Lehm.

ead. l. 12. *Κατηναλώκει*] Forsan recte *Fl.* sine augmento, quod et *Herodot.* negligit; ut L. VII. p. 437. C. *ἀναβεβήκεσαν* pro *ἀνεβ—*. Conf. c. 41. ubi eadem rursus *καταναλωκότα*. Sed et exempla ex aliis tam crebro indicavimus, ut pluribus hic non opus sit: vulgatum tamen hic praestat servasse. Reitz. Cf. et supra c. 22. *κατηνάλωται*, ubi tamen eadem etiam *Fl. κατανάλωται* habebat. Lehm.

ead. l. 16. *Παρεὶς τὴν ἐπηρτημένην φροντίδα*] Vertitur, *dimissa ex animo impendente cogitatione:* malim, *demissa, suspensa illa cogitatione.* Vitrine. V. *Dem.* Phil. I. p. 108. A. ubi *ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, καὶ ταῖς γνώμαις.* Solan.

Pag. 147. *l.* 6. *Γραμματεῖον*] Sic variat scriptura etiam supra Tox. c. 13. 14. 16. et ante, in hac Dissert. et mox cap. 27. Reitz. Vid. supra ad cap. 2. Varr. Lectt. Lehm.

ead. l. 8. *Ἀλλ' ὅπως*] Subaudi *ὅρα, σκόπει.* Guyet.

ead. l. 11. *Ὑπομνήμασι*] A M. Aemilio captos regum Macedoniae commentarios legimus in ejus vita a *Plut.* conscripta; sed ab hoc visos etc. non credo. Solan. Vid. Misc. Obs. Brit. Maj. et Jun. 1773. p. 368. Reitz. Fictam esse hanc de commentariis regum Macedonicorum narrationem, quo encomio suo auctor majorem tum gratiam, tum veri speciem, daret, probabiliter observavit *Wieland.* ad h. l. Lehm.

ead. l. 12. *Οἴκαδε*] Pro *οἴκοι* positum. GUYET. Ita vicissim *οἴκοθεν* fere pro *οἴκοι* *Herodian.* II, 7, 3. *οὔτε γὰρ οἴκοθεν ἦν αὐτῷ τοσαῦτα χρήματα, ὅσα ἠλαζονεύσατο.* Sed potest vulgaris significatio et ibi salva manere; ut sit, *domo*, vel *de suo* non suppetebant opes. Sed pro *οἴκαδε* forsan hic *οἴκαθι* scribendum. REITZ. Imo *οἴκαδε ἔχειν* consueto more dictum esse, bene monet *Fritzsch.* De Atticismo et Orthogr. Luciani Commentat. I. p. 4. respiciens simul *Lobeckii* disputationem ad *Phrynich.* p. 44. LEHM.

ead. l. 16. *Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπῶν*] Aliquid excidisse videtur: petit enim, quod sequentia indicant, ut reliquum poëma sibi peragat. SOLAN.

ibid. Τῶν ἐπῶν] *Ἀκούσομαι* legisse videtur interpr. GUYET.

Pag. 148. *l.* 11. *Ἀλισοδήμου*] Hunc poëtam ab aliis laudatum non memini. SOLAN.

ead. l. 12. *Σοφοκλέους*] Scripserat ergo et Sophocles hymnos. SOLAN.

ead. l. 14. *Ἐκλέλειπται*] Hujus ergo aetate neque Tragoediae, neque Comoediae novae Athenis scribebantur. SOLAN.

Pag. 149. *l.* 1. *Δρᾶμα τοῦ βιβλίου*] Sic legendum videtur: *τὸ προσῆκον ἡμῖν μέρος τὸ δὲ φησὶν Ἀντιπάτρῳ* etc. *Τὸ δρᾶμα τοῦ βιβλίου* insititium videtur. GUYET. Quid in his veri sit, ex *Plutarcho* intelligis in vita Dem. pag. 1574. qui, excepto Antipatri colloquio, eadem ferme habet. SOLAN. Legebatur, *τὸ δὲ δρᾶμα τοῦ βιβλίου*, praemisso etiam puncto ante *τὸ δέ*. Sed parenthesi addita, distinctioneque mutata, et pro *τοῦ βιβλίου*, rescribendo *βιβλίον*, *Gesnerus* vulgatum emendavit, cui obsecundavi, quod vulgatum sensu carebat, nec aliter ex Codd. restitui poterat. REITZ.

ead. l. 4. *Καλαυρίας*] Saepius in hac voce apud *Plut.* peccatur hac in historia: pro Calauria enim ubique Calabriam libri impressi habent. V. 615. C. in Dem. SOLAN.

ead. l. 6. *Μετέωρος ὁ Ἀντίπατρος*] Conf. supr. Jov. Trag. cap. 4. Reitz.

ead. l. 9. *Εἰσῆλθεν*] *Ὁ Ἀρχίας.* Guyet.

ead. l. 11. *Χαῖρε, ὦ Ἀντίπατρε*] Hic incipit monumentum antiquum et lectu dignum: cetera non sunt magni pretii. La Croze. Hic incipit quasi novus dialogus. Vid. Miscell. Obs. supra laudat. p. 368. f. et 369. Reitz.

ead. l. 16. *Τί γὰρ τῶν ὀστῶν*] Subaudi *δεῖ*. Guyet. Imo *ὄφελος*. Vid. supra ad De Dea Syr. c. 20. notata. Lehm.

ead. l. 18. *Πρὸς βίαν κατέχειν ἀδύνατον. ANT. Τί δ' οὐ ζῶντα κατειλήφατε;*] In omn. Edd. haec ita habebantur confusa: *πρὸς βίαν κατέχειν ἀδύνατον. οὐ Βοιωτίας, οὔθ' ἕνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες* etc. a c. 34. fere ad fin. 37. huc infarta, quae transpositione sananda etiam monet *Anonym.* in Misc. Obs. Britan. Maj. et Jun. 1773. p. 370. Aliquid deesse viderat et *Wolf.* initio operum *Demosth.* Transpositione etiam sanaverat *Solan.* exceptis duobus versib. quos aliter constituit. At nos *Gesnerum* sequimur. Differentia cuique ex collatione alius Ed. patebit. Reitz.

ead. l. 19. *Κατέχειν ἀδύνατον. ANT. Τί δ' οὐ*] Potuitne, lector, melius continuari oratio? Quam male vero in libris omnibus tum editis, tum, quantum mihi constare potuit, Mss. ab hoc inde loco partes commentariorum, ut fingitur, Macedonicorum inter se cohaeserint, vel distractae fuerint potius, facile intelliget, si quis conferre cum hac editione quamcunque aliam voluerit: (ne opus sit ad alium librum decurrere, rogavi doctiss. *Reitzium*, ut subjici ad finem libelli totum locum, quomodo antea editus fuit, curet.) Igitur putabam me vidisse aliquid, cum ante hos viginti annos observarem, translocata in libro, unde reliqui, qui extant, omnes derivati sunt, duo folia aequalia, vel paginas adeo ejusdem folii, (versuum in *Aldina* editione 37. et 40. in *Basileensi* 71. et 75.) quibus repositis hic libellus, qui tribus locis vitium antea prodebat, sanus, integer, et optime

continuatus appareat. Ad hoc intelligendum nihil opus est, quam ut attendat lector ubique, quis loquens inducatur, et de qua re agatur. Probata est jam tum illa curatio doctissimo viro, quem mihi nunc collegam et vicinum esse impense gaudeo, *C. A. Heumanno*, ad quem illam perscripseram: probata est doctissimo itidem viro *Tib. Hemsterhusio*, cui specimen mearum in hunc libellum observationum miseram. Is, sibi quoque eam in mentem venisse, mihi respondit, et a *Mose Solano* etiam sibi plures ante annos demonstratam, docuit. Postea illam publicavi an. 1731. in libello tertium jam *Lipsiae* edito, Chrestomathia Graeca: unde in Actis Eruditorum quoque facta est illius mentio. Denique in Miscellaneis observationibus eruditorum Britannorum, Ed. Belg. Vol. II. Tom. III. p. 368. seq. viri docti mihi incogniti observatio vulgata est, quae ab illa nostra vix quidquam differt. Cum itaque ita manifesta sit haec emendatio, ut magis mirandum sit, tot editores *Luciani* atque interpretes illam fugisse, quam intra exiguum tempus aliquot hominibus eruditis eam in mentem venisse; et a nemine plane, quod ego sciam, quidquam contra monitum sit: credo ego morosae cujusdam superstitionis potius nos postulari potuisse, si non admisissemus eam medicinam in ipsum corpus hujus libelli, quam audaciae, quod admisimus. GESN.

Pag. 150. *l.* 13. *Οὐκ εἶγε ὑμεῖς οὐδὲ μελήσαντες*] Additicium videtur. GUYET. Vanum commentum omnino non respiciendum puto. De falsa autem lectione *μελήσαντες* vid. Varr. Lectt. LEHM.

Pag. 151. *l.* 3. *Πάντως οὐδὲν ἂν αὐτὸν, ἢ ἀπέκτειναν*] De eleganti hac ellipsi vide quae diximus ad Advers. Indoct. c. 17. Tom. VIII. p. 360. et quod ad Latinos attinet, adde, quem *Gesnerus* in Chrestom. laudat, *Gronov.* ad *Liv.* XXXI, 24. LEHM.

ead. l. 8. *Ἱμεραῖον*] Vid. *Plut.* Dem. qui omnes eosdem recenset, nisi quod pro Eucrate Hyperidem habet; et 1555, 1. SOLAN. *Ἱμεραῖον τὸν Φαληρέα*] De Himeraeo Phalereo, Demetrii fratre, et Aristonico Maratho-

nio, atque Hyperide, *Plut.* in V. Demosth. sub fin. p. 859. C. narrat, eos Aeginae ab Archia ex Ajacis monumento detractos, Cleonas missos ad Antipatrum, et ibi periisse. GESN.

ead. l. 11. *Ταπεινοὺς — ἐπιπολάσαντας*] *Τὰ, ταπεινοὺς, ἐπιπολάσαντας, ἀντίθετα.* GUYET.

ead. l. 13. *Δίκην τῶν δειλινῶν πνευμάτων*] Hanc observationem, ventos quosdam vespertinos mox ponere, firmat *Aristoteles* Probl. 26, 35. *Διὰ τί ὁ ζέφυρος πρὸς τὴν δείλην πνεῖ, πρωῒ δ' οὔ;* GESN. Idem *Gesnerus* in Chrestom. versum hunc e comoedia vetere laudat, quem servavit Schol. ad *Sophocl.* Ajac. v. 248. *Ἀλλ' ἔπεσε ταχέως, δειλινὸς γὰρ ἤρξατο Ἀλγεῖν.* cf. *Suid.* s. v. *στεροπή.* ubi tamen male legitur *ἐπέσχε* pro *ἔπεσε.* LEHM.

ead. l. 14. *Ὑπερίδην*] Hic enim amicum professus Demosthenem accusavit, (vid. *Plut.* in X. Rhet. 1559.) et jam reconciliato alteram accusationem parabat, 1560. et 1561. Vehemens hic et acerbus, *ἠξίου σκοπεῖν Ἀθηναίους μὴ μόνον εἰ πικρός ἐστιν, ἀλλ' εἰ καὶ προῖκα πικρός. Plut.* 116, 1. SOLAN.

ibid. Τὸν ἄφιλον δημόλακα] Sic vitiose *Salmuriensis:* pejus *Amstelodamensis* διμόλακα. Scribe *δημοκόλακα·* sic recte editiones priores. JENS.

ead. l. 15. *Δημόλακα*] *Δημοκόλακα.* An *Δῆμοκόλακα κύριον;* GUYET.

ead. l. 18. *Λαμπροτέραν ἢ κατ' Ἀλκιβ.*] Magnes Demetrius apud *Plut.* Dem. p. 158. F. refert, in illo suo reditu Demosthenem *ἀνατείναντα τὰς χεῖρας μακαρίσαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης αὐτὸν, ὡς βέλτιον Ἀλκιβιάδου κατιόντα. πεπεισμένους γὰρ οὐ βεβιασμένους ὑπ' αὐτοῦ δέχεσθαι τοὺς πολίτας.* GESN.

Pag. 152. *l.* 3. *Ἦν ἐχρῆν δήπου*] Hoc ut recte intelligatur, meminisse oportet, linguam Hyperidi ab Antipatro praecisam, (*Plut.* 1560*i*) et a priore accusatione Demostheni reconciliatum novam deinceps parasse. SOLAN. Excisam illi linguam quidam tradidere apud *Plut.* V. De-

mosth. p. 859. C. Alii praemordisse sibi linguam, ne conscios proderet: idem in Hyperide. Gesn.

ead. l. 10. *Βοῦλιν*] Vid. *Herod.* Z, 269, ubi *Σπερθίης* dicitur, qui hic *Σπέρχις*. Solan. Historia est *Herod.* VII, 134. quamquam *Σπερθίης* ibi vocatur. Gesn.

ead. l. 17. *Ὁ Πύθωνα*] Orator Byzantinus eloquentissimus, cujus Demosth. et Aeschines in oratt. meminerunt. Guyet.

ibid. Οἱ δὲ Ἀττικοὶ ῥήτορες παιδιὰ παραβάλλειν] *Οἱ δὲ Ἀττ. ῥήτ. παιδία παραβάλλειν.* Marcil. Recte. Vid. Addenda. Reitz. Sed nihil ibi adnotatum. Bip.

ibid. Παραβάλλειν] Subaudi *εἰς τὸ, πρὸς τὸ παραβάλλειν.* Guyet.

Pag. 153. *l.* 2. *Ἀποδείξεων*] Quidni artiore Ionismo *ἀποδέξεων.* Conf. supra ad Deae Syr. c. 1. Reitz.

ead. l. 8. *Αὐτῷ τοῦ λόγου*] Lege *αὐτοῦ.* Guyet. Non credo, tum quia stilus solito est intricatior in hoc Dial. tum quia facile unus vel alter liber exhibuisset *αὐτοῦ*· nam in re tam facili solent potius obvia, et quae cuique obiter legenti in mentem venirent, obtrudere, quam difficiliora pro facilibus. Quare modo ita construxeris, *ἀλλ' ἡ δύναμις τοῦ λόγου, αὐτῷ* (sc. *ἐστὶ*) *ἀπρόσιτος ἡμῖν*, videbis nihil opus esse *αὐτοῦ.* Reitz. In Bas. 4. legitur *αὐτοῦ.* Bip.

ead. l. 10. *Ἀχλιν ῆ*] Confer cap. 43. Kuster.

ead. l. 11. *Ἐπ' ὀρθῆς*] Int. *γραμμῆς*, linea, s. via, in qua mentem suam tanquam navim tenuit. Respicitur ad Rhodium illum gubernatorem, *ὃς ἔφη*, ut est apud *Aristidem* Rhod. p. 542. *Jebb. Χειμαζομένης αὐτῷ τῆς νεὼς, καὶ καταδύσεσθαι προσδοκῶν, τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον· ἀλλ', ὦ Πότειδαν, ἴσθι ὅτι ὀρθὸν τὰν ναῦν καταδύσω.* *Dum clavum rectum teneam*, ut est in *Quintil.* II, 17, 24. ubi reliqua dedimus. Sed fractum animo fuisse in exsilio illo Demosthen. similemque Ciceroni, monet *Plutarchus.* Gesn.

Pag. 154. *l.* 3. *Ἔφη*] Magni Demosthenem faciebat Philippus. Vid. *Plut.* Demosth. Solan.

ead. l. 6. *Καίτοι μᾶλλον*] Hic inseri vult *J. Pellet.*

locum mox a me commodius inserendum. Ac *Pelletus* solus a me huc usque, qui lacunam hic observasset, visus est. Innotuisse tamen et viro docto in Germania, ex *Hemsterhusio* audio an. 1723. SOLAN.

ead. l. 8. *Χρυσίον*] Subaudi *τὸ*, *κατά*. GUYET.

ibid. Οὐ Βοιωτίας] Sic legisse videtur interpres: *οὐκ ἐπὶ Βοιωτίας, οὐδ' ἔνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες.* GUYET. *Οὐ Βοιωτίας, οὐδ' ἔνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες*] Haec verba in *Salmuriensi* versione sic prioribus annectuntur, ac si Archiae essent, cum sint Antipatri, quod recte vidit *Philippus Melanchthon.* Sed animanda sunt interrogationis nota. *Non in Boeotia, non hic a me auro accepto?* eum scil. potuistis capere vivum. GRAEV.

ibid. Βοιωτίας] Si sana haec, mirum, quid Antipatro in animo fuerit: neque enim de pecunia, ut Archias accipit, cogitabat, utpote qui Demosthenem hac parte inexpugnabilem compertum haberet. Vid. cap. 36. ubi corrumpi posse Demosthenem negat Philippus. SOLAN. *Οὐ Βοιωτίας, οὐδ' ἔνθα τι*] Haec ita apparet arcte cohaerere, ut sine injuria et internecione sententiae divelli non possint: et tamen longe erant distracta. Scrupulum quidem injiciunt verba, quae posuimus, in quibus multa varie tentata per hosce XX annos cum ab aliis, tum a nobis quoque et nostris amicis. Ponam illud, in quo non *δευτέραις*, sed *δεκάταις* minimum *φρονtίσιν* acquiescere mihi visus sum. Primo igitur ajo, cum *ἕκαστος ἀπογέγραπται* pulchre cohaerere participium *παρ' ἐμοῦ λαβόντες*, plurali ad distributivum nomen relato. Deinde Boeotiam Atticae illam conterminam, et Demagogis Atticis commodam, in potestate Philippi bis fuisse constat, in tantum certe, ut inde ligna, reditus s. vectigalia, pecora, praedia dare et assignare suis illis amicis mercenariis posset, semel in bello sacro, et deinde post pugnam Chaeronensem. Igitur legendum videtur: *Νῦν δ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἀπογέγραπται, χρυσίον, ξύλα, πόρους, θρέμματα, γῆν, ὃς Βοιωτίας, ὃς δ' ἔνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες,* ea sententia, quam interpretando expressi, seu magis ad verbum placeat,

Nunc illorum unusquisque scriptus est aurum — alius Boeotiae, alius hic aliquid eorum, a me accepisse. Ita sanari potest locus difficillimus, nulla litera immutata, nisi illa negatione, quae orta videtur ex studio conglutinandi, quae tamen cohaerere nullo modo possunt. Nisi poëticum esset, (certe non satis attendi, an etiam in soluta oratione adhibeatur) poteramus etiam suspicari, οὐχ i. e. ὁ ἐκ Βοιωτίας, ὁ δ' ἔνθα τι λαβόντες, sententia plane eadem. GESN.

ead. l. 10. *Βυζαντίων τεῖχος*] A qua urbe capienda depulsus Demosthenis consiliis fuerat Philippus. Vid. Orat. de Coron. cap. 27. *Μασχάλην τῆς Ἑλλάδος* vocat apud *Athenaeum* VIII, 10. Stratonicus, quod scilicet uti homo ala, ita Graecia Byzantio capi possit. Vid. Casaubon. pag. 384. GESN.

ead. l. 11. *Χρυσίῳ. τί δ' οὐ ζῶντα κ.*] Perturbatissima haec erant antea in omnibus editionibus: nec quisquam ante me repertus, qui saltem conquestus sit, abrumpi subito in iis Antipatri et Archiae colloquium, ut nescio cujus, minime enim ex iis patet, quis loquatur, ut, inquam, nescio cujus subito verba Parmenioni dicta, et alia multa inferciantur, antequam Antipater tandem roget, an mortuum ergo intervenerit? Quatuor ergo integris capitibus hinc remotis, suoque loco redditis, (nempe tricesimo quarto, quinto, sexto et septimo) nunc tandem addicentibus avibus procedet Antipatri cum Archia colloquium; et quae hinc ejecimus, locum suum tandem obtinebunt; resque ipsa restitutionem hanc abunde confirmabit, quam ante annos viginti a me repertam non meis tantum libris adscripseram, sed in Codice viri doctiss. *Jo. Laughton*, Bibliothecae Cantabrigiensi Praefecti, amicitiae causa, non tanto post intervallo in lucem proditurum mea opera Lucianum putaus, annotaveram his verbis: [*reliqua pagina et pars magna sequentis alterius loci sunt, quem infra pag.* 1090. *B. indicabimus, quae si nunc missa feceris, et in alio illo loco inseras, quae nunc mire perturbata in omnibus editionibus leguntur, plana tandem et facilia fient. M. S.*] (Quibus literis *Mosem Solanum*

intellige, quo Latino nomine hic etiam discas me *Dissertationem de stylo Novi Testamenti* edidisse, quae in *Rhenferdii* syntagmate conspicitur) et iterum p. 1088. (erat enim Ed. *Par.* ante *τί δ' οὐ ζῶντα* etc. linea 29.) [Haec missis ad tempus intermediis cum iis conjungito, quae in pag. praeced. ante uncinulas sunt.] Tandem pag. 1090. ante *Τοιαῦτα* etc. lin. 16. [Hic inserenda sunt ea, quae supra notavimus (p. 1087.) loco suo fuisse mota. M. D. S.] Hinc autem liquido patet, hunc libellum ex uno Codice Ms. descriptum, in quo folium unum, dum compingebatur, loco suo motum errori huic ansam dedit, qui tamdiu indeprehensus evasit. SOLAN.

Pag. 155. *l.* 1. *Προείμην ἄν*] Objecerim, ut canibus, ut latronibus, ad incommoda majora effugienda. *Herodotus* I, 24. de Arione inter nautas latrones constituto. *Τὸν δὲ συνιέντα τοῦτο λίσσεσθαι, χρήματα προϊέντα σφι, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον.* GESN.

ead. l. 12. *Τῶν γὰρ μετὰ Διοπείθους*] Pro quo scripta exstat oratio Demosthenis de Chersoneso, ex qua Diopithes in Philippi regnum excurrerat. GESN.

Pag. 156. *l.* 6. *Τὸ γέ τοι κατ' αὐτὸν οὐκ Ἀμφίπολιν εἴλομέν, οὐκ Ὄλυνθον, οὐ Φωκέας, καὶ Πύλον ἔσχομεν*] Manifestissimum mendum non vidit doctissimus interpres *Phil. Melanchthon.* Nam quid de Pylo hic loquitur? quem nunquam habuit Philippus, et qui in ultima Laconia vel Messenia situs, remotissimus fuit ab Antipatri ditione et Macedonum negotiis. Emenda igitur et repone meo periculo *Πύλας*. Eam emendationem firmat *Demosthenes* ipse in oratione de Chersonneso: *κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων.* Et in oratione de falsa legatione: *τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν, ὅτι τῷ Φωκέων πολέμῳ καὶ τῷ κυρίους εἶναι Πυλῶν Φωκέας, ἥ τε ἀπὸ Θηβαίων ἄδεια ὑπῆρχεν ὑμῖν.* Et rursus ibidem: *περὶ τῶν δὲ τῶν ἐγγὺς καὶ τῶν μειζόνων, λέγω δὲ Φωκέων καὶ Πυλῶν.* Is locus, qui *Θερμοπύλαι*, et saepius *Πύλαι* dicebatur, erat Graeciae porta et aditus, et nunquam potuis-

set Philippus Phocenses evertere, nisi potitus fuisset illis angustiis. Ideo saepissime *Demosthenes* in suis Philippicis de iis facit mentionem, ad quod respicit hoc loco Antipater, quem loquentem inducit Lucianus. PALM. *Οὐ Φωκέας, καὶ Πύλον ἔχομεν*] Sic quidem etiam Ms. Sed *Palmerius* vidit scribendum esse *Πύλας*, verissime. Sic clare *Florentina*, ut nihil dubii in posterum sit relictum editoribus ad veram lectionem restituendam. GRAEV.

ead. l. 8. *Πύλας*] Ita Ed. *Fl.* uti *Palmerius* emendare jusserat: in reliquis enim *Πύλον* legitur. Quod autem *Palmerius* in erudita illa nota ait, haec ab Antipatro dici, inde est, quod exemplaria sua secutus non vidit a Philippo dici: cum tamen vel ipsa orationis series ostendat, haec ab Antipatro, ut sibi ab aliquo dicta. Ut mirer, viro sagacissimo nihil suboluisse, unde verum erueret. SOLAN.

ead. l. 13. *Ἀπὸ τῶν θεάτρων*] Longe aliter de eo *Potterus* pag. 154. SOLAN.

ead. l. 16. *Χρόνου*] Subaudi *διά*. GUYET.

ibid. Πρὸς τὴν δραχμὴν] Drachma, *τὸ συνηγορικὸν*, h. e. pretium oratori solutum, quoties vel in privata causa, vel in publica adesset. Triobolum *τὸ δικανικὸν*, s. merces judicis Vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. v. 329. GESN.

ibid. Δραχμὴν καὶ τὸ τριώβολον] An *τοὺς δικαστικοὺς μισθούς;* GUYET. Quidni? de triobolo autem judicum mercede jam ter quater alibi mentio facta. Vide modo Bis Accus. c. 15. REITZ.

Pag. 157. *l.* 1. *Τούτους καταχεχλιμένους*] *Τοὺς Ἀθηναίους πολίτας.* GUYET.

ead. l. 3. *Τῶν Μαραθῶνι*] *Ἐν Μαραθῶνι.* GUYET. Si *ἐν* tantum subaudiri voluit, bene: si addi, frustra. Quando quidem *μάχη*, vel aliud substantivum additur, dubium non est, quin *ἐν* adjungatur, ut *Thucyd.* I, 18. *ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη.* Et II, 34. *τοὺς ἐν Μαραθῶνι. Aeschin.* contra Ctesiph. p. m. 301, A. *ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. Demosth.* de Class. p. m. 76. A. *οἱ ἐν Μαρα-*

ϑῶνι τῶν προγόνων. *Noster* c. ult. f. hujus Dial. τῶν ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότων. Ibid. paullo ante, τοὺς ἐν Μαραθ. πεπτ. At quando abest ejusmodi substant. omitti etiam potest praepositio. *Lys.* Orat. de Aristoph. bonis, fin. ἐνίκησεν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ. *L. Bos.* de Ellips. p. m. 281. ex *Aristoph.* Acharn. Μαραθῶνι ἦμεν. Adderem *Homer.* Il. *E*, 137. ubi ἀγρῷ quoque pro ἐν ἀγρῷ, aliaque, quae in promptu habeo, si necessitas postularet. REITZ.

ibid. Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι] Tum alias, tum nusquam fortius, quam eo loco, quem etiam *Longinus* laudat s. 16. nempe de Corona c. 60. ubi jurat, Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, καὶ πολλοὺς ἑτέρους τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους ἀγαθοὺς ἄνδρας κ. τ. λ. GESN.

ead. l. 8. Ἀποστόλους] I. e. duces classis. GUYET. Imo ipsas intellige *classes* vel *expeditiones navales*, ut mox στόλους, et supra c. 18. ipsum hoc vocabulum ἀποστόλους. LEHM.

ibid. Ὃ γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς ἐγένετο, τούτοις νῦν ὁ Δημοσθένης, ἐφάμιλλος Θεμιστοκλεῖ μὲν τὴν σύνεσιν, Περικλεῖ δὲ τὸ φρόνημα] Perspicuum est, legendum τοῦτο. *Quod priscis Atheniensibus Themistocles et Pericles fuit, id nunc est Demosthenes, par Themistocli quidem prudentia, Pericli autem animo.* Idque recte consideravit interpres. JENS.

ead. l. 10. Τοῦτο τοῖς νῦν] Impr. omnes τούτοις νῦν. *Jensius* τοῦτῳ νῦν. Ego sic integre edendum censeo, et ita interpungendum, ut ἐφάμιλλος ad sequentia referatur, non, ut ante fiebat, ad τούτοις. SOLAN.

ead. l. 12. Ἀκούειν] Pro ὑπακούειν. GUYET.

ead. l. 18. Περὶ τῆς Μακεδονίας ἂν κατέστησέ μοι τὸν λόγον] An, *de Macedonia ipsa rationem a me exegisset.* GUYET.

Pag. 158. *l.* 2. *Δύναμιν συλλέγει, *ἐπιμήκεις στόλους*] Sentisne, lector, haec olim miserum in modum distracta, ita jam commissa inter se et tam firma compage cohaerere ut divelli nullo modo possint? Si haec non est certa emendatio, ilicet de tota arte actum est: exsequias eamus criticis. GESN.

ead. l. 3. *Ἀντιμεθίστανται. Ἐγὼ δὲ*] Hic jam incipiunt quatuor illa capita, loco suo in omnibus editionibus mota, a me vero suo loco reddita, ne vocula quidem inutata. SOLAN.

ead. l. 9. *Περὶ μὲν γὰρ Χαιρωνείας*] Post proelium ad Chaeroneam, quo Atheniensium, quin Graeciae liberae, opes prostratae sunt, Philippus initio quidem se gessit insolentius; post autem, periculo licet defunctus, *ἔφριττε τὴν δεινότητα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ῥήτορος, ἐν μέρει μικρῷ μιᾶς ἡμέρας τὸν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας καὶ τοῦ σώματος ἀναῤῥίψαι κίνδυνον ἀναγκασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ*. *Plut.* in V. Demosthenis pag. 1567. *H. Stephan.* GESN.

ead. l. 11. *Καὶ γὰρ εἰ παρ' ἐλπίδα*] Sic legendum etiam ego puto, nisi velimus ellipsin satis difficilem statuere, *an enim ideo minus magnum periculum etc.* Blandius forte sic corrigas, *Μὴ γὰρ ἢ παρ' ἐλπίδα, neque enim nisi praeter spem vicimus.* Sed primum illud, quod etiam *Wolfio* placuit, probo unice. GESN.

Pag. 160. *l.* 4. *Ἀριστοτέλει μάρτυρι*] *Προσεπεπόνθειν* scil. GUYET. Rectius *Gesnerus* in not. ad Chrestom. de Dativis absolutis cepit, de quibus vid. *Matthiae* Gr. Gr. maj. §. 562. 2. LEHM.

ead. l. 5. *Πρὸς γοῦν Ἀλέξανδρον*] Sic omnino legendum, cum *αἰτιολογικὴν* particulam series orationis postulet. Et quam facile est *Γ* in *Τ* mutari? GESN. Exempla in hoc ipso libello obvia. LEHM.

ead. l. 6. *Λέγων*] Ita recte *Fl.* et *Veneta* utraque: in reliquis *ἄγων*. SOLAN.

ead. l. 7. *Προσπεφοιτηκότων*] Malit *Wolfius* *συμπεφοιτηκότων*, ut notentur condiscipuli: et est illud sane

temporum rationibus magis accommodatum. Sed memineri-mus, jam supra ab auctore libelli non Aristotelem tantum, sed hujus etiam Theophrastum auditorem inter praeceptores Demosthenis relatum. GESN. Vid. cap. 12. extr. LEHM.

ibid. *Θαυμάσαι*] Subaudi ἔλεγε. GUYET. Imo refer proxime ad *λέγων*, quod modo praecessit. LEHM.

ead. l. 8. *Ἐγκρατείας*] Si abstinentiam reddas, quid fiet voce *ἄσκησις*; SOLAN. Facile quaestionem hanc ipse *Solanus* expedire potuit, modo tenuisset, *ἄσκησιν* h. l. ut frequentissime alibi, e. g. supra cap. 12. in., in re oratoria significare *meditationes* et *exercitationes*, quibus operam dat orator futurus. His autem Demosthenem incubuisse constat summa cum *ἐγκρατείᾳ*, i. e. *continentia* et *abstinentia*, cujus rei testimonia proferuntur supra cap. 14. *κουρὰ*, *σπήλαιον*, *κάτοπτρον*, *ξίφος*, *γλῶτταν διαρθρῶσαν*, etc. quae jam juverit in memoriam revocasse. Ergo *ἡ περὶ τὴν ἄσκησιν ἐγκράτεια* est *continentia in exercitationibus dicendi probata*. LEHM.

ead. l. 10. *Εὐβούλου*] Inimicus hic Demosthenis summus. Vid. *Dem.* Mid. SOLAN. *Εὐβούλου, καὶ Φρύνωνος, καὶ Φιλοκράτους*] Hos patriae suae Athenarum proditores nosse datur ex oratione *Demosthenis* de falsa legatione. GESN.

ead. l. 11. *Φιλοκράτους*] Et hic Demosthenis inimicus, quem proditorem patriae alicubi vocat. SOLAN.

Pag. 161. *l.* 17. *Ἀλλὰ πῶς ἀπέθανεν; APX. Ἔοικας ἔτι μᾶλλον, ὦ βασιλεῦ, θαυμάσειν, καὶ γὰρ ἡμεῖς οὐ τεθεαμένοι, διεφέρομεν οὐδὲν ἐκπλήξει τε καὶ ἀπιστίᾳ τῶν ὁρώντων*] Mira oratio. An illi, qui viderunt, non aliter ac qui viderent, obstupuerunt? Quae haec dicendi ratio? Suspicor *ὁρώντων* corruptum ex *ἀκροώντων*. *Ita scilicet stupenda est maximi hujus viri mors. ut etiam nos, qui vidimus eam, non minus stupuerimus, et ipsis nostrum oculis diffisi fuerimus, ac illi, qui audiunt, percelluntur, ac relationi fidem non habent.* An potius unius literulae mutatione defungentes, legimus *διαφέρομεν; Et nos, qui vidimus hanc mortem, stupore et ἀπιστίᾳ ne nunc quidem minus correpti sumus, quam ubi eam*

conspiciebamus. Studiosus lector arbitretur. Nam vulgatam stare posse, non puto cuipiam fore persuasum. JENS.

Pag. 162. *l.* 2. *Διεφέρομεν*] Locus conclamatus, nisi legas *μὴ ὁρώντων*, quod etiam *Lamb. Bos.* placere video. Aut cum hoc vellet, *nos ipsi, qui vidimus, stuporem rei praesentis nondum excutere valemus*, parum feliciter expressit, etiamsi cum *Jensio διαφέρομεν* legas; vide tamen Imagg. c. 10. SOLAN.

ead. l. 3. *Καὶ ἀπιστία τῶν ὁρώντων*] Forsan legendum, *τῶν μὴ ὁρώντων.* L. Bos. Sententia postulat, ut aut negationem omissam dicamus *οὐχ*, vel *μηδὲν*, aut cum *Jensio* suspicemur fuisse in autographo *τῶν ἀκροώντων*, vel *ἀκουόντων*, quorum hoc inter describendum, illud inter dictandum facilius potuit permutari. Sed quoties ipsis scriptoribus talia humanitatis indicia excidunt? GESN. Ipsi *Gesnero* h. l. una cum *Jensio* aliquid humani excidit *ἀκροώντων*, quam formam (pro *ἀκροωμένων*) non modo Atticam, ut *Schmiederus* tradit, sed etiam prorsus usitatam Graecis fuisse negat *Koppiers.* Observv. philol. p. 17. et in *Valckenar.* Opusc. philol. Ed. *Lips.* Tom. II. p. 331. Ceterum si *διαφέρομεν* cum Gorl. legamus, sic nemo negaverit totum locum optime esse restitutum: quae etiam *Fritzschii* est sententia Quaeststt. p. 213. Ceterum *Solanum* miror, quum confert locum ex Imagg. c. 10. nostro simillimum, omnino adhuc dubitare potuisse de hujus sententiae *Jensianae* veritate non minus, quam de ipsius dictionis elegantia. LEHM.

ead. l. 5. *Καθῆστο*] Ut supplex: de quo genere hoc verbum velut solenne est. Vid. v. g. *Thucyd.* I, 24. et 136. Cui *ἀνάστασις* opponitur, ibid. 133. Demosthenem autem salutis servandae caussa huc confugisse, satis ultima illius verba, quae mox referentur, indicant. GESN.

Pag. 163. *l.* 4. *Ἐφύλαττεν*] *Jens. διεφύλαττεν*· sed nihil varietatis invenio. Et cum sic quoque legatur c. 33. nihil muto. REITZ.

ead. l. 7. *Ἐς τὸν πρότερον βίον*] Histrioniam fe-

cisse Archiam multi auctores sunt: qua de re consule *Plut.* in vita Dem. et ipsum *Dem.* pag. mihi 17, 1. SOLAN.

ead. l. 9. Ἀπιστήσας ἄρα] Antipatri verba interrogative pronuntianda. GUYET. Id jam curaverat *Par*, additis etiam in versione personis, quas *Salm.* omisit, quia in Graeco non comparebant. REITZ.

ead. l. 11. Οὐκ] Archiae responsum. GUYET. De verbis mox sequentibus: Μακεδόσι μὲν οὐδὲν ἀπώμοτον, οὐδὲ παράδοξον etc. notat *Schäfer.* ad *L. Bos.* Ellipss. p. 91. esse in iis imitationem carminis *Archilochei:* χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον, Οὐδὲ θαυμαστὸν etc. et severe admodum carpit *Gesneri* versionem: *de Macedonibus nihil non sceleris credibile est,* similemque ejusdem explicationem in Indic. ad Chrestom. Ego itaque versionem magis ad verbum effinxi. LEHM.

Pag. 164. *l.* 4. Αὐτὴν παρ'] Τὸ δόξω hic desiderari videtur, μὴ τὴν ψυχὴν αὐτὴν δόξω παρ' Ἀντιπάτρου δεδωροδοκηκέναι. GUYET. Nemo hodie facile δόξω desideraverit. LEHM.

ead. l. 5. Μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα, τάξιν λιπὰν etc.] Posset quis suspicari, excidisse hic praepositionem εἰς, legendumque εἰς ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα τάξιν λιπών. Ita certe *Epictetus* c. 29. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. Qui tamen in hoc Demosthenis encomii loco praepositionem κατ' ἔλλειψιν omissam esse velit, huic non magnopere contenderim. Ex *Epicteto* ergo discimus, quemadmodum istiusmodi ellipsis sit supplenda. JENS. Ἣν ἐμαυτὸν ἔτ.] Sic absque εἰς usurpat Abdic. c. ult. Aliter *Xen.* Ed. *Bas.* 373. et a *Jensio* laudatus *Epict.* 29. SOLAN. Non opus esse addita praeposit. εἰς ἣν cum *Jensio* scribere, praeter locum ab *Solano* indicatum etiam probant verba *Aeschinis* in Orat. contr. Ctesiph. p. m. 275. B. sive non ita longe ab init. orationis: αἰσχύνθητε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν, ἣν τέταχθε ὑπὸ τῶν νόμων. REITZ. Cf. *Leisner.* ad *L. Bos.* Ellipss. p. 684. *Schäf.* LEHM.

ead. l. 10. Ἐχορήγουν ἐγὼ] Χορηγὸς, id est, *praebitor*, fuerat Demosthenes Liberalibus, s. Διονυσίοις ἐν ἄστει. Quo in munere quomodo se gesserit, apparet ex argumento et narratione orationis Midianae. GESN.

ead. l. 13. Πολλάκις ἐστεφανωκότων] Vid. *Dem.* Or. de Coron. cap. 64. inprimis c. 78. Ἐπειδὴ πρὸς τὰ κοινὰ προςῆλθον, ἔδοξέ μοι τοιαῦτα πολιτεύματα ἑλέσθαι, ὥςτε καὶ ὑπὸ τῆς πατρίδος, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων πολλάκις ἐστεφανῶσθαι. GESN.

Pag. 165. *l.* 3. Περὶ τοῖς] Lege παρά. GUYET. Παρὰ τοῖς οἰκείοις *Fl.* et *Ven.* utraque. Reliquae περὶ, mendose. SOLAN.

ead. l. 4. Ἐλυσάμην αἰχμαλώτους] Nobile hujus magnificentiae exemplum praebet argumentum orationis *de falsa legatione*: cum ea inprimis caussa legationem Macedonicam a se testetur susceptam, uti captivos, quibus id promiserat, liberare posset. GESN.

ead. l. 5. Ἢ οἷς τοὺς ἐράνους συνδιελυσάμην] *Phil. Melanchthon* verterat: *aut quibus donavi pecunias. Benedictus* vero: *aut quos dandis contributionibus juvi.* Sed vereor ut recte, ait *Jac. du Port* in praelectt. ad *Theophr.* Charact. p. 192. Edit. *Cantabrig.* Vult enim ibi Demosthenes, se eos adjuvisse in dissolvendis debitis *erani* nomine, quem collegerant, contractis. Ἐράνους συνδιαλύεσθαι: concise et eleganter dictum, pro *debita dissolvere erani nomine conflata.* Vertendum igitur esset: *Quorum ego dissolvi debita, erani nomine, quem ab amicis collegerant, contracta.* Tantae molis est alicubi Graeca Latinis exprimere; adeo Graecanicam volubilitatem Romana lingua sequitur non passibus aequis. Contra apud Romanos ἔρανον nunquam fuisse restituendum, docet ibid. p. seq. velut p. 191. tradiderat, ἔρανον fuisse genus mutui gratuiti, apud Graecos frequentati. Ubi enim quis aere alieno premeretur, aut etiam alias in inopiam incidisset, nec haberet, unde viveret, ad amicos erat paratum refugium, qui, quod poterant, unusquisque ἀνδραχὰς *pro sua virili* conferebant. Aliaque de

eranis vid. ibid. Sed et coenam collatis symbolis fuisse ἔρανον, satis notum est. Vid. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. περὶ ἀὐθάδ. c. 15. ad verba καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη etc. Item *Feith.* Antiq. Homer. III, c. 4. *Longolium* ac *Buchner.* ad *Plin.* L. X. Epist. 93. qui *Livium* aeque ac *Plin.* etiam Latine *eranum* dixisse indicant. Reitz.

ibid. Συνδιέλυσά μὲν] *Simul solvo.* Guyet.

ead. l. 7. Τουτουὶ Ποσειδῶνος] Clarum enim Calauriae Neptuni, ad quod confugerat, templum. Solan.

ead. l. 13. Ηυθέου] Inter Demosthenis accusatores recens apud *Plut.* 1555, 1. Ubi Πυθέου legendum, non Πυθαίου, ut fit. Solan.

ead. l. 14. Δημάδου] Pro Philippo hic Athenis faciebat. Solan.

ibid. Τῆς ψυχῆς μεθαρμόσασθαι] Corrige τὴν ψυχήν. Guyet. (*Menagius* sic: Nota hoc verbum cum genitivo. Sed scripserat forte Lucianus τὴν ψυχήν. Dicerem idem utrique in mentem venisse, nisi *Menagii* mos mihi notus esset.) An τῆς ζωῆς; ut jungatur ὀψὲ τῆς ζωῆς, i. e. *etiam sera aetate mores mutare,* quae sententia et constructio melior: nam ut ψυχὴ alibi saepe pro ζωῇ accipitur, ita hic non potest. Sed vide, anne vulgatae structura sic defendi queat, ut media forma μεθαρμόσασθαι τῆς ψ. valeat μεθαρμόζειν ἑαυτὸν διὰ τῆς ψυχῆς. Etsi enim vulgo accusativum adsciscit μεθαρμόζεσθαι, ut *Aelian.* XIV, 7. ἐὰν μὴ τὸν βίον — τοῦ λοιποῦ μεθαρμόσηται· neque exempla mihi suppetunt, ubi genitivo jungatur; tamen non videtur repugnare analogiae, si forte auctor cum genit. construxerit, quorum et alia ex μετὰ composita interdum construuntur, ut μεθίεσθαί τινος, *dimittere aliquem,* vel μεταδιδόναι τούτου, ut *Herodian.* Item μεθίσταμαι, in Evang. *Luc.* XVI, 4. ὅταν μεταστα θῶ τῆς οἰκονομίας. Nec non μεταποιεῖσθαι τῆς ξυνέσεως ap. *Thucyd.* I. c. 140. aut denique ut καταλλαχθῇ χόλου, *Sophocl.* teste *Stephano.* Sive regatur genitivus ratione praepos. quae in composito inest, ut

in ἀπαλλάττεσθαι νόσου, ἐπιβαίνειν ὥρματος, et similibus solet: quod tamen in μεθαρμόζεσθαι nondum definio. Ideoque ψυχὴν, quod *Gesnerus* quoque adscripserat, praefero, donec certioribus exemplis de genitivo constet. Reitz. Non desunt exempla, quibus probetur μεθαρμόττεσθαί τινος bene dici, quando significet, *ex alio statu se transferre* in alium. Prior, qui mittitur, ex ipsis linguae legibus requirit, non admittit tantum, genitivum; in quem quis transit, ponitur in accusativo. Injuria tentatus est probissimus versus *Eurip.* Alcest. Ed. *Wüstemann.* v. 1176. Νῦν γὰρ μεθηρμόσμεσθα βελτίω βίον Τοῦ πρόσθεν. Omnino non tentatus locus in libro, quem *Luciano* vulgo adscribunt, Amorum c. 4. Tom. V. huj. Ed. p. 249. ἡ δὲ σὴ Μοῦσα τῆς συνήθους μεθαρμοσαμένη σπουδῆς, ἱλαρῶς τῷ θεῷ συνδιημερευσάτω. Quamobrem nec hunc nostrum locum tentandum censeo. Lehm.

ead. l. 15. Ἐρεχθέως θυγατέρας] Vid. *Hyg.* Fab. 238. et *Apollod.* III. p. 102. A. Solan. „Similem „pudorem incussere Romano Demostheni, qui pro Sext. „c. 21. Mortem, ait, quam etiam virgines Athenis, regis, „opinor, Erechthei filiae, pro patria contemsisse dicuntur, „ego vir Consularis, tantis rebus gestis, timerem? Vid. *Ma*„*nut.* ad h. l.“ Belle haec notavit *Gesn.* in Chrestom. Lehm.

Pag. 166. *l.* 4. Προέμενος] Vid. *Plut.* 25, 2. et 290. Solan.

ead. l. 6. Ἡ δὲ καὶ θυήσκουσ'] De Polyxene. Guyet. (Idem et adscripsit *Menag.*) *Eurip.* Hecub. 568. De Polyxena mactata sermo est. Solan. Cf. *Ovid.* Met. XIII, 479. sq. Similis pudoris exempla legas Lucretiae ap. *Ovid.* Fast. II, 833. sq. Corneliae Vestalis in *Plin.* Epist. IV, 11, 9. quin etiam tyranni Caesaris moribundi ap. *Sueton.* Jul. 82. Caeterum h. l. quod Demosthenes ad Archiam olim histrionem dicit: ἀλλὰ δίκαιον γὰρ σοὶ τῶν τραγῳδιῶν μνημονεύειν, animadverte dicti τὴν πικρότητα. Lehm.

ead. l. 7. Εὐσχήμως] Nihil veritus sum, consulere metro, quia versus totus est ex *Eurip.* Med. (imo *Hecub.*)

568. ubi recte *εὐσχήμως*. Mox malim *καὶ ταῦτα κόρη*, monente *Wetsten*. REITZ.

ead. l. 9. *Ξενοκράτους*] *Diogenes Laërtius* IV, 12. et 13. memorat Xenocratis de Morte et de Anima libros, iń quorum utroque de immortalitate animorum potuit disputare. GESN.

ead. l. 14. *Ἐπείσθην ἄν, ἔφη, τούτοις Ἀρχίας ὤν*] Ex Alexandri dictis sumtum. GUYET. Eadem rursus ad verbum plagiarius *Menagius*. Alexandri autem dictum quale est? An quod Diogeni Cynico respondit, *Nisi Alexander essem, Diogenes esse mallem*, quod ex *Plut.* et *Pausan.* narrat *Freinshem.* in Suppl. *Curt.* L. I. c. XI. §. 11. Non. Sed alterum, quod Parmenioni; vid. *Curt.* IV. XI. §. 11. qui, cum oblatam pro reddendis captivis ingentem pecuniam accipere suaderet, responsum hoc tulit: *et ego pecuniam, quam gloriam, mallem, si Parmenio essem: nunc Alexander — fortunam meam non vendo.* REITZ.

Pag. 167. *l.* 10. *Εὐκτήμονος, οὐκ Ἀριστογ. οὐ Πυθ. καὶ Καλλιμ.*] De Euctemone satis constat ex oratione contra Midiam. Aristogitonem oppugnavit Demosthenes duabus contra illum scriptis orationibus. Pytheas et Callimedon tum alias ex *Plutarcho* noti, tum conjunguntur in Vita Demosth. p. 858. C. D. *Πυθέας ὁ ῥήτωρ, καὶ Καλλιμέδων ὁ Κάραβος ἐξ Ἀθηνῶν φεύγοντες, Ἀντιπάτρῳ προσεγένοντο, καὶ μετὰ τῶν ἐκείνου φίλων καὶ πρέσβεων περιῶντες οὐκ εἴων ἀφίστασθαι τοὺς Ἕλληνας, οὐδὲ προσέχειν τοῖς Ἀθηναίοις· Δημοσθένης δὲ τοῖς ἐξ ἄστεος πρεσβεύουσι προσμίξας ἑαυτὸν ἠγωνίζετο καὶ συνέπραττεν, ὅπως αἱ πόλεις συνεπιθήσονται τοῖς Μακεδόσι, καὶ συνεκβαλοῦσιν αὐτοὺς τῆς Ἑλλάδος.* Narrat deinde pluscula acute dicta, quibus se invicem Pytheas et Demosthenes impetierint. Cf. ipse *Demosth.* Ep. 2. GESN.

ibid. Ἀριστογείτ.] Errat *Loidius* de hoc disserens. SOLAN.

ead. l. 13. *Οὐδὲν παράνομον*] Asylum enim erat; vid. *Strabon.* VIII. SOLAN.

Pag. 168. *l.* 1. *Ἀή ποτε*] Etsi cum *Fl.* *δή* omitti queat, cum jam satis particularum adsit; tamen quia et *Herodot.* non semel *δὲ δὴ* jungit, nihil mutavi. Ut L. VII. p. 442. D. *ὁ δὲ δὴ ἀπιὼν*, et alibi. REITZ.

ead. l. 3. *Φάρμακον — τεταμιεῦσθαι*] Caute Noster loquitur. Quantus enim dissensus inter auctores de hoc veneno olim fuerit, satis indicavit *Plutarchus* in Vita. Qui enim veneno sponte sumto perisse dicunt, (nam ne in hoc quidem conveniunt omnes) ii vel nihil addunt amplius, quo in numero est etiam *Pausan.* Att. p. 7. 21. *Wech.* vel ex calamo scriptorio volunt suxisse, quod *Plutarchus* probare videtur; vel, quod idem ex *Eratosthene* refert, ex annulo armillari excavato, (*φόρημα περιβραχιόνιον* illi fuisse *τὸν κρίκον*) quem *Plinius* XXXIII, 1. s. 6. in annulum digitalem gemma ornatum parum probabiliter transformat. Quantilla enim veneni portio in ejusmodi annulo contineri queat? GESN.

ead. l. 8. *Τοὺς ἐν Μαραθ. πεπ.*] Clarum hoc Demosthenis jusjurandum, quod et apud ipsum vide pro Coron. c. 60. et apud *Longinum*, *ὕψος*, quod ei inest, rite enarrantem. SOLAN.

ibid. Χαίρειν] Ridicule sane. Famae Demosthenis aliquanto melius consulunt, qui epistolam scribentem faciunt, in qua *Δημοσθένης Ἀντιπάτρῳ* solum adscriptum. Vid. *Plut.* 1556. et in fine vitae Demosth. *Στεφ.* 60. SOLAN.

ead. l. 11. *Δημοσθένους γε*] Antipater. GUYET.

Pag. 169. *l.* 4. *Ὀπαδός τις δαίμων*] Vide *Herodian.* I. in Commodi oratione, *ὁ μὲν γὰρ πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς ὀπαδὸς ἤδη καὶ συνεδρός ἐστι Θεῶν.* De Mort. Per. c. 29. SOLAN.

ead. l. 5. *Ἐλευθερίου Διὸς*] Qui colebatur praeter caeteros apud Plataeenses, post liberatam proelio ibi facto Graeciam. Auctor *Pausan.* Boeot. p. 283. 33. GESN.

IN DEORUM CONCILIUM.

Pag. 170. *l.* 3. *Τονθορίζετε*] *Τονθορίζω* et *τονθορύζω* utrumque usitatum. GUYET. Sic etiam *Jens.* ad Necyom. c. 7. Tom. III. p. 389., ex hoc nostro loco formam *τονθορίζειν* vindicans. At vero h. l. rectius legitur *τονθορύζειν* cum Schol. et tribus Codd. Vid. *Lobeck.* ad *Phryn.* p. 358. et *Fritzsch.* De Atticismo Luciani Comment. I. p. 21. LEHM.

ead. l. 4. *Συστρεφόμενοι*] *Conglobati.* KUSTER.

Pag. 171. *l.* 5. *Ἄκουε, σίγα*] Legitima verba etiam apud *Aristoph.* Θεσμοφ. 379. *Ἄκουε πᾶς. Ἔδοξε τῇ βουλῇ τάδε. — τίς ἀγορεύειν βούλεται;* Et v. 389. *Σίγα, σιώπα, πρόσεχε τὸν νοῦν.* Add. *Kuster.* ad *Ἐκκλησ.* v. 130. it. *Ἀχαρν.* 45. Ipse *Demosthenes* de Coron. c. 53. *Ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; κ. τ. λ.* GESN.

ibid. |*Τῶν τελείων θεῶν*] Vid. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Pall. v. 131. et 135. ubi *perfectos Deos* esse *τελείους* docet. Sed mihi hic videbatur ad perfectionem civilem et plenum jus civitatis potissimum referri, ut sint *οἱ ἐν τέλει*, qui etiam *τὰ τέλη* vocantur, (vid. *Duker.* ad *Thucyd.* I, 58. et ipse *Noster τὰ τέλη τῶν κυνῶν* vocat de Morte Peregr. c. 36.) principes civitatis, quibus magistratus, quem gerunt, aut dignitas concionis habendae jus tribuit. *Classicos* vocavi, ex moribus Romanis, quasi primae classis cives, qui primi ad suffragia vocantur, et rem fere conficiunt. De *μετοίκοις* vid. *Flor. Christ.* ad *Aristoph.* Lysistr. 580. GESN.

ead. l. 16. *Μετὰ παῤῥησίας — εἰπεῖν*] Adde supra Jov. Conf. cap. 19. pr. Et *Elsner.* ad *Act. Apost.* IV, 29. ubi similiter: *καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας πάσης λαλεῖν.* REITZ.

Pag. 172. *l.* 14. *Νέμονται*] *Participant, possident.* GUYET.

Pag. 173. *l.* 8. *Ἐμπόρου τοῦ Κάδμου*] Puto hic *ἔμπορον Homeri* intellectu, Deorum lingua, dici, cum ex

vi originis suae eum notat, qui mare trajicit, speciatim aliena navi, quem ἐπιβάτην postea dixere, cum ἔμπορος mercatorem, negotiatorem significare coepisset, quod testantur *Eustathius* pariter et minor Scholiastes ad Odyss. *B*, 319. Huc respicit, arbitror, etiam *Pollux* I, 95. εἴη δ' ἂν τῶν ἐμπλεόντων καὶ ἔμπορος. Itaque *vectorem* interpretatus sum. Neque enim puto *mercatorem* ab ullo veterum esse vocatum. Sed nave pervenisse in Graeciam inter omnes constat. GESN.

ead. l. 10. *Μίτραν*] Hinc supra *θηλύμιτρις*, quod vide Bacch. cap. 3. SOLAN. Imo *θηλυμίτρης*, uti jam ibi correctum. LEHM.

ead. l. 13. *Φρατρίαν*] Sic *Ven.* 2. *Bas.* 2. et *Par.* In reliquis prave *φατρίαν*. Vide Hermot. c. 24. et notam. SOLAN.

ead. l. 15. *Σειληνὸν*] Omnes impressi hic prave *Σιληνὸν* habebant. Vide supra Bacch. ubi frequenter occurrit et recte scribitur. SOLAN. *Σειληνὸν*] Non dubitavi et hic ita rescribere, invitis Edd. quia sic Bacch. c. 4. item c. 6. et alibi aliquoties recte legitur. REITZ.

Pag. 174. *l.* 2. *Φαλακρὸς γέρων*] De Sileni figura ex diversis monumentis, deque illius a Satyris differentia, plura *Perizon.* ad *Aelian.* Hist. III, 18. ubi *Lucianum* inprimis illustrat. GESN.

ead. l. 5. *Κεράσται, οἷα*] Οἷα ad *κεράσται* simul et *κέρατα* referri, vid. supra dictum Bacch. sub init. REITZ.

ead. l. 12. *Ἰκαρίου*] Vid. *Hygin.* 224. SOLAN.

ibid. Θυγατέρα] *Τὴν Ἠριγόνην.* GUYET.

ead. l. 13. *Τὸν κύνα τῆς Ἠριγόνης*] *Tatian.* p. 37. Et *Apollod.* III, 100. A. SOLAN.

ead. l. 15. *Τὸ ξύνηθες ἐκεῖνο καὶ ὅπερ ἠγάπα κυνίδιον*] *Th. Mag.* v. *κυνίδιον.* SOLAN.

Pag. 175. *l.* 2. *Πολλῶν ἀντάξιος*] *Hom.* Il. *Λ*, 514. SOLAN.

ead. l. 12. *Τάφον*] Vide not. ad Timon. c. 4. SOLAN.

ead. l. 14. *Αἰγιεῦσιν*] In Marg. *A.* 1. *W.* adscriptum: *Αἴγιον* urbs Achajae, hinc *Αἰγιεὺς Steph.* REITZ.

ibid. Ὑποβολιμαῖον] Unde habet, mihi non constat. Sed facile nothum crediderim, qui clam patre educatus etc. SOLAN. Aliam conjecturam, nixam illam loco *Pausan.* VII, 24., proponit *Wieland.* in not. ad vers. Tom. II. p. 427. LEHM.

Pag. 176. *l.* 3. Ψέλλιον] *Th. Mag.* v. ψάλλιον, quod a ψέλλιον differre docet. REITZ.

ead. l. 11. Λέαρχος] De hoc ejusque cum Baccho cognatione, vid. *Loyd.* Lex. et iterum in vit. Athamas. SOLAN.

ead. l. 15. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸν Ἀγχίσην, καὶ τὸν Τιθωνὸν, — καὶ τὸν Ἰάσωνα;] Sic legit interpres, et, licet obvium sit emendare, Iasonem iis accenset, qui Dearum concubitu potiti sunt, et Medeae ἀποθέωσιν parat. Lege Ἰασίωνα, qui ob Cereris amores a Jove zelotypo fulminatus est. *Homer.* Odyss. *E*, 125.

Ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ
Ὤι θύμῳ εἴξασα μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
Νειῷ ἔνι τριπόλῳ, οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπυστος
Ζεύς, ὅς μιν κατέπεφνε βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ. PALM.

ead. l. 16. Τὸν Ἰάσωνα] Ἰασίωνα legendum videtur. Iasion, Jovis et Electrae filius, a Cerere adamatus est. GUYET. Ἰασίωνα] Secuti sumus *Palmerii* emendationem certissimam; vid. LL. et *Aelian.* V. H. XIII. 1. Atalantae pater. At L. Ἰξίονα. *Fl.* vero Ἰάσονα. Reliqui impressi Ἰάσωνα, prave. SOLAN. Ἰασίωνα] Ἰάσωνα tertiam habebat longam, cum brevis sit Graecis Latinisque poëtis. Ἰάσονος etiam et Ἰάσονι in prosa recte *Ptol. Hephaest.* L. II. med. *Iasionem* vero vid. apud *Apollod.* L. III. c. 11. ubi in nonnullis Edd. Ἰασίονος quoque o brevi; sed quia et *Aelian.* cum Homero Ἰασίωνα per ω scribunt, hoc praeferendum. REITZ.

Pag. 177. *l.* 10. Ὁ Κορύβας] Iasonis, seu potius Iasionis et Cybeles filius, teste *Diodoro Siculo.* GUYET.

ead. l. 11. Σαβάζιος] Per se Deum, ut vides, facit. E nostris quidam unum cum Baccho statuunt. Vid. *Pott.* 390. SOLAN.

ibid. Ἐπειςεκυκλήθησαν] Sic *Fl.* Ed. optime; ut Philops. c. 29. a *Kustero* recte emendatum est. Ibi enim, uti et hic, non reliqui tantum impressi, sed ipsa *Fl.* corrupta est. In reliquis hic legitur ἐπειςεκεκλήθησαν. Solan.

ead. l. 12. Ὁ τὸν κάνδυν, καὶ τὴν τιάραν] Habitus ille Mithrae in simulaeris pluribus hodie superest, quae videre licet tum alias, tum studiose collecta, comparata inter se, et explicata apud *Philippum a Turre* in monumentis veteris Antii P. II. p. 157. seq. et *Montfauc.* Antiq. Expl. I, 4, 3. qui etiam II, 2, 6. ex hoc ipso loco cum imaginibus antiquis collato conficit, candyem esse brevem chlamyda, tiaram autem pileum antrorsum reflexum. Gesn.

ead. l. 14. Ὁρῶντες αὐτῶν] Τῶν ἡμιθέων scil. Guyet.

ead. l. 15. Μαχρὰ] *Fl.* fere ubique in hac phrasi μαχρὰν legit. Vid. c. 2. Navig. sed cur prius praeferamus, vide ad Rhet. Praec. c. 10. atque Jov. Conf. c. 32. atque alibi. Reitz.

Pag. 178. *l.* 6. Ποικίλος] Rescribitur (*Descr.*) ab *H. Prideaux.* P. I. L. III. ex *Herod.* III. *Plin.* VIII, 46. *Solino* XXXV. et *Ammiano Marcell.* c. 22. Unde illud tantum decerpam, quod ad rem praesentem facit, nempe nigrum totum fuisse, nisi quod in fronte macula alba quadrata fuerit, et in tergo aquilae, aut, ut alii tradunt, crescentis lunae figura. Quod autem de scarabaeo sub lingua ex *Plinio* monet, *Plinii* verba sic habent: *Nodus sub lingua, quem Cantharum appellant.* Solan.

ead. l. 8. Ἄλλα πολλῷ γελ.] Sic *crocodilum* adorabant Ombitae. Vid. *Ael.* de anim. X, 21. et *Nostr.* Jov. Trag. c. 42. *Felem* alii. *Athenag.* p. 50. C. add. *Clem. Alex.* p. m. 66. A. Solan.

Pag. 179. *l.* 6. Μητραλοίου υἱὸς] Cum Alcmaeone confundit, a quo mater occisa. *Ovid.* Met. IX, 407. *Natus erat facto pius et sceleratus eodem.* Vid. p. 255, 1. et 266. Quidam tamen una matrem occidisse tradunt, (vid. *Apollod.* III. p. m. 81. pen.) et ita pater jusserat (p. 77.

C.) Solan. Utrum auctorem secutus, an memoria lapsus, filium facit, qui frater erat ejus Alcmaeonis, qui Amphiarai patris ulciscendi caussa matrem Eriphylen interemit? Gesn. Si, de quo nulla omnino inter veteres dissensio est, sub *matricida* h. l. pater Amphilochi, i. e. *Amphiaraus*, non frater Alcmaeon, intelligatur, nec de errore Luciani cogitetur, Alcmaeonem cum Amphiarao confundentis: Amphiaraus eatenus, *Wielandio* arbitro, dici possit *matricida*, quatenus filium Alcmaeonem eo adduxit, ut matrem suam interficeret. At minus mihi simplex haec ratio esse videtur, quam pro auctoris natura, a quo sane haud alienum est putare memoria lapsum esse. Lehm.

ead. l. 7. *Ἀνοῖν ὀβολοῖν*] Confer omnino Alex. c. 19. a me hinc praecipue nitori suo redditum. Solan.

ead. l. 11. *Πολυδάμαντος*] De hoc dictum est ad Herodot. c. ult. Vide etiam *Athenagoram*. Solan. Hujus Polydamantis Scotussaei, athletae cum Dario Notho viventis, facinora, mortis genus, statuam quoque Olympicam commemorat *Pausanias* Eliac. II. pag. 182. seq. sed de vi illa febrifuga nihil. Gesn.

ead. l. 13. *Θεαγένους*] De eo vid. Quom. Conscr. Hist. c. 35. et notas. Solan. De hoc omnia *Pausanias* Eliac. II. p. 188. seq. qui etiam hoc addit: *Θάσιοι δὲ — νομίζουσιν ἅτε θεῷ θύειν. Πολλαχοῦ δὲ καὶ ἑτέρωθι ἔν τε Ἕλλησιν οἶδα καὶ παρὰ βαρβάροις ἀγάλματα ἱδρυμένα Θεαγένους, καὶ νοσήματά τε αὐτῶν ἰώμενον, καὶ ἔχοντα παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τιμάς.* Gesn.

Pag. 181. *l.* 7. *ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι*] Praescriptio solennis in omnibus fere monumentis Graecis. Vid. quos laudat *Huds.* ad *Thuc.* IV, 118. ubi etiam principio decreti est, nempe sic: *Ἔδοξε τῷ δήμῳ. Ἀχάμαντις ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει, Λάχης εἶπε, Τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων κ. τ. λ.* Gesn.

ead. l. 8. *Ὁ Ζεὺς ἐπρυτάνευε*] Proprie tribus *πρυτανεύειν* dicitur, id est, quinquaginta ex illa viri, decima pars magni Senatus quingentorum. Sic ordinarie in ejusmodi

decretis, v. g. apud *Thucyd.* l. c. et plusculis in *Demosthenis* oratione pro Corona. Sed hic Jovi hoc tribuit *Lucianus*, nempe qui hoc egerit; quod refert *Pollux* VIII, 95. οἱ Πρυτάνεις τὴν βουλὴν συνάγουσι, καὶ προγράφουσι πρὸ τῆς βουλῆς καὶ πρὸ τῆς Ἐκκλησίας, ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν. Caeterum lubet hic indicare, quod prodesse possit illa de πρυτανευούσῃ φυλῇ observatio *Andocidi* in oratione de mysteriis p. 13. *Ald.* ubi legitur, Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ἐὰν τὶς ἐπρυτάνευε, Κλεογένης ἐγραμμάτευε, Βοηθὸς ἐπεστάτει. Quod summus vir *Ezech. Spanh.* Diss. XI. p. 715. ita convertit, *Si quis Prytanin agebat* etc. Legendum absque haesitatione videtur Αἰαντὶς (φυλῆς hoc nomen est apud *Suidam*) ἐπρυτάνευε. Dicam, quomodo Αἰαντὶς mihi ita facile in mentem venire potuerit. Occupatus paullo ante in laudatione *Demosthenis*, orationem pro Corona perlegeram, et in ea ψηφίσματα. Horum vero unum c. 55. factum est, φυλῆς πρυτανευούσης Αἰαντίδος. Satis, credo, est. GESN.

ead. l. 9. Προήδρευε Ποσειδῶν] Neptuni mentio nulla praecessit. Sed puto, quod clamosus est admodum ille Deus, et plus quam Stentorea voce, ideo προεδρίαν hic illi tribui. *Ulpian.* ad Demosth. contra Midiam, quem laudat etiam *Kuhn.* ad *Poll.* VIII, 96. Οἱ πρόεδροι ἦσαν οἱ διὰ τοῦ Κήρυκος λέγοντες τῷ δήμῳ· Δοκεῖ ἡμῖν περὶ τούτου βουλεύσασθαι. GESN.

ibid. Ἐπεστάτει Ἀπόλλωνι] Ἐπιστάτου erat mittere populum in suffragia, quod ἐπιψηφίζειν est, ut luculenter ostendit *Ernestus* ad *Xenoph.* Memor. Socr. IV, 4, 3. Quam congrue autem ἐπιστάτην faciat Apollinem, indicat *Pollux* VIII, 96. ubi de ἐπιστάτῃ, ἔχει οὗτος τὰς κλεῖς τῶν ἱερῶν, ἐν οἷς τὰ χρήματα, καὶ τὰ γράμματα. Apollo praeses literarum etc. Ab hoc munere incipit decretum apud *Aristoph.* Thesmoph. 379. Τιμόκλει' ἐπεστάτει· Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν· Εἶπε Σωστράτη. GESN.

ead. l. 10. Ἐγραμμάτευε Μῶμος] Etiam hoc apposite. Γραμματεὺς ap. *Poll.* VIII, 98. inter alia ἀναγι-

νώσκει τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ, quod facile plurimis oratorum locis firmari posset, si hoc ageremus. Nam quae de *Prytanum, Proëdrorum, Epistatarum, Scribarum* munere diximus, eo modo allata sunt, ut conversionis nostrae ratio etiam his, qui non satis exercitati sunt, appareat. Gesn.

Pag. 182. *l.* 9. Περὶ τροπὰς χειμερινὰς] Cum longae noctes benignam dormiendi, et somniandi adeo, occasionem praebent. Dicit enim sententiam Somnus. Gesn.

ead. l. 10. Τελείους θεούς] Supra Jov. Tr. c. 18. Reitz.

ead. l. 14. Ὅρκον, τὴν Στύγα] *Hom.* Od. *E*, 185. Solan.

Pag. 183. *l.* 1. Ἥρια] Humilium volunt hac voce designari sepulcra. Solan. Vid. supr. Contempl. c. 22. pr. Reitz.

ead. l. 5. Ἀθηνᾶν ἰᾶσθαι] Erat Athenis signum Ἀθηνᾶς Ὑγιείας, teste *Pausan.* Att. p. 21, 17. et ara, ibid. p. 31, 3. *Wechel.* De Aesculapii oraculis vel solus *Nostri* Pseudomantis satis testatur: ad quem fallor an referenda est tabula aenea apud *Gruterum* p. 81. Gesn.

ibid. Ἀσκληπιὸν χρησμῳδεῖν] Alexandri Abonoteichitae oraculum petere hisce videtur. Solan.

ead. l. 12. Ἐκείνοις δὲ τάφον — καὶ θύλην ἐπιστῆσαι] Pro θύλην, quae vox est nihili, manifestum est debere legi στήλην. Sed interpres, qui statuam vertit, nescio quomodo legerit: nam licet στήλη ab ἵστημι derivari videatur, ἵστημι vero sit *statuo*, tamen statua Latinis dicitur Graece ἄγαλμα, ἀνδριὰς, βρέτας, non vero στήλη, quae hoc loco *cippus* debebat verti. Palm.

ead. l. 16. ΖΕΥΣ] Delevi supra Jovis nomen, quod in omnibus libris nostris ante τοῦτο reperiebatur, et hic suo loco reposui ante Δικαιότατον. Decretum autem Momus legerat, quod observare omiseram. Isque adeo recitato jam decreto ait: τοῦτο μὲν ἡμῖν τὸ ψήφισμα. Solan.

Pag. 184. *l.* 9. Νομίζουσιν] Sequebantur in Ed. *Junt. Ald. Fl. Fr. Hag.* et *Bas.* 1. ac 2. (non in *Par.*

Salm. et *Amst.*) duo Dialogi inscripti: *ΖΕΥΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΣ.* Alter *ΑΠΟΛΛΩΝ ΚΑΙ ΕΡΜΗΣ.* Iis tamen additum in iisdem: *Οἱ ἐφεξῆς δύο διάλογοι τῶν διαλόγων εἰσὶ τῶν θεῶν·* quo indicarent, hos binos Dialogos Deorum. Sed uterque jam suo loco insertus est Tom. II. Nº. XXV, et XXVI. Reitz.

IN CYNICUM.

Pag. 185. *l.* 1. *ΚΥΝΙΚΟΣ*] D. *Joan. Chrysostomus*, vir plane sanctus et incomparabilis, non veritus est ejus partem in homiliam quandam, quam in *Johannis* evangelium commentatus est, inserere. Coen. Suppositititum credo: gravior enim est, nec ludentis Luciani. Solan. Mira vero argumentatio! Quasi omnis gravitas a multiplici Luciani ingenio et oratione aliena fuerit, nec ille quidquam aliud sciverit, nisi ludere. Quin ipse *Solanus* bene norat gravissimi et consilii et styli libros, a nemine illos, ac ne ipso quidem, unquam in suspicione habitos, Hermotimum, Nigrinum, Toxarin, Anacharsin, multosque alios: qui quum et ipsi inter se pro materiae ratione et auctoris aetate valde diversi sint habitu ac forma, facilius tamen quisque infinitam prope ac plane inexhaustam ingenii varietatem et agilitatem in scriptore, qui ipse Demosth. Encom. c. 24. se profitetur *πάσας στροφὰς καὶ περιαγωγὰς ἐναλλάττοντα*, admirari volet, quam ob hanc ipsam ac solam varietatem de unius vel alterius libelli auctoritate dubitare. Mihi quidem videtur Lucianus sibi ipse defuturus fuisse, nisi hunc scripsisset Cynicum suum, quum parum sibi de Cynica disciplina judicans constitisse videri potuisset, qui nunc Cynicis, ut Antisthene, Diogene, Menippo, uteretur ad errores hominum ac vitia perstringenda et corrigenda, nunc eosdem Cynicos, ut in Lapithis, Vitarum Auctione, et alibi, acerbe carperet ac derideret. Jam de consilio libelli ipso cf. Argum. Lehm.

ead. l. 3. *Κόμην*] Diserte hic *coma* tribuitur Cynico; quam apte, viderint alii. Ego certe contra optimorum scri-

ptorum morem id factum censeo, apud quos ἐν χρῷ κεκαρμένοι, quales Cynicos fuisse certissimum est, nunquam credo invenientur κόμην ἔχειν dici. In hoc tamen libello iterum c. 13. iidem diserte dicuntur, aut innuuntur κομᾶν, c. 16. et 20. Nihil igitur restat, nisi ut moneam, opus esse supposititium, de quo non multum laborandum est. De aliis Luciani ipsius locis quid dixerim, vide ad De Morte Peregr. c. 15. SOLAN.

ead. l. 4. *Χιτῶνα*] Sic *Aelian.* V. H. VII, 13. *ἀνυπόδετος πολλάκις καὶ ἀχίτων προήει.* Philosophi enim omnes, exceptis Cynicis, et tunicam interulam et superariam (verbis utor *Salmasii* ad *Tertull.* de pallio p. 70.) habere consueverant Cynici solam interulam, inquit, unde *ἀχίτωνες.* Vid. fin. hujus Dial. ubi plerique Dii *ἀχίτωνες* pingi dicuntur. *Non semper veteres Graeci calceati erant,* inquit *Casaubonus* (ad *Theophr.* Char. p. 240.) *ut hodie nos sumus: multus enim fuit τῆς ἀνυποδησίας usus. Spartanos quidem etiam lex Lycurgi coëgit esse discalceatos, ut refert Xenophon in eorum Politia. Athenienses quoque, paullo qui essent in ratione vitae adstrictiores aut severiores, non nisi necessario tempore, ad vitandum scilicet frigus aut itinerum asperitates, calceis utebantur. Vide Plut. in Phocione: et, ait idem auctor in vita Lycurgi, eum ταῖς ἀναγκαίαις tantum ἡμέραις calceos induisse. Oppianus etiam in venatoris institutione, jubet eum nudis pedibus ad venationem ire, γυμνοῖσι δὲ ποσσὶν ὀδεύειν Κείνους τοῖσιν ἴχνη μέλεται, δυςδερκέα θήρων. Clem. Alex. Paedag. III. libro II. ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία· πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο. καὶ γάρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. Nota est et Romani Catonis ἀνυποδησία· item Neronis; vide Suet. c.* 51. — Haec et plura *Casaubonus. Xen. ἀπομν.* 1. — *τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς. Aristoph.* apud *Diog. Laërt.* p. 40. C. *ἀνυποδητεῖς·* in Nub. tamen est *ἀννπόδητος.* SOLAN.

ibid. Γυμνοδερχῇ] An *γυμνοδερμῇ*, a *γυμνοδερμοῦμαι*, i. e. cute nuda sum? GUYET. Idem rursus ad ver-

bum *Menag.* Reitz. Nihil dum probabilius video conjectura *Menagii:* hanc itaque interpretando secutus sum. Gesn. Nec *Schneiderus* Lexic. h. v. perhorruit admodum improbabile verbum *γυμνοδερμοῦμαι.* Sed vid. *Lobeck.* ad *Phrynich.* Parerg. c. XIII. p. 624. qui conjicit *γυμνὸς θέρη*, i. e. *εἰληθερεῖς.* Ego certe non habeo, quod proferam melius. Lehm.

ibid. *Ἀνυποδητεῖς*] Infra c. 16. f. *ἀνυποδητεῖν* iterum sic scribitur in omnibus, penult. longa. Item *ἀνυπόδητος* c. 13. ac saepe. Licet et interdum *ἀνυπόδετος.* Reitz.

Pag. 186. *l.* 1. *Τοῖς ἐναντίοις*] Locus mendosus videtur: vett. Codd. inspiciendi. Guyet. Nihil varietatis invenio, neque desidero: nam recte *διαχρήσασθαι* cum accusat. construitur; vid. *Herodian.* plurib. locis; atque *interficio* significat. Verte igitur: *tu corpus contrariis rebus enecas*, i. e. *crucias duriter habendo*, non vero ut vulgo homines solent. Reitz.

ead. l. 3. *Ξηροῦ*] I. e. *ἀστρώτου*, *sine strato.* Guyet.

ibid. *Ἄσην*] *Ἄσιν.* Guyet. Frustra. Nam vulgatum praestat, nec *luto* etiam conspersum requiritur pallium, sed *ἄση fastidium*, hic *squalorem* luctui proprium significat, et ad vocabula luctus bene refertur a *Polluce* III, 98. Reitz.

ibid. *Πάμπολλον*] An *παμπόλλην;* Guyet. Ne credas, lector, qui scis composita Atticis communia. *Aelian.* IV, 8. *παμπόλλους μυριάδας.* Reitz. Sic quidem leviter res confici non poterat. In *Πάμπολλοι μυριάδες*, quae dictio passim occurrit, potest sane de communi genere cogitari, quia forma nil impedit; quamquam rectius cogites, *μυριάδας* tum a scriptore masculine fingi, quasi scriptum habeas *μύριοι.* Sed in *ἄσην πάμπολλον* de forma communis generis cogitari nequit, quod ipsa haec forma vetat. Debebat enim sic scribi *πάμπολυν*, quod in feminino genere me unquam memini scriptum legisse. Poëticam autem formam *πάμπολλος* et *πάμπολλον* nullo jure huic scriptori nostro intrudas.

Ergo non displicet h. l. *Guyeti* παμπόλλην, modo ἄσην sit vera scriptura, aut etiam ejusdem *Guyeti* ἄσιν. LEHM.

ead. l. 8. *Παρέχον*] Fors. *παρέχοι*, adjecerat *Gesnerus*. Idem habet *Guyet.* in nott. Mss. quas ille non vidit. Tanto verisimilius fit, utrumque recte conjicere. REITZ.

Pag. 187. *l.* 4. *Τί τὸ ἐνδεὲς*] Non assequitur Latinus sermo, certe in quantum nobis hic paruit, plenam vim hujus loci. Ἐνδεὴς apud Graecos et hominis epitheton est, cui aliquid deest, quo aegre caret, et rei, quae sic deest. Objicitur Cynico, vivere illum in *defectu*, h. e. in summa inopia: ille rogat, quid est igitur *deficiens* etc. GESN.

ead. l. 16. *Οὐχὶ σκέπης*] Σκέπη legendum videtur. GUYET. Minime: nam connectendum cum seq. *χάριν* et *εἵνεκα*, quod ab eadem persona statim additur. REITZ.

Pag. 188. *l.* 5. *Εἵνεκα*] Non itaque poëticum est *ἕνεκα*. Habuimus id crebro apud *Nostrum*, de Dom. c. 8. Amor. c. 49. Navig. cap. 20. etc. Quamvis Ionibus potius perpetuum *τὸ εἵνεκα*. REITZ.

ead. l. 9. *Μάθοις· τί ποδῶν ἔστ' ἔργον;*] Sic omnino interpungendum fuit, non, ut in plerisque fit, sine interrogatione, aut post *μάθοις* mora. Solae *Bas.* 2. et *Par.* hoc observarunt: quamvis recte verterit *Thom. Morus.* SOLAN.

ead. l. 14. *Οὐδὲν χεῖρον*] Vulgatum *εἰ χεῖρον* nihili esse, bene etiam senserat *Gesnerus*, qui pro *οὐδ' εἰ* rescripserat *οὐδέ*. At cum L. et *Fl. οὐδὲν* habeant, quod verissimum, quodque mox repetitur, in *οὐδὲν φαίνομαι χεῖρον*, omnium nostrorum librorum consensu, nihil haesitavi in hoc recipiendo. Cumque *Fl. οὐδὲν* cum spiritu exhibeat, adparet vulgatum ceterarum *οὐδ' εἰ* hinc natum esse. REITZ.

Pag. 189. *l.* 12. *Οὐδὲ τρέφεσθαί γε φαίνεται χεῖρον τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὅτι ἀπὸ τῶν τυχόντων τρέφεται. ΔΥΚ. Δῆλον γάρ. ΚΥΝ. Οὐδὲ εὗρωσταν, εἰ κακῶς ἐτρέφετο*] Hiulca sunt haec ultima, sed facile patet, quid interciderit; nimirum *εἴη*, idque proclive fuit ob affinissimam sequentem vocalem. Lege igitur,

Οὐδὲ εὔρωστον εἴη, εἰ κακῶς ἐτρέφετο. Id ait Cynicus, *sed nec propterea corpus meum videtur pejus nutriri, quod nutritur ab rebus vilibus.* (Id vero manifestum esse, respondet Lucianus) *Neque bene firmum foret, si male nutriretur.* JENS.

Pag. 190. *l.* 1. *Οὐδὲ εὔρωστον*] *Gesnerus* etiam adleverat: supple *εἴη*. Lubens id adderem, sicubi invenirem. Jam poterit subaudiri, donec id inveniamus. At quidni aeque intelligeretur, ac paullo supra hoc capite, *εἰ γὰρ κάκιον, καὶ ἀσθενέστερον*. REITZ. Cf. Varr. Lectt. LEHM.

Pag. 192. *l.* 2. *Ὀλίγων δὲ ὥστε τραφῆναι δεόμενος, ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπιτριβήσεσθαι μέλλων*] *Benedictus: paucisque, ut nutriatur, opus habeat, diutius tamen, quam alii multi, immoretur.* In qua interpretatione secutus est auctorem *Thomam Morum*, dubito, an Graeca rite considerantem. Certe res ipsa non patitur, ut in his sit justa oppositio; nec si vir valens diutius, quam aegroti multi, immoretur convivio, propterea sic culpari potest, ut hic postea culpatur ab colloquentibus. Errarunt certe, cum *τῶν πολλῶν* putarunt dici masculine; sunt enim neutra. Et utique illud *diutius* nullibi in Graecis. Verte, *paucisque, ut nutriatur, opus habeat, cum a multis*, si multa deglutierit, *futurum sit ut enecetur.* GRON.

Pag. 194. *l.* 10. *Ἐριφύλην*] Amphiarai uxorem. SOLAN.

Pag. 195. *l.* 7. *Καίτοι ἐφάδιον θεραπεύειν ταύτην τὴν ἐπιθ.*] Latet hic Cynicum uleus, de quo Dio illa parte minime *Chrysostomus* in Diog. seu de tyrannide pag. 90. GESN.

ead. l. 8. *Εἰς ταύτην*] Subaudi *ὁδόν*. GUYET.

Pag. 196. *l.* 2. *Μὴ*] Edd. pleraeque *καὶ μή*. Delendum illud *καὶ* jam olim videram, nondum inspecta *Fl.* Ed. in qua non reperitur. SOLAN.

ead. l. 6. *Νὴ Δία*] Concedentis est *νὴ Δία*, non negantis. Hic autem non concedit Lucianus, sed negat. Scri-

bendum ergo *μὰ Δία*. Solan. *Νὴ* tamen et negationi addit *Aristid.* T. II. p. 116. Ed. *Jebb.* Sed *Solano* adsentior hic mutandum; aut saltem negative vertendum. Reitz. Assentior *Solano* ipse quoque. Sed illud *recte sane*, quod in versione posui, ita intelligebam, *recte sane utuntur:* quod, si rem ipsam spectes, eandem vim habet, ac posuissem, *non per Jovem.* Gesn. *in Addend.* Ergo refert *Gesnerus* affirmandi formulam ad simplex verbum praecedens *χρῶνται*, quod vereor, ut fieri possit, quum formula *παρὰ φύσιν χρῶνται* unam contineat eamque indiscretam notionem. Mihi praestare videbatur, post *Δία* lenius interpungi, ut jam haec affirmatio cum sequenti sententia nectatur, et reddenda sit: *Imo vero, per Jovem, etiam inficiendi vim habet.* Sic censeo videlicet, si vera est lectio *νὴ Δία*, in qua certe omnes libri consentiunt. Nec vero puto hanc rei expediendae rationem ab indole dialogi Attici alienam esse. Lehm.

Pag. 197. *l.* 8. *Τὸν Ἡρακλέα*] Meminerimus, Herculem peculiariter numen esse Cynicorum, quem sibi imitandum Herculisci novi sumserint. Pluscula sunt in Proteo Luciani. Clava etiam illum imitabantur, cujus rei imago est in *Sexto Empir.* Fabric. p. 39. De regno illo Herculis, cujus statim fit mentio, splendidissime *Dio* Or. de Regno pag. 12. D. *Ἐκεῖνος δ' οὐ μόνον τῆς Ἑλλάδος ἦν βασιλεὺς, ἀλλ' ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου μέχρι δυομένου, πάσης ἦρχε γῆς, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων, παρ' οἷς ἱερά ἐστιν Ἡρακλέους κ. τ. λ.* Gesn.

ibid. Τῶν πάντων] In mutatione tam exigua, errore orto a scribendi compendio in articulis pingendis usitato, contra Edd. *Gesneri* emendationem recepi. Etsi enim vulgatum satis intelligi queat, friget tamen prae altero, quod Luciano aliisque proprium esse, testimoniis haud eget. Reitz.

ead. l. 16. *Ἢ σὺ δοκεῖς στρωμάτων καὶ ὑποδημάτων ἀπόρως ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο περιϊέναι τοιοῦτος;*] Cynicus contendens, labores, molestias, pericula, non reddere per se aliquem miserum et egentem, utitur exemplo Herculis, qui nudus, pellem modo indutus,

peragrarit terrarum orbem, monstra domuerit, omnibusque superior fuerit. *At*, inquit Cynicus, *non id Hercules prae paupertate fecit, quippe qui mari et terrae imperavit, non propterea fuit miser, quippe qui alios miseria liberavit. An vero*, pergit, *tu putas, eum, qui talis erat, eguisse stratis et calceis, ac ob illud circumerrasse?* Sed Graeca sunt soloecismo inquinata, σὺ δοκεῖς περιϊέναι τοιοῦτος; nam illud τοιοῦτος pertinet ad Herculem. Possemus legere σοὶ δοκεῖ. Possemus minori mutatione, τοιοῦτον· nec dubito, quin ita scripserit Lucianus; (immo, ut video, dubitandum non est: nam clare τοιοῦτον habet *Florentina*.) Quis enim tam turpem sermonem ab tersissimo scriptore speret? Jens. Περιϊέναι τοιοῦτον] Etsi περιϊέναι τοιοῦτος alio sensu recte dicitur, et nominativum cum infinito alibi recte stare demonstravimus; hic tamen minime tolerabile erat τοιοῦτος, quia sic ad praemissum σὺ pertineret, a quo cum necessario divellendum ac distinguendum sit, non haesitavi *Florentinae* ac *Jensio* obsecundare. Reitz.

ead. l. 17. Τοιοῦτον] Secutus sum *Fl.* In reliquis τοιοῦτος est. Solan.

Pag. 199. *l.* 9. Πάντα γὰρ τὰ κακὰ] Quanta ex auri argentique cupiditate mala oriantur, hoc aliisque testimoniis enarrat *L. Bos.* ad *Ep. Timoth.* VI, 10. ubi ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία habemus. Reitz.

Pag. 200. *l.* 6. Ἀναιδέστατον] Vox haec, si recte habet, sensu plane novo sumitur. Non enim *inverecundum*, ut assolet, sed *quod pudorem incutere valet*, hic necessario significat. Sed sanum esse locum, dubito. Solan. Nescio, quid sibi velit ἀναιδέστατος, quod *impudentissimum* notat; neque quid interpres, qui *pudendum* vertit. Puto corruptum esse inter dictantem et excipientem vocabulum, legendumque ἀνηδίστατον superlativo, quasi gradus quarti ex ἀνήδιστος. Atque sic interpretatus sum interea. Nisi tamen potius audienda vetera Lexica, in quibus ἀναίδεστος est ἄμοιρος, ἄτιμος· quae si sequamur, σχῆμα ἀναιδέστατον τοῖς ἀκο-

λάστοις fuerit habitus, cujus minime participes esse velint homines luxuriosi. Gesn. Forte *ἀηδέστατον*, vel *ἀειδέστατον*. J. J. Wetst. Si mutanda erat vox vulgata, abstinendum saltem erat a barbaris, quale *Gesneri* istud *ἀνηδίστατον*, pro quo aeque in promtu fuit probius illud, in quod *Wetstenius* incidit *ἀηδέστατον*. Poterat etiam de *ἀεικέστατον* cogitari. At nondum equidem video corrigendi necessitatem. Cynicus eum dicit habitum maxime decere probos viros, quem delicati homines omnium maxime pudori sibi ducant gerere, quemque hi maxime aversentur. *Impudens* igitur, *ἀναιδὴς*, dicitur habitus Cynicorum ex mente hominum *ἀκολάστων*, quos pudeat imprudenter se gerere, i. e. ut mox ipse Cynicus explicat, *αὐχμηρὸν εἶναι, λάσιον εἶναι* etc. Atqui hanc imprudentiam tum morum, tum habitus, ipsi affectare solebant, et vero jactare, Cynici nostri. Loco omnium conferas Diogenis Cynici professionem Vit. Auct. c. 9. sq. imprimis c. 11. Quemadmodum ergo in voce *ἀναιδέστατον* nihil mihi est offensionis, ita tamen non dissimulo suspicionem quandam, quam vox sequens *μᾶλλον* mihi injicit. Quam vocem malo errore e praecedenti *μᾶλλον* iteratam esse suspicor. Lehm.

ead. l. 9. *Κομᾷν*] Dixi jam supra ad cap. 1, et ad De Mort. Peregr. cap. 15. Solan.

ead. l. 15. *Τί ἂν δῴη τις ἀνδρὸς τὴν αὐτὴν τοῖς κιναίδοις ὀδμὴν ἔχοντος*] Imperite versum: *et quidem quid facies, cum vir eundem cum cinaedis odorem habeat?* Debuit: *Quid daret quis pro viro*, (quanti aestimaret virum) *qui eundem cum cinaedis oleat odorem?* Vide, quae dixi in Ellipsi praepos. *ἀντί*. *L. Bos.* Vid. *Lamb. Bos.* de Ellipsi praep. *ἀντί*. Solan. I. e. Ed. *Schäf.* p. 667. De forma autem *δῴη* vid. ad Hermot. c. 19. Tom. IV. p. 397. Adde ibi *μεταδῴης* nunc editum. De Paras. c. 1. e Codd. duobus. Lehm.

Pag. 201. *l.* 11. *Ὑμῖν δὲ*] Al. *ἡμῖν δέ*. Guyet. Sed vulgatum praestat, quod J. *Par. Salm.* etc. exhibent. Reitz.

ead. l. 12. Κἄπειτα δὲ ἡμᾶς μετατίθεσθαι, καὶ ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀλλήλοις ἐπιτιμῶμεν, κακῶς βουλευομένοις πολλάκις περὶ ὧν πράττουσι, αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τῶν ἰδίων etc.] Non semel haec verba inspexi, et congruentem rei, qua de agitur, sensum in iis perspicere conatus sum. Sed frustra. Interpres vertit: *Atque haec ita cum sint, jam nos in vitam vestram traducere aequum censetis, nostramque corrumpere, cum saepe male consulta sint, quae facitis, ipsique vestris in negotiis minime circumspecti sitis.* Satis patet, interpretem non secutum esse vulgatam lectionem; idque me de alia lectione, alibi forte exstante, cogitare fecit. Et, ecce, sic dederunt *Florentini*: Κἄπειτα δὲ ἡμᾶς μετατίθεσθαι καὶ ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀξιοῦτε κακῶς βουλευομένων πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν· αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τῶν ἰδίων. Unde tanta scripturae diversitas nata sit, non divino. Alium haud dubie *Aldus*, (quem secuti sunt editores reliqui) quam *Florentini*, expressit Codicem. Sed nec *Florentina* scriptura vitii expers, quantum ego video: legendum nimirum βουλεύομενοι. Id vult Cynicus: *Vosne, qui luxu estis perditi, multisque morbi ac infirmitatis generibus saepe affecti, aequum censetis, nos Cynicos componere nos ad vestram vivendi rationem; vos, inquam, qui saepe de iis, quae nos agimus, secus cogitatis, rerum vestrarum conditionem ipsi non habentes perspectam et exploratam?* Nam et per interrogationem haec prolata esse, nullus dubito. Jens.

ibid. Τὰ ἡμέτερα ἀξιοῦτε κακῶς βουλευόμενοι πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν] Sic *Fl.* nisi quod L. et *Jensii* conjecturam, βουλευόμενοι pro βουλευομένων scribere jubentium, secutus sum. Grammaticus enim aliquis margini Cod. L. adscripsit ἴσως, βουλευόμενοι. Reliqui libri omnes haec verba sic exhibent: τὰ ἡμέτερα ἀλλήλοις ἐπιτιμῶμεν, κακῶς βουλευομένοις πολλάκις περὶ ὧν πράττουσιν. Solan. Τὰ ἡμέτερα — βουλευομένων] *Florentinam* lectionem interpretatus sum, quae sola sententiam convenientem huic loco efficit: in qua etiam participium βου-

λευομένων servandum est, quod ad ἡμῶν refertur in τὰ ἡμέτερα delitescens. Μετατίθεσθαι autem media, id est, reciproca significatione accipio, de his, qui sua acta retractant, ut *Xenoph.* Memor. Socr. IV, 2, 19. μετατίθεμαι τὰ εἰρημένα εἴπερ ἔξεστι· et IV, 4, 14. νόμους, οὕσγε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάσαντες μετατίθωνται. *Plutarchus* de discr. Amic. p. 58. C. καὶ λόγου κατάρχοντας ἐν συνόδοις καὶ συνεδρίοις, εἶτα παραχωροῦντας ὡς κρείττοσι, καὶ μετατιθεμένους ῥᾷστα πρὸς τοὐναντίον. *Lucian.* Jov. Conf. c. 10. εἰ μὴ μεταμέλει σοι ἐκείνων, καὶ μετατίθεσαι αὖθις τὰ εἰρημένα. (conf. *Galat.* I, 6.) Gesn. Cf. Varr. Lectt. Lehm.

ead. l. 13. Βουλευομένοις] An βουλευόμενοι; Guyet.

Pag. 202. *l.* 14. Ποτὲ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον ὑμᾶς ἐκφέρειν φαίνεται] *Interdum aliud quidpiam hujusmodi vos auferre videtur.* Ms. non male ἐκφέρειν δύναται, *vos auferre potest.* Sed illud etiam tolerari potest. Graev.

ead. l. 15. Πολλῶν ὑμεῖς γε] Cum *Par.* haberet πολλῶν γε ὑμεῖς γε, adii ceteras, et geminatum γε in omnibus inveni, excepta *Bas.* 2. quae prius γε recte omisit: hanc ergo expressi. Reitz.

Pag. 203. *l.* 12. Θύρας δὲ τῶν καλουμένων ἀνθρώπων] Corruptus haberi debet hic locus. Nam quod in *Ven.* 2. abest οὐ, nihil juvat. Solan.

ead. l. 13. Ἀνθρώπων] Vel εὐδαιμόνων omissum videtur ut bene admonuit *J. J. Wetsten.* vel id pro ἀνθρώπων substituendum est. Reitz. Cf. Varr. Lectt. Lehm.

IN PSEUDOSOPHISTAM.

Pag. 205. *l.* 1. ΨΕΥΔ. Η ΣΟΛ.] Negarunt multi, hunc Dialogum esse Luciani, quoniam, inquiunt, nihil habeat salis: sed longe mihi videntur falli, nec attente hunc Dialogum explorasse. Est enim mire fabricatus propter varias texturae significationes. De quibus copiose *Ammonius*, qui Dialogi hujus sufficiens interpres esse poterit. Dialogi

sequentes nullo modo Luciani thymum Atticum redolent, atque ipse Lucianus hoc testatum voluit, dum his verbis huic tractatui finem facit: *νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον*. Bourd. Luciani non videtur. Guyet. In eadem sententia et *la Croze;* vid. ejus not. ad cap. 7. v. *λέλογχα*. Ego sane non ausim adfirmare Luciani esse. Nimis enim, nimis frequenter iisdem alibi utitur, quae hic soloecismi damnantur. Imo dimidia saltem pars eorum falso soloecismi accusantur, quippe quae et alii probati auctores, Atticismi non rudes, adhibuere, quod recte etiam sensit *Duker*. quem adlego ad c. 7. v. *τεθνήξει*, quodque pluribus post *Graevium* ostenderem, nisi notarum jam esset tantum, ut copioso esse non liceat. Si tamen Lucianus auctor est, jocari hic maximam partem credendus erit, ut qui alibi non sollicite *ὑπεραττικίζειν* necesse duxerit. Reitz. Hic Dialogus inter eos est, quos nulla lingua alia expresserit, cum lepos omnis sit in quadam verborum imparilitate, perturbatione et miscela, quam, sententia verborum salva, raro licet transferre in sermonem alium. Quo itaque magis studeas exprimere omnia, tanto magis insulsus fatuusque his, qui comparare Graeca non possunt, evadas necesse est. Haec itaque, quam non sine molestia et pudore quodam damus, interpretatio non potest juvare nisi eos, qui de singulorum verborum sensu celerius, quam ex Lexico edoceri cupiunt, et per haec ad indagandos soloecismos deduci. Ne quis, Graece qui plane nesciat, legere interpretationem velit, deprecor, cum metus sit, ne Lucianum et interpretem, illum plane innoxium, hunc sola commodandi quibusdam voluntate peccantem, ineptiarum difficilium condemnet. Expressi autem in illis, quae stribliginem habent, locutionibus, naturalem singulorum verborum significationem, sive eam contextus admittat, quo facto soloecismus non apparet Latine tantum scientibus, sive minus, ubi deinde laborat sententia, quamutcunque positis in parenthesi verbis explicare studui. Gesn. Luciani hunc esse libellum, facile intelligitur e comparatione aliorum, ubi idem Noster grammaticas res tractat et vindicat

adversus putidos suae aetatis sophistas eosdemque iniquos et insulsos styli sui censores; quo refero potissimum Promethea in verbis, Pro lapsu in salutando, De die nefasto, e. a. Fuisse enim credo, qui in Luciani scriptis nonnulla minus Attice dicta notaret et carperet. Hunc jam vicissim ipse notat et carpit ita, ut non tantum ignorantiae, sed etiam stupiditatis, convincat, ostendatque ea via, se quidem, quid Atticum, quidve sit soloecum, bene scire, illum autem *Pseudosophistam* esse nec parem omnino judicando stylo Lucianeo. Hoc si teneas scriptoris nostri consilium, facile quum omnino judicium ejus de singulis quibusdam soloecismis verum cognoscetur, tum ii Luciani loci, ubi contra haec, quae proponuntur, praecepta Atticae dictionis ipse peccasse videtur, cum hac admodum salsa et acerba, Socratica etiam dicerem, si minus esset malitiosa, censura optime conciliabuntur. LEHM.

ead. l. 4. Σολοικίζοντα] Σολοικισμὸς ab antiquis Latinis vocabatur *stribligo*. *A. Gell.* XX, 5. vocem improbat; I, 7. tamen usurpat; *Plutarchus* saepius. Deducitur autem a Σόλοικοι, qui cum Attici essent, et habitarent *Solis* Ciliciae urbe, τὴν εὐγενῆ παρεκόπησαν Ἀττικὴν γλῶτταν καὶ ἐξηγροικίσθησαν διὰ τὸν ἐν Σόλοις οἰκισμὸν, ut *Eustathius* loquitur in *Dionys.* de situ orbis. LEED.

Pag. 206. *l.* 9. Ἄρτι δὲ σολοικιῶ] Hoc est, *modo soloecissabo*. Quae locutio jam soloecismo foedatur. Ἄρτι enim non cum futuro jungebant Attici, sed aut cum praesenti, aut praeterito. Ἄρτι ἥξω, inquit *Thomas Magister*, οὐκ εἶπης, ἀλλ' ἄρτι ἔρχομαι καὶ ἀφικόμην. Et *Phrynichus* in Eclogis dictionum Atticarum: ἄρτι ἥξω μηδέποτε εἴπῃς ἐπὶ μέλλοντος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος καὶ παρῳχημένου, ἄρτι ἥκω καὶ ἄρτι ἀφικόμην. Ubi male doctissimus interpres *Joannes Nunnesius*, ἄρτι ἥξω *nuper veniam*, cum vertendum, *nunc veniam*. Et ἄρτι ἀφικόμην *modo veni*. Quibus significant, ἄρτι particulam futuro junctam non carere soloecismo, caeterum praeterito et praesenti recte jungi. Fallitur interpres, qui vertit, *jampridem enim soloecissare*

gestio; quippe qui putarit, σολοικιῶ hic desiderantis vim habere, et esse praesentis temporis, cum a themate σολοικίζω sit futurum Atticum. Secundam hujus futuri σολοικιεῖς infra videbis, dum in verbo διέφθορας referemus *Moschopuli* verba. Idem male credidit, ἄρτι non posse jungi praesenti, quod tamen contendit ex *Gaza* probare. Is quidem ἄρτι πεποίηκα scribit dicendum, non negat tamen τὸ ἄρτι etiam praesenti jungi. Alioqui parum Attice dixisset *Plato* in Critone ἄρτι δὲ ἥκεις ἢ πάλαι; Paria his *Pollux* et *Suidas*, quorum hic ἄρτι dicit ἐξ ὑπογύου significare, hoc est, modo, nuper, dicique de praeterito, ut αὐτίκα de futuro. Ille, ἄρτι, inquit ὅ ἐστι πρὸ μικροῦ, καὶ νῦν δὴ ὅ ἐστι ταυτόν. Quod igitur hic praecipimus de ἄρτι, idem infra repetemus in νῦν δή. Proinde αὐτίκα μάλα σολοικιῶ dicendum. Sic et *modo* futuro junctum invenies. *Terent.* Andria: *Modo ibo, ut apparetur dicam, atque huc renuncio.* Utriusque exemplum habes apud *Aristophanem.* In Avibus: οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτην ἐγώ· καὶ τοὔνομα ὥςπερ παιδίῳ νῦν δὴ ἐθέμην. Idem in Pace: Ἴθι νῦν ἄκουσον οἷον ἄρτι μ' ἤρετο. *Eustathius* ad Iliad. *A.* p. 75. male putavit ἤδη δὲ σολοικιῶ hic legi. Τὸ δὲ ἤδη, inquit, κατὰ τοὺς παλαιοὺς τοῖς τρισὶ χρόνοις συνεπιμερίζεται, τῷ παρῳχημένῳ, ὡς ἐνταῦθα ἐν τῷ ἤδη γάρ ποτε ἐγώ· καὶ τῷ δ' ἤδη δύο γενεαὶ ἔφθιντο. τῷ ἐνεστῶτι, ὡς τὸ ἤδη γάρ μοι εἰκοστὸν ἔτος ἐστί. καὶ τὸ μέλλοντι, εἰ καὶ δοκεῖ ὁ Λουκιανὸς εἰς τοῦτο ἀπαρέσκεσθαι, ὡς τὸ ἤδη λοίγια ἔργα τάδ' ἔσσεται. εἰ δέ τινες τοῦτο ἄλλως γράφουσιν, ἢ δὴ λοίγια ἔργα ἔσται ἀντὶ τοῦ, ὄντως δή. Idem alio loco: Καὶ τοῦτο ὀρθὸν, ποῦ λοιπὸν θήσομεν τὸν Λουκιάνειον σολοικισμὸν, τὸν λέγοντα ἤδη σολοικιῶ· qui locus etiam a *Suida* refertur, sed ab interprete Latino male ille *Suidae* locus versus est et intellectus. Recte *Matthaeus* IX, 18. ἄρτι ἐτελεύτησε, modo defuncta est, jam obiit. Sic III, 15. XXVI, 53. *Joh.* IX, 19. 25. XIII, 38. XVI, 12. Ἄρτι apud Latinos eleganter exprimitur per *tantum quod*, *et commodum*: quae et ipsa futurum respuunt. *Sueton.* August.

cap. 94. *Juliam primum Marcello Octaviae sororis suae filio tantum quod pueritiam egresso, deinde, ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit.* Idem 94. *Vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod appulerat.* In Ner. c. 6. *Nero natus est Antii etc. XVIII. Kalendas Januarias, tantum quod exoriente sole.* Vespas. c. 4. *Cic.* XV. ad Atticum Ep. 13. *Haec cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam.* Graev. Leopard. 37. Solan. Vid. *Eustath.* p. 75. vel p. 100. Ed. *Rom.* La Croze. I. e. ad Iliad. *A*, 260. ubi docet, ἤδη tribus temporibus jungi, quamquam id improbare videatur Lucianus. At Lucianus non hic de ἤδη, sed de ἄρτι agit, adeoque lapsus memoria *Eustath.* Reitz.

ead. l. 14. *Παίζεις ἔχων*] Nihil varietatis desidero: est enim pleonasmus usitatus. Vid. *Bud.* Commentt. p. 211. Et supra ad Asin. c. 20. Reitz.

ead. l. 16. *Ὡς οὐκ ἐπιστάμενον*] Sic *Fl.* et *Bas.* 2. ut oportuit. In reliquis ἐπιστάμενος. Solan.

ibid. *Ἐπιστάμενος*] Ἐπιστάμενον legend. videtur. Guyet. Id jam correximus. Reitz.

ead. l. 17. *Ἃ μὲν οἶσθ', ἃ δὲ οὐκ οἶσθα*] Hunc locum exponit *Thomas Magister: Ἃ μὲν, ἃ δὲ, μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ τινὰ μὲν, τινὰ δὲ, εἰ καὶ Λουκιανὸς λέγει, οὐκ οἶδα εἴτε παίζων, εἴτε σπουδάζων. λέγει γὰρ ἐν τῷ ῥητόρων διδάσκαλος· Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς ἃ μὲν προϊόντι ἐπιδεικνὺς κατὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ καὶ παραινῶν. καὶ πάλιν ἐν Τίμωνι· Δίδους ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν πέντε δραχμὰς, ᾧ δὲ μνᾶν, ᾧ δὲ ἡμιτάλαντον. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ἐξελέγχει τοῦτο ἐν ψευδοσοφιστῇ αὐτοῦ.* Male legitur in editis *ψευδολογιστῇ*, qui alterius dialogi index est. Hic vero *Thomas*, duobus productis locis, altero ex Rhetorum magistro, altero ex Timone, docet, Lucianum eo ipso usum, quod in Pseudosophista suo damnat. Nec respuunt alii. *Herodianus* in tertio, *ὧν μὲν ἐπιστολὰς οἷς δὲ δῶρα ὀνειδίζων Idem* in V. *οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐφυγάδευσεν·* et in octavo, *ἃ μὲν ἐκφορήσαντας, ἃ δὲ καταπρήσαντας.* Ibidem in

eodem: δένδρα πάντα ἐξέκοπτον, ἃ δὲ ἐνεπίμπρασαν. *Josephus*: οὓς μὲν πατρῷα φιλία προσῆγεν, οὓς δὲ τὸ αὐτοῦ κλέος. *Polybius* in primo: οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δὲ ἀπέσφαξαν. Et in decimo sexto: οὓς μὲν ἐτίτρωσκον, οὓς δὲ παρέλυον αἰεί τι πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίων. Apostolus *ad Romanos* IX. ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Et *ad Timoth.* καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. *Aelianus*: Οὓς δὲ ἀπέδοντο, οὓς δὲ ἀπέκτεινον. GRAEV. Verum est, τὰ μὲν, τὰ δὲ dici, ut *D. Sic.* XIV. cap. 50. τὰ μὲν συνέτριψε, τὰ δ' ἔκαυσεν, ne plura in re nota. Sed et alterum usurpari, ad Rhetor. Praec. cap. 15. demonstravi. REITZ.

Pag. 207. *l.* 3. Ὄφελον δυνήσῃ] Hic rursus *Thomas*: Ὄφελον ἀντὶ τοῦ εἴθε, ὅπερ ἀεὶ εὐκτικῷ μὲν συντάσσεται, ἢ παρελήλυθότι. ὡς τὸ, ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου. Παρελήλυθότι δὲ, ὡς τὸ παρὰ Θεολόγῳ· ὄφελόν γε μηδὲ ἦν προεδρία. καὶ ἀπαρεμφάτῳ δὲ, ὅτε ἀντὶ τοῦ εἴθε ἔμελλον τίθεται. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ, μήτε ἰδεῖν ὄφελον· quo significat, ὄφελον semper cum optativo jungi, quando significet utinam, et ponatur pro εἴθε, aut cum praeterito, aut cum infinitivo, praesertim cum pro εἴθε ἔμελλον accipiatur. Vide *Moschopulum* in collectione vocum Atticarum, qui pluribus hoc exemplis declarat. Vides igitur in ὄφελον δυνήσῃ soloecismum: hic enim conjunctivo conjungitur. GRAEV. In Epist. *ad Gal.* V. v. 12. ὄφελον ἀποκόψονται· et sic in N. F. cum indicativo plerumque, ut I. Corinth. IV, 8. etc. Et apud LXX. *Job.* XIV, 13. εἰ γὰρ ὄφελον ἐν ᾅδῃ με ἐφύλαξας. Sed et cum optativo *Psalm.* CXVIII, 5. Apud *Aristoph.* ac *Demosth.* vero ὤφελον, ὤφελες, verbi figura potius usitatum, et variis modis, ea plerumque temporibus praeteritis junctum. Ὡς ὄφελον *Homerus* jungit, et cum praes. infin. construit. Vid. Odyss. *A*, 217. *Δ*, 97. etc. REITZ. Erravit primum *Graevius*, quod δυνήσῃ pro Conjunctivo accepit, quum sit Futurum, non minus quam supra in φωρᾶσαι δυνήσῃ, ὄφελον autem cum Indicativo Futuri junctum h. l. pro soloeci-

smo notetur, in quo et Scholiastes assentitur. Sed erravit etiam idem Scholiastes in numero soloecismorum hucusque prolatorum. Quodsi enim in una hac formula: ὄφελον καὶ νῦν ἀκολουθῆσαι δυνήσῃ duplex inesset soloecismus, ut vult Scholii auctor, non conspirarent, quae mox Lucianus dicit: Καὶ πῶς ἂν δύναιο τὸν ἕνα (ergo non *duo*) μαθεῖν τοὺς τρεῖς (ergo non *quatuor*) ἀγνοήσας; Scilicet prima stribligo erat in usu vocis ἄρτι, secunda in formula ἃ μὲν ἃ δέ, tertia jam, eaque simplex, non duplex, est in falsa vocabuli ὄφελον junctura cum Indicativo Futuri. Lehm.

ead. l. 8. ΣΟΛ. Τίνας τρεῖς] Cur *Gesn.* hic et deinceps personam *Soph.* quae in Ed. non comparet, loquentem inducat, rationem non addidit. Jure quidem id suo videtur fecisse, quod inscriptio *Pseudosophistae* id suadeat, et editores priscos pro arbitrio quoque *Soloec.* personam ubique inseruisse credas, cum Lucianus forte una tantum litera eas designarit; vel in Codd. spatia tantum vacua relicta sint. Ego vero nomina in Graecis servaram, qualia inveni in *Par.* Nam in *Junt.* ΣΟ. tantum ubique; in aliis ΣΟΛ. et interdum Σολοικιστὴς integre. Vid. Lectt. var. ad init. Sed operae sponte ΣΟΦ. dedere, quod jam non doleo, quia et *Gesner.* sic voluit. Reitz.

ead. l. 9. Ὅλους ἀρτιγενείους] I. e. *omnes pubescentes*, cum ἀρτιγεννήτους *nuper natos*, sive *recentes* dicere debuerit; quemadmodum ea voce utitur in Alexandro: φέρων, inquit, ἅμα καὶ τὸν ἀρτιγέννητον Ἀσκληπιόν. Idem in Deorum dialogis: αὐτήν τε καὶ τὸ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγέννητον· pro quo alibi νεογνὸν, et ἀρτίτοκον dicit, de furto Mercurii adhuc infantis agens, qui cum id aetatis esset, fertur etiam testudinem, id est, chelyn fabricatus in cunis, de qua *Aratus*: [Καὶ χέλυς ἦτ' ὀλίγη, τὴν δ' ἄρ' ἔτι καὶ παρὰ λίκνῳ [Ἑρμείας ἐτόρησεν.] Ubi recte vertit *Cicero*:

Inde fides leviter posita et connexa videtur,
Mercurius parvis manibus quam dicitur olim
In cunis fabricatus.

Sic enim legendum. Vulgo ἀπροσδιονύσως *in finis fabri-*

cabus. *Appianus* in Libyca historia: *διέπλευσεν ἐς Σικελίαν ἔχων ἀμφ' ἑαυτὸν ἀρτιγενείους ἐπιλέκτους τριακοσίους*· ubi *ἀρτιγεννήτους* non potuisset dicere. GRAEV.

ibid. *Ἀρτιγενείους*] *Adultos*, qui nuper barbam emiserunt. GUYET.

ead. l. 11. *Ἐγὼ δέ σε*] Ex *Bas.* 2. et *Amst.* est illud *σε*. In reliquis deest. SOLAN.

ead. l. 15. *Μέγα οὖν ἆθλον κατέπραξας ἄν*] Hic *μέγαν ἆθλον* dicendum fuit, masculino genere. Proprie igitur Lucianus, *ἆθλόν τινα τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν*. Idem in Fugitivis, *τριςκαιδέκατον γοῦν ἆθλον οἷον τοῦτον οὐ μικρὸν ἐκτελέσειν*. Et in Deorum judicio, *τοῦ δὲ ἀγῶνος τὸν ἆθλον εἴσῃ ἀναγνοὺς τὸ μῆλον*. Ubi legendum, *τὸ ἆθλον*, ut praemium significet. Idem in Gymnasiis recte *τὰ ἆθλα δύναιντο ἀναιρεῖσθαι*. Et in Saturnalibus, *καὶ ἆθλα ἀναιρεῖσθαι τὸν ἁλόντα*. Quod autem Lucianus *ἆθλα ἀναιρεῖσθαι* dixit, id *Plato* in secundo de legibus *φέρειν νικητήρια*, accipere praemia. *Ἆθλα, βραβεῖα, ἀριστεῖα, γέρα, ἐπίχειρα, ἔπαθλα* et *νικητήρια* idem significant propemodum. *Demosthenes* in epistola ad Athenienses de Lycurgi liberis: *καὶ μὴ γῆρας καὶ φυγὴν ἐπίχειρα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πεπονημένων ἔχων*. *Ammonius*, *ἆθλος*, inquit, et *ἆθλον διαφέρει. ἀρσενικῶς μὲν γὰρ τὸν ἀγῶνα δηλοῖ, οὐδετέρως δὲ τὸ ἔπαθλον*. Paria his scribunt *Moschopulus* et *Thucydidis* interpres *ἀνώνυμος*. *Ἆθλον*, inquit *Moschopulus*, *τὸ βραβεῖον*, *ἆθλος ὁ ἀγών*. GRAEV.

Pag. 208. *l.* 2. *Συνήσω ἄν, εἴπερ θελήσειας*] *Intellexisses utique, siquidem voluisses.* Sic interpretare. Ut *συνήσω* dictum inusitate, pro quo Atticis dixisset *συνῆκας ἄν*. Medius scilicet aoristus pro activo. *Micyllus* tamen *συνήσω* putavit esse futuri activi primam personam, et in *εἴπερ θελήσειας* verbo optandi modo juncto soloecismum esse. Forte non male. Nam *εἴπερ* indicativo junctum omnino usitatius est. GRAEV. *Micylli* rationem interpretando secutus sum. Excitat Lycinus Soloecisten, ut, quandoquidem male sequatur praeeuntem, id est, soloecismos a se commissos

non sentiat; ipse permutatis vicibus jam praecedere velit, hoc est, vitiose aliquid dicere, a se, Lycino, deprehendendum. Et in hoc ipso fallit per illud εἴπερ ἐθελήσειας, pro εἴπερ ἤθελες. Quin etiam συνήσω ἄν soloecum pronuntiat Scholiastes, qui ipse quoque de futuro intelligit. GESN. Mirum qui *Graevius* in συνήσω de Aoristo Medii cogitari potuerit, qui si auctori in mente h. l. fuisset, formatus certe fuisset συννήκω. At vero Futurum simplex haud dubie est συνήσω nec vero soloecismus in forma quaerendus, sed in syntaxi; nec tantum in constructione particulae εἴπερ cum Optativo, quae minime offendere poterat, aut in particula ἄν cum Futuro Indicativo, quae ratio nullo modo soloeca haberi poterat, sed in junctura utriusque sententiae. Cf. ad Diall. Mortt. XIV. fin. Tom. II. p. 478. sq. LEHM.

ead. l. 7. Κακῶν] Κακόν. GUYET. Bene: nam etsi κακῶν redolet Graecismum usitatissimum, facile alibi defendendum, hic tamen κακὸν praeferrem, eoque magis, quia auctoritas accedit. REITZ.

ead. l. 10. Ἀλλὰ μὴν μεθῆκα θεῖν λαγώ] De hoc accusativo *Athenaeus* lib. IX. p. 400. Τρύφων δέ φησι, τὸν λαγών, ἐπὶ αἰτιατικῆς, ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης ὀξυτόνως, καὶ μετὰ τοῦ ν λέγει· Λύσας ἴσως ἂν τὰν λαγὼν συναρπάσειεν ἡμῶν. καὶ ἐν Δαιταλεῦσιν· Ἀπόλωλα, τίλλων τὸν λαγὼν ὀφθήσομαι. Ξενοφῶν δ' ἐν Κυνηγετικῷ χωρὶς τοῦ ν λαγῶ καὶ περισπωμένως, ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστι λαγός. Ὥςπερ γὰρ ναὸν λεγόντων ἡμῶν ἐκεῖνοί φασι νεών, καὶ λαὸν λεών, οὕτω λαγὸν ὀνομαζόντων ἐκεῖνοι λαγῶν ἐροῦσι. τῇ δὲ τὸν λαγὸν ἐνικῇ αἰτιατικῇ ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀμύκλῳ Σατυρικῷ πληθυντικὴ ὀνομαστική·

Γέρανοι, κορῶνοι, γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί.

Τῇ δὲ λαγὼν ἡ διὰ τοῦ ω παραπλησίως προσαγορευομένη, λαγὼ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξιν, ἵνα μὴ παρὰ μὲν βατίδες καὶ λαγώ, καὶ γυναῖκες εἰλίποδες. εἰσὶ δ' οἱ καὶ ταῦτ' ἀλόγως κατὰ τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν περισπωμένως προ-

φέρονται. δεῖ δὲ ὀξυτονεῖν τὴν λέξιν. ἐπειδὴ τὰ εἰς ος λήγοντα τῶν ὀνομάτων ὁμότονά ἐστι, κἂν μεταληφθῇ εἰς τὸ ω παρ' Ἀττικοῖς, ναὸς, κάλος, νεὼς, κάλως. οὕτως δ' ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Ἐπίχαρμος, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας, εἶτά ἐστι τὸ μὲν Ἰακὸν λαγός.

Λαγὸν ταράξας πείθει τὸν θαλάσσιον.

Τὸ δὲ λαγὼς Ἀττικόν. λέγουσι δὲ καὶ Ἀττικοὶ λαγός. ὡς Σοφοκλῆς·

Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί.

Τὸ μέν τοι ἡ πτῶκα λαγωὸν, εἰ μέν ἐστιν Ἰωνικὸν, πλεονάζει τὸ ω· εἰ δὲ Ἀττικὸν τὸ ο. *Tryphon inquit: Aristophanes in Danaidibus* τὸν λαγὼν *accusandi casu acuto notavit accentu, addita* ν *litera. Sic pedicis solutum fortassis leporem nobiscum ille rapiet. Idem in Epulonibus: Perii, dum leporem vello, me quisquam adspiciet. Xenophon libro de venatione* λαγῶ *dixit absque* ν, *accentu circumflexo. Nos enim* λαγὸς *nominandi casu dicimus, et accusandi casu* λαγὸν, *veluti* ναὸν, λαὸν, *quod Athenienses* λαγὼν, νεὼν, λεὼν, *cum* ω. *Accusativo singulari* λαγὸν *respondet apud Sophoclem in Amyclo Satyrico nominativus pluralis* λαγοί· *Grues, cornices, noctuae, milvi, lepores. Accusativo vero singulari* λαγὼν *pluralis nominativus* λαγὼ *scriptus per* ω *apud Eupolidem in Assentatoribus: ubi aderant raiae, lepores et feminae inflexis pedibus incedentes. Quidam praeter rationem horum ultimam syllabam cum accentu circumflexo proferunt. Nam cum accentu acuto dictio pronuntianda est, quandoquidem quae vocabula in* ος *finiunt, etiamsi ab Atticis in* ω *mutentur, retinent tamen eundem accentum, ut* ναὸς, κάλος, νεὼς, κάλως. *Sic Herodotus videlicet usus est hoc nomine, sic Epicharmus, et qui Eilotas composuit. Ionicum est* λαγός. *Ut* λαγὸν, *id est, leporem turbatum ferit. Et* λαγὸν (*h. e. leporem*) *marinum edit.* Λαγὼς *quidem cum* ω *Atticum est, quamvis et interdum Attici* λαγὸς *per* ο *dicunt, ut Sophocles: Grues, cornices, milvi,* λαγοί. *Quod vero dicunt* πτῶκα λαγωὸν, *id est, timidum leporem, si Ionicum est, redundat* ω, *sin*

Atticum, *redundat* o. Ex quo loco discimus, Atticos dixisse λαγών in quarto casu, non λαγώ, ut hic Lucianus: qui et de Domo sua, ἀνέχων τὸν λαγών. *Herodotus*, λαγὼν μηχανησάμενος. Ibid. διδόντα τὸν λαγὼν κύρῳ. Idem in Polyhymnia, ἵππος γὰρ ἔτεκε τὸν λαγών. *Herodotus* in Thalia etiam λαγωὼς dixit, et in Melpomene λαγὸν in accusativo. Quod autem *Athenaeus* recte observavit, *Xenophontem* τὸν λαγὼ dixisse, docent loca subjecta ex venatione: ὅταν δὲ περὶ αὐτὸν ὦσι τὸν λαγώ. Ibidem: ἐστὶ δὲ καὶ ἄνευ τοῦ εὑρίσκειν τὸν λαγὼ ἄγειν τοὺς κύνας. Et in primo institutionis Cyri: πρὸς δ' αὐτὸν λαγώ. Et in secundo: ἀετὸς δὲ ἐπιπτάμενος αἴσιος ὡς κατεῖδε τὸν λαγώ. Quae omnia loca circumflectenda erunt contra fidem exemplarium, si *Athenaeo* credimus. Videtur etiam Lucianus in θεῖν pro θέειν ὑποσολοικίζειν. *Libanius* certe in ἀντιῤῥητικῷ, Ἀγαμέμνονα, inquit, περιθέειν ἄνω καὶ κάτω. Et *Gregorius* Theologus in priore in Julianum invectiva, διὰ τῆς ἀγορᾶς θέειν βοῶντες καὶ λέγοντες Χριστιανοί. Caeterum pro ἄρα παρῆξαι, lege ex Ms. Codice, cujus excerpta in meas manus pervenerunt, postquam hae notae typis fuerunt descriptae, ἄρα παρῆξεν, *sane praeteriit*. Graev. Eruditissimo amico meo *J. Georg. Graevio*, (qui hunc Luciani libellum, haud cuiquam, nisi Atticae dictionis et elegantiae gnarissimo, intellectu facilem, atque adeo imperitioribus ac praecipue tironibus obscurum, ea politarum animadversionum luce perfudit, ut eruditus orbis cum gaudeat, se multas Atticae locutionis Veneres beneficio viri cl. doceri, tum summo desiderio exspectet similes, quorum salivam movit vir cl. ingenii ac eruditionis, foetus in alios Luciani libellos, pari ratione Oedipo indigentes, doleatque, se prae densissimis iisque gravioribus viri cl. occupationibus, adhuc iisdem carere) videtur Lucianus etiam in θεῖν pro θέειν, ὑποσολοικίζειν. Saepe tamen idem Noster hoc verbo tam simplici, quam composito, ita utitur. Sic in Quom. Hist. c. 57. καί τοι ποιητὴς ὢν (Ὅμηρος) παραθεῖ τὸν Τάνταλον. Ibid. c. 45. ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππου ὀχουμένῃ τότε τῇ γνώμῃ τὴν ἑρμη-

νειαν πεζῇ συμπαραθεῖν. In Amoribus c. 41. καὶ στεφάνη μὲν ἐν κύκλῳ τὴν κεφαλὴν περιθεῖ. In de Merced. cond. cap. 24. post med. συμπεριθεῖς ἄνω καὶ κάτω. *Demosthenes* I. contra Philipp. συμπαραθεῖτε ἄνω καὶ κάτω· nisi quis malit (ita certe ego suspicor) et hic συμπεριθεῖτε legere. Supra quidem apud Lucianum τὸ, συμπαραθεῖν habuimus; at illud notat (nec aliter ibi sumitur) *pone sequi, comitari:* ap. *Demosthenem* vero, quemadmodum et in adducto ex Luciano de Merc. Cond. loco, requiritur sensus τοῦ *una circumferri, circumagi, circumcurrere.* Ita enim ad Atheniienses suos orator, *Vos si Philippum audieritis agere in Chersoneso, illuc decernite auxilia; si in Pylis, illuc; sicubi alibi, una cum eo circumferamini sursum, deorsum.* Porro et ἀναθεῖν habet *Lucianus* in Saturnalib. c. 7. ἀλλ' ἀεὶ ἀναθεῖν ἔδει ἄνω. Ita et διαθεῖν idem in Amoribus c. 53. post med. τὰ τῆς ἀπολαύσεως, εἰς ἅπαν διαθεῖ τὸ σῶμα. At ne quis ipsum θεῖν, per contractionem etiam ab Atticis usurpatum, desideret; ipse Lucianus in Pseudomanti cap. 14. pr. εἶτ' ἔθει δρόμῳ ἐπὶ τὸν ἐσόμενον νεών. In Lexiphane cap. 15. σὺ μὲν εἰ βούλει, πλεῖ, καὶ νεῖ, καὶ θεῖ κατὰ τοῦ κλύδωνος. In Icaromenippo cap. 19. θεῖ φέρων· in Bis accusato c. 1. med. εἰς Κολοφῶνα θεῖ. Sed et *Aristophanes* ita in Vespis pag. 458. Ed. *Geneu.* Ἀλλὰ θοιμάτια λαβόντες ὡς τάχιστα παιδία Θεῖτε, καὶ βοᾶτε, καὶ Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε. In veteri proverbio apud Comici hujus Scholiasten in Ἔκκλησ. v. 109. Ὅπου ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ κἀλαύνεται. Sic enim emendatius hoc proverbium legi jubet illic *Bizetus.* Non tamen haec a me prolata sunt exempla, ubi θέειν, ejusque composita per contractionem usurpantur, quasi contendere velim, tantum per contractionem usurpata haec reperiri; sed ut pateat, promiscuum haec verba apud Graecos, eosque Attices, habere usum. Certe *Xenophon* in una eademque periodo duplicem hujus verbi usum ponit. Ἐνταῦθα κατέμειενεν, ait de Assyriorum rege I. Κυροπαιδ. pag. m. 14. in fine, ὡς μὴ βοηθοῖεν, οἱ φρουροὶ τῶν Μήδων ἐπὶ τοὺς καταθέοντας·

τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἀφῆκε κατὰ φυλὰς ἄλλους ἄλλοσε καταθεῖν. Jens. De θεῖν. et θέειν et quae hujus gentis sunt, vid. *Fritzsch.* De Atticismo etc. Luciani Comment. I. p. 4., nec tamen fastidiose despectis iis, quae antea a me modeste, ut decet in talibus, notata erant in Varr. Lectt. ad Icarom. c. 19. Tom. VII. p. 25. sq. Leim.

ibid. Μεθῆκα] Dictionis hujus in eo pravitas sita est, quod cum μεθῆκα dixisset, θεῖν addit, quod sensum perturbat, et alio pervertit: est enim μεθῆκα λαγὼ, non ut vulgo vertitur, *leporem sivi*, aut *permisi*, quod sane optime θεῖν admittit; sed *leporem e manibus elabi sivi*, quod additamentum θεῖν respuit. Ita autem rem habere, in exemplorum magna copia unico ero contentus. *Soph.* in Ajace (apud *Constantinum*) χερσὶ μὲν μεθῆκα τοὺς ἁλάστορας. Apud veterem poëtam tamen scriptum est, εἰ μὲν νῦν σε μεθῆκα θανεῖν. *Grot.* pag. 59. *Flor.* Solan.

ead. l. 12. Πολλοὶ γενόμενοι λαγὼ] Hic λαγοὶ dixisset *Sophocles*, ut vidimus supra. Licet *Pausanias* λαγὼ δὲ καὶ ἔλαφοι, et οἱ λαγώ εἰσι λευκοί· et *Xenophon* etiam λαγὼ dixit in primo institutionis Cyri, καὶ πρὸς οἷα χωρία φεύγειν αἱροῦνται οἱ λαγὼ, ἐν τούτοις τὰ δίκτυα δυσόρατα ἐνεπετάννυες, ἵνα ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ. Quae male sic vertunt: *In quas venatoribus capiuntur. Hic casses visu difficiles tetendisses, quo in vehementi cursu ipse se ipsum incidens convinciret.* Sed quis haec intelligit? Verte: *Quaeque ad loca lepores fugere institerint, in eis latentia retia intendebas, ut rapido cursu ipse se in retia indueret.* Dicimus enim φεύγειν αἱροῦμαι, pro fugam adorno, meditor. Graev.

ead. l. 16. Σὺ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν παιδείας διέφθορας] *Corruptus es*, vel *periisti*, passive; cum tamen hoc verbum proprie *perdidisti* significet. Sic sane docuit *Moschopulus:* διέφθορος ἦθος τὸ διαφθεῖρον, οὐ τὸ διεφθαρμένον. Ἀριστοφάνης ἐν Κόραις· διέφθορος τὸν ὅρκον. Μένανδρος Ἀδελφοῖς· εἰ δ' ἔστι τὴν κόρην διεφθορώς. Ὅμηρος· φρένας ἠλὲ διέφθορας, (id est, διεφθάρης

τὰς σεαυτοῦ φρένας) ὅθεν εἰ διεφθορὸς αἷμ' εἴποις ἀτεχνῶς σιλοικιεῖς. *Phrynichus*: Διεφθορὸς αἷμα τῶν ἀμαθῶν τινες ἰατρῶν οὕτω σολοικίζοντες. δέον λέγειν διεφθαρμένον αἷμα. Τὸ γὰρ διέφθορε, διέφθειρεν. *Ammonius* ferme eadem omnia. Non satis igitur Attice *Plutarchus* in praeceptis Politicis: Ἀφελὼν πολὺ τοῦ διεφθορότος αἵματος. Idem in praeceptis valetudinis: Τοῖς μὴ καχεκτοῦσι μηδὲ διεφθορόσι φλέγμα καὶ χολὴν τινεῖ. Idem in libello εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον· Διεφθορόσι τελείως ὑπὸ ἀργίας. Etiam in Phocione: Ἡ Κάτωνος ἀρχαιοτροπία ἐπιγενομένη βίοις διεφθορόσι. *Josephus* V. Orig. γάλα δίδωσι διεφθορὸς ἤδη, *corruptum lac*. *Synesius*: Ἢν μὴ κρίνωσιν οἱ διεφθορότες τὴν δίαιταν, *nisi judicent, qui corruptis sunt judiciis*. Audiamus nunc *Thomam Magistrum*, qui in diversa est sententia. Διέφθορεν, inquit, ἀντὶ τοῦ διεφθάρη. Λουκιανὸς ἐν τῷ Ἡρακλέους καὶ Ἀσκληπιοῦ διαλόγῳ· Ὑπ' ἀμφοῖν διεφθορὼς τὸ σῶμα. ἅπαξ δ' ἀντὶ τοῦ ἔφθειρε. Σοφοκλῆς ἐν Ἠλέκτρᾳ· τὰς οὔσας τέ μου καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν. ἔστι δὲ καὶ ὁ παρακείμενος ἐν χρήσει. Ἀριστείδης ἐν Περικλεῖ· Ἢ πῶς τοὺς Ἀθηναίους εἴη διεφθαρκώς. *Joseph*. ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τῶν διεφθορότων τοὺς ὀφθαλμοὺς συνωμοσμένος, id est, captus oculis. *Cleomedes* lib. II. Κυκλικῆς θεωρίας· τὰ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῷ διεφθορότα, passive. Utraque significatione utitur *Philostratus*. In Critia: Ὑπὸ Θετταλίας καὶ τῆς ἐκείνῃ ὁμιλίας διεφθορέναι αὐτὸν, id est, corruptum esse. Idem in Scopeliano: ἐκέλευσε τούτους λίθοις βάλλεσθαι ὡς διεφθορότας αὐτῷ τὸν υἱὸν, *jussit Rhetorum imagines lapidibus peti, propterea quod sibi filium perdidissent*. Idem in Polemone: φοράδην δὲ ἐξεφοίτα διεφθορότων ἤδη αὐτῷ τῶν ἄρθρων. Et in eodem: ὄνομα δὲ τῷ μειρακίῳ Οὔαρος, διεφθορὸς ὑπὸ τῶν κολάκων. *Lucianus* in Nigrino, ἀκούων διεφθορότων ᾀσμάτων· quod active et passive potest accipi, *audiens corruptas cantilenas, aut corrumpentes*. Graev. Vid. *Lobeck*. ad *Phrynich*. p. 160. sq. et quae nobis sunt

notata ad Nigrin. c. 15. Tom. I. p. 269. et ad Diall. Deor. XIII, 2. Tom. II. p. 330. LEHM.

eod. l. 17. *Οὐ γὰρ πρόσεστιν αὐτῷ τὸ τινὰ*] Eundem habet intellectum, quem his verbis expressit *Ammonius*: *διέφθαρται μὲν γὰρ ὑφ' ἑτέρου, διέφθορε δὲ τὸν ἕτερον*, ut *τὸ τινὰ* et *τὸν ἕτερον* idem significet. Nimirum *διέφθορε* cum activum proprie sit, exigere post se accusativum. Interpres *τὸ τινὰ* putat referendum ad *λαγώ*. GRAEV. Haec verba non interpretatus sum, quod e Scholio irrepsisse arbitror, quibus aliquis indicare voluit, in quo insit stribligo, nempe in hoc, quod *διέφθορας* intransitive positum sit, absque casu accusativo, contra usum Atticorum. Parum obtemperatum hic esse Grammaticis, Graeviana annotatio, et quae ad *Phrynichum* adferuntur, satis ostendunt. GESN.

Pag. 209. *l.* 3. *Ὅταν τι τῶν παιδίων γένῃ, τῶν τὰς τίτθας θηλαζόντων*] Hoc est, *nutrices lactentium*, ut soloecismo soloecismum explicemus. Audiamus nunc *Thomam* et *Moschopulum*, quorum haec sunt verba: *Θηλάζει τὸ θῆλυ μεταβατικῶς ἃ ἔτεκε, καὶ θηλάζουσι τὰ τεχθέντα ἀμεταβάτως, lactat mulier quos peperit, et lactent nati absolute.* Attice igitur *Aelianus* XIII, 1. *Ἡσθεῖσα τῷ βρέφει ἐθήλασεν αὐτὸ, delectata infante ubera ei praebuit.* Et *Philostratus* Sophista in Imaginibus, *λέγεται οὖν περὶ τοῦ θήλεος θηλάζειν τε αὐτὸν ἃ ἔτεκε.* Et *Lysias*, *ἐπειδὴ παιδίον ἐγένετο ἁμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν.* Recte habet et illud in hymnis Davidis, *ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων, ex ore infantium et lactentium.* Nec illud male in sacris Codicibus, *Οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις. καὶ ταῖς θηλαζούσαις.* Cum illo, *μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν.* Contra illud *Luciani* praeceptum vero facit: *Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας.* Dic igitur *τῶν ἐκ τῆς τίτθης θηλαζόντων*, non autem *τὰς τίτθας*, auctoritatem secutus *Luciani* in Antiocho (s. Zenx.) *Τὸ δὲ ἕτερον*, inquit, *ἐκ τῆς ἵππου θηλάζει εἰς τὸν πωλικὸν τρόπον*, de Hippocentauro agens, pullorum instar sugente.

Male *Plutarchus* in Romulo matrem aut nutricem *θηλαζομένην* vocat, et pueri *θηλάζοντες ὤφθησαν τὸ θηρίον*. *Galenus ὑγιεινῶν* primo: *Ἀφροδισίων τε παντάπασιν ἀπέχεσθαι κελεύω τὰς θηλαζούσας παιδία γυναῖκας*. Idem eodem in loco: *ἔγωγε συμβουλεύσαιμι ἂν εἰ κνήσειεν ἡ θηλάζουσα τὸ παιδίον*. *Suidas* de hac voce paullo aliter: *Θηλάζειν ἐνεργητικῶς ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ῥήματος ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν θηλαζόντων. Λυσίας δὲ παθητικῶς ἐπὶ γυναικὸς παρεχούσης γάλα.* Attice igitur *Lysias* in supra posito exemplo. Interpres hic a vero longissime aberravit. GRAEV. Cf. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 468. sq. LEHM.

ead. l. 5. *Οὐδὲ αὐξάνοντα παιδία σολοικισμὸν ποιήσει*] Carpit hic eos Lucianus, qui verbo *αὐξάνω* utuntur pro *αὐξάνομαι*, vel *αὔξομαι*. Et sane apud idoneos auctores, Aristotelem, Theophrastum, Platonem, Demosthenem, Isocratem, Xenophontem, Thucydidem, Philostratum, Lucianum, verbum *αὐξάνω* in notione passiva, ut loquuntur, nusquam invenitur. Active vero nonnunquam. *Plato* in Timaeo: *Σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. Τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.* *Cicero* elegantissime vertit in libro de universo, ut omnia: *Quorum vobis initium statusque traditur. Vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Ita orientur animantes, quos et vivos alatis, et consumtos sinu recipiatis.* Sed pro *status* in hoc loco legendum est *satus*. Nec enim rationem et conditionem harum rerum tradit, sed originem et caussas originum. Et sic legendum esse, ex Graeco satis constat, ubi *σπείρας* legitur, quod *Cicero satus* vertit. Hac voce vero *Cicero* et alibi utitur. In eodem fragmento, et eodem cap. 2. paulo ante: *Sic igitur, ut ab his traditum est, horum Deorum ortus habeatur, atque dicatur, ut Oceanum salaciamque Coeli satu, Terraeque conceptu, generatos editosque memoremus.* Ibid. *Haec vos, qui Deorum satu orti estis, atten-*

dite. Tuscul. Quaest. lib. II. *Cultura animi Philosophia est, quae extrahit vitia radicitus, et praeparat animos ad satus accipiendos.* Idem de senectute: *Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem?* Sed redeamus in orbitam. Scriptor incertus apud *Stobaeum*, αὐξάνειν δ' οἴκους. Nam illud *Euripidis* apud *Stobaeum*, καὶ τοὺς πονηροὺς μήποτ' αὐξάνειν πόλει, alibi apud eundem legitur castigatius, αὔξειν ἐν πόλει. Est tamen alius locus *Euripidis*, in quo active capitur. In Supplicibus: πολέμους τ' αὐξάνουσ' ἄνευ δίκης. Et in illo Zoroastri: μὴ σύγε αὔξανε τὴν εἱμαρμένην. *Synesius* περὶ φαλάκρας passive dixit: ὅτι τρίχες κἂν τοῖς ζῶσίν ἐστί νεκρὸν, ἀλλ' ὅτι τεθνεώτων αὔξουσι, id est, crescunt. Active autem, οὗτος μὲν οὖν κἂν αὐξήσειεν ἡμῖν ἐν τῇ πόλει τὸν τῶν ἐξωλεστάτων κατάλογον. *Synesius* idem περὶ προνοίας· αὔξειν δὲ ἅπαν ἀνάγκη τὸ τιμώμενον, καὶ ἐρρεῖν ἀνάγκη τὸ ἀμελούμενον. Ratione autem caret, quod illud *Sophoclis* in Trachiniis, Τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου πολύπονον, id est, *Herculem alit et auget industria*, interpres Graecus ita interpretatur, αὔξει ἀντὶ τοῦ αὔξεται. Condonandum autem est reverentiae sacrae scripturae, quae his superstitiosis Grammaticorum et Atticorum legibus semper soluta fuit. Magnus *Erasmus* in illud Apostoli scribens quarti *ad Ephesios*, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, negat verbum αὐξάνω aliam habere significationem, quam neutralem. Sed praeter superius a me adducta, hic producam unum locum, ubi citra controversiam bis capitur active. Is est in prioris *ad Corinthios* capite tertio: Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν, ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλὰ ὁ αὐξάνων Θεός. In iis vero omnibus, quae subjiciemus, exemplis, passive capitur. *Matth.* VI, 28. *Luc.* I, 80. et XIII, 19. *Act.* VI, 7. VII, 17. XII, 20. *Joh.* III, 30. *Coloss.* II, 19. II. *Thess.* I, 3. *Petrus* II. Ep. cap. ult. αὐξάνετε δὲ χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου. *Josephus* in quarto antiquitatum: πολλῷ μᾶλλον αὔξειν καὶ φύεσθαι. *Thomas Magister* sentiens cum Ecclesiasticis scri-

ptoribus dissentit a Luciano, quem operae pretium est audire. *Τὸ αὔξειν*, inquit, *ἐπὶ ἐνεργητικοῦ, οἷον αὔξει ὁ Ἥλιος, καὶ ἡ ὑγρότης τὰ φυτά. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου· Τὰς εὐδοξίας τῆς πατρίδος θεραπεύειν, ταύτας αὔξειν, μετὰ τούτων εἶναι. Καὶ αὔξει ἀντὶ τοῦ αὔξεται, Ἀριστείδης ἐν τῷ εἰς Ῥώμην· Ἀλλὰ καὶ εἰκότως ἠύξησεν ἡ ἀρχή. αὐξάνει ἐπὶ παθητικῆς σημασίας, καὶ αὐξάνει τὰ φυτὰ, οἷον αὔξησιν δέχεται καὶ αὐξάνομαι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου, ὁ αὐτὸς Δημοσθένης ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· Οὔκουν ἐπείγε καὶ ἡ πατρὶς ηὐξάνετο.* Hic docet, *αὔξειν* esse augere, facere ut aliquid crescat; interdum tamen accipi pro crescere, quod unico ex Aristide exemplo probat: *αὐξάνειν* vero accipi passive pro crescere, quamvis etiam in illa notione legatur *αὐξάνομαι*. Haec quidem *Thomae* sententia. Tu vero, quisquis Atticus esse voles, active dicas *αὔξω*, et *αὐξάνω*, passive vero *αὔξομαι* et *αὐξάνομαι*, tametsi elegantissimus scriptor *Josephus* in secundo *ἀρχαιολογίας* passive dixerit, *καὶ αὐξόντες* (*αὔξοντος* fors.) *τοῦ πάθους*. Et eodem capite active: *τὴν οἰκείαν αὔξουσιν εὐδαιμονίαν*. Et in octavo *ἁλώσεως* rursus passive: *φιλία ἀπὸ τούτων ηὔξησε*. Nec nobis obstare debet unius *Aristidis* exemplum a *Thoma* adductum. Graev.

ead. l. 10. *Μὴ τοίνυν ἔτι λέγειν*] Pro *μὴ λέγε*. Lucianus in Amoribus: *Σὺ δ' ἡμῖν τὰ πάλαι κλέα τῆς ἐρωτικῆς περαίνειν*, pro *πέραινε*. Poëtis hoc et legum latoribus familiare, haud scio an barbarum in prosa. Graev. At vid. *Schäfer* ad *L. Bos.* Ellipss. p. 591. Lehm.

ead. l. 11. *Σωκράτης δὲ ὁ ἀπὸ Μόψου*] Quis hic Socrates, quis ille Mopsus? forte difficile dictu est. Socrates Grammaticus laudatur in Etymologico M. An *a Mopso* patriam signat Mopsuestiam, aut Mopsopiam? Gesn.

ead. l. 12. *Ὁ ἀπὸ Μόψου*] Grammatici hujusce nominis meminit auctor Etym. v. *Εὔβοις*. Hinc autem liquet, scriptum hunc Dialogum a Luciano, si genuinus sit, post reditum ex Aegypto. Quare apud *Jensium* L. I. de Histor. Phil. cap. 2. Solan.

ead. l. 14. *Πηνίκα ἔξεισι*] Hic soloecismus in hoc vertitur, quod *πηνίκα* posuerit, pro *quando* vel *quo tempore*, cum Atticis significet tantum *qua hora?* Docet *Suidas: Πηνίκα ἐστὶν ὥρα* (leg. *ἄρα*, vid. *Kusteri Suidam* et *Aristoph.* Av. pag. 610.) *τῆς ἡμέρας; ἀντὶ τοῦ, ὁποία ὥρα ἐστὶ τῆς ἡμέρας; ὥρας γὰρ ἐζήταζον, οὐ καιρούς. Πηνίκα δὲ ἐξώρμησε τῆς νυκτός; Τὸ δὲ ἀνταποδοτικὸν, ὁπηνίκα; μικρόν τι μετὰ τὴν μεσημβρίαν. Τὸ δέ· Πηνίκα ἄττ' ἀπώλετο; οὐκ Ἀττικὸν, οὐδὲ ἀρχαϊκὸν, οὐδὲ ἀκριβές· ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ πότε δῆτα; παρέλκει γὰρ τὸ ἄττα· ἐπεὶ οὔτε τὸ τινὰ σημαίνει, οὔτε τὸ ἄτινα. οὐδὲν γὰρ τούτων ἁρμόζει τῷ ὁπηνίκα.* Sic hic locus legendus ex Scholiaste *Aristophanis*, cujus haec sunt verba: *ποία ἐστὶν ὥρα τῆς ἡμέρας; τοῦτο δὲ ἐπὶ ὥρας ἐζήταζον οὐ καιροῦ.* Sic enim legendum ex *Suida*, non *εὐκαίρως*. Apud *Suidam* vero male legitur *ἐζήτουν*, pro *ἐζήταζον*. Sed alia quoque in hoc loco restituta sunt. Interpres vero *Suidae* hic nihil vidit, et varie hallucinatur. Sic autem hic locus est vertendus: *Πηνίκα ἐστὶν ὥρα τῆς ἡμέρας*, dicitur pro *ὁποία ὥρα ἐστὶ τῆς ἡμέρας;* (h. e. *quota est hora diei?*) *Horas enim sic explorabant, non tempora. Quota vero noctis hora egressus est? Quod vero huic respondet, est ὁπηνίκα*, (id est, *illa hora*) *paullo post meridiem. Illud vero: Πηνίκα ἄττα ἀπώλετο*, (*quando periit?*) *neque Atticum est, neque obsoletum, neque rectum. Est vero dictum pro πότε δῆτα, quando. Abundat autem illud ἄττα. Quia neque τινὰ significat, neque ἅτινα. Nihil enim horum quadrat ad vocem ὁπηνίκα.* In eadem sententia est *Thomas Magister. Πηνίκα*, inquit, *μὴ εἴπῃς ἐπὶ χρόνου· ἐστὶ γὰρ ὥρας δηλωτικόν. Εἰπόντος δέ τινος, πηνίκα ἀποδημήσεις; ἐὰν εἴπῃς μετὰ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖς. Οὕτω γὰρ ὡς ἔφημεν εὕρηται παρὰ πᾶσι τοῖς δοκίμοις. ὡσαύτως καὶ τὸ τηνικαῦτα καὶ τὸ τηνικάδε, καὶ ἡνίκα λέγε. Πλάτων ἐν Κρίτωνι· Τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων; ἢ οὐ πρωΐ ἔτι ἐστί: Κριτ. Πάνυ μὲν οὖν. Σωκρ. Πηνίκα μάλιστα; Κριτ. Ὄρθρος βαθύς. Καὶ αὖθις ἐν Φαίδωνι· Μὴ αὔριον*

τηνικάδε οὐκέτι ἢ ἀνθρώπων οὐδείς. Hunc *Platonis* locum imitatus est *Aristidis* in legatione ad Achillem: *Τί κωλύει καὶ ἡμᾶς αὔριον κεῖσθαι τηνικάδε;* id est, *cras hoc hora. Phrynichus* fere eadem omnia. *Πηνίκα*, inquit, *μὴ εἴπῃς ἀντὶ τοῦ πότε. ἔστι γὰρ ὥρας δηλωτικόν· οἷον εἰπόντος τινός· πηνίκα ἀποδημήσεις, ἐὰν εἴπῃς ἔωθεν ἢ περὶ μεσημβρίαν ὀρθῶς ἐρεῖς.* Male *Joannes Nunnesius* ὥρας exponit hic *horas anni*, et per eas quatuor anni tempora intelligit; cum de partibus diei, ut et ex *Suida*, et ex subjecta responsione apud *Phrynichum* apparet, sint capienda. Recte igitur *Philostratus* Atticorum canon in vita Polemonis: *Ἤρετο ὁ παντοκράτωρ τὸν ὑποκριτὴν, πηνίκα εἴη ὅτε τῆς σκηνῆς ἠλάθη, τοῦ δὲ εἰπόντος, ὡς μεσημβρία τυγχάνοι οὖσα.* Attice etiam dixit *Lucianus* in Gallo, *καὶ πηνίκα ἤδη λελοῦσθαι δέοι.* Et *Aristophanes* in Avibus, *Πηνίκα ἐστὶν ὥρα τῆς ἡμέρας; ὁπηνίκα. μικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν. Quota est hora diei? Ea, paullo post meridiem.* Pro *πότε* dixit *Lucianus* in Electro *πηνίκα· Ἀλλ' οἵγε κύκνοι πηνίκα ἡμῖν τὸ λιγυρὸν ἐκεῖνο ᾄδουσιν.* Et in Timone, ac *Aristophanes* ibidem in loco supra allato. GRAEV. Elegauter idem vir cl. hic disputat de usu *τοῦ πηνίκα* apud Atticos; nimirum id certam spectare horam, ut si quis interroget, *πηνίκα ἔξεισι;* sit *qua hora exibit?* et sic recte Nostrum dixisse in Gallo, *πηνίκα ἤδη λελοῦσθαι δέοι.* Minus ergo Attice idem in eodem Gallo, *Σὺ δὲ πηνίκα, ὦ Πυθαγόρα, διηγήσῃ τὰ περὶ τῶν μεταβολῶν;* Hic *πηνίκα* est simpliciter *quando*, *πότε*. Similem ex Electro locum producit ibi vir cl. Addas licet id, quod Timon apud Nostrum c. 4. f. rogat Jovem, *Ταῦτα τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, πηνίκα παύσεται οὕτως ἀμελῶς παρορώμενα; Quando tandem erit*, inquit, *ut non amplius negligantur et contemnantur fulminis tui, quas jactas, vires?* Hic *πηνίκα* incertum aliquod tempus denotat. Sed in de Merc. Cond. [*ἀκροῶνται δὲ αὐτῶν πηνίκα γελοῖον γὰρ καὶ τοῦτο, ἤτοι μεταξὺ κοσμούμεναι, καὶ τὰς κόμας περιπλεκόμεναι, ἢ παρὰ τὸ δεῖπνον*] *πηνίκα* exponerem *qua diei hora?* licet verba videantur *ἀνακόλουθα*, neglecta nimi-

rum ea, quae necessaria est, distinctione. Sermo fit de potentibus feminis, quae in convictu suo habeant ostentationis caussa homines philosophos; *eos*, ait, *audiunt quidem illae; sed quando?* jam quasi ipse sibi respondet, *vel dum comuntur et adornantur, vel super mensam.* Graeca ergo ita dispones: Ἀκροῶνται δὲ αὐτῶν· πηνίκα; γελοῖον γὰρ καὶ τοῦτο, ἤτοι μεταξὺ κοσμούμεναι etc. Jens. Breve horarum spatium indicat πηνίκα, et ultra diem ipsum nunquam exspatiatur: moras etiam aegre ferentis est. Solan. Cf. etiam adnott. ad *Phrynich.* p. 49. sq. *Lobeck.* Lehm.

Pag. 210. *l.* 1. Ἱκανὰ ἔχω τὰ πατρῷα] Hoc est, *acquiesco patriae legibus et consuetudinibus;* cum proprie et Attice haec verba significet, *habeo satis amplum patrimonium.* Πατρῷα, inquit *Thomas*, τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα, καὶ πατρῷοι φίλοι. Πάτρια δὲ τὰ τῆς πόλεως ἔθη. Divus *Basilius* contra foeneratores: Ὕστερον καὶ τῶν πατρῴων ἐκστήσῃ, *postmodum etiam cedes et everteris patrimonio.* *Laërtius* in Solone: Ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκώς. Idem in Anaxagora: Ὅς γε τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις. *Lucianus* in Dial. Meretric. Εἰ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων. *Ammonius* eadem omnia, nisi quod πατρικοὶ φίλοι et ξένοι censet dicendum, non πατρῷοι, ut *Thomas.* Pro *Ammonio* facit illud *Aristophanis* in Avibus, Ὧν ἐμοὶ πατρικὸς φίλος. Pro *Thoma* facit *Lucianus* in Timone. Πατρῷον, inquit, φίλον ὄντα. Et *Herodianus* in primo, Τιμὴν πᾶσαν ἀπένεμε τοῖς πατρῴοις φίλοις. Et non longe post, τούς τε πατρῴους φίλους πρῶτος διαβάλλειν ἤρξατο. Et *Basilius* contra foeneratores, καί που καὶ πατρῴας ἀπεμνήσθη φιλίας. *Moschopulus:* πάτρια ἔθη τὰ τῆς πόλεως, πατρικὸς φίλος καὶ πατρῷος κλῆρος. Operae pretium est, et *Pollucem*, qui inter haec nullum facit discrimen, audire lib. II. cap. 11. Ἡ διὰ πατέρων κτῆσις πατρῷα, πατρικὴ, πάτριος, προγονική. καὶ ἱερὰ πατρῷα, καὶ πάτρια, καὶ πατρικὰ, καὶ προγονικά. *Suidas* vero *Thomae* et *Moschopulo* consentit: vide verba pag. 465. Quia autem πάτρια ἔθη scribendum esse dicunt, notandum

est, τὰ πάτρια, vel κατὰ τὰ πάτρια, frequentia esse eo sensu apud *Heliodorum Episcopum*. Si quis igitur ἱκανὰ ἔχω τὰ πατρῷα dixerit, pro ἱκανὰ ἔχω τὰ πάτρια, ut dixit *Josephus*, ἐξέβαινε τῶν πατρῴων ἐθῶν, pro πατρίων, ut alibi dixit, vel si quis vivo adhuc patre dixerit, se satis amplum habere patrimonium, non effugiet soloecismum. Si apud *Lucianum* in Dialogo Alexandri et Hannibalis recte legitur ἀποστὰς τῶν πατρῴων προσκυνεῖσθαι ἠξίου, καὶ δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιήτησεν ἑαυτὸν, abusus est pro πατρίων. Sicut et *Dion.* in XXIV. libro de C. Caesare: Ἀλλὰ ζῶντά τινα τῆς ὑπατείας καὶ μὴ ἀναγκασθέντα, μήτε ἐκ πατρῴων, μήτε ἐξ ἐγγορίας τινὸς, ἐκστῆναι, *ac ipse vivus, et neque legibus patriae, neque ob aliquam culpam eo sc. consulatu se abdicavit.* Ubi male πατρῴων pro πατρίων dixit. Recte *Suidas* in vita Christodori Coptitae, ἔγραψεν, inquit, πάτρια Κωνσταντίνου πόλεως ἐπικῶς βιβλία ιβ. πάτρια Θεσσαλονίκης βιβλία κε etc. *De moribus urbis Constantinopoleos, Thessalonicae* etc. *Eumolpidarum* πάτρια. *Cic.* ad Atticum. Graev. Quemadmodum πατρῷος et πάτριος distinguantur ab elegantioribus Graecis, cum ex Grammaticis, tum ex ipsis auctoribus docet *Graevius*. Πατρῷον nimirum id dici, quod quis a patre relictum habeat: πάτριον, quod ad universam patriam spectet. Sic dici πάτρια ἔθη. Esse tamen, ubi discrimen illud non observetur, ostendit vir eruditissimus exemplo *Josephi*, *Luciani* ipsius, et *Dionis*. His addo alios locos, ubi *Lucianus* pro πάτριος usurpavit πατρῷος. In Scytha cap. 4. ait Anacharsis, ἀλλὰ πρὸς Ἀκινάκου καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν. In Patriae encomio §. 4. εἰ δὲ θεοῖς τίμιον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώποις πολύ γε μᾶλλον; καὶ γὰρ εἶχε τὸν ἥλιον πρῶτον ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος, ὡς καὶ τοῦτον τὸν θεὸν, εἰ καὶ κοινός ἐστι, ἀλλ' οὖν ἑκάστῳ νομίζεσθαι πατρῷον, διὰ τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ τόπου θέαν. Locum integrum adscripsi, ut eadem opera eum vindicem ab inficetissima vulgati interpretis versione. Verto, *Si vero apud Deos nomen patriae valeat, quî non multo magis apud homines? Namque*

unusquisque primum ex patria solem vidit; adeo ut Deus ille (Sol) *etsi communis est, tamen unicuique existimetur patrius, propterea, quia eum primum ex illo loco vidit.* Patet clarissime, *πατρώους θεοὺς* hic esse *πατρίους*, sive *πατρικούς*. Iterum *Noster* in Eunucho c. 3. *ὑπὲρ πατρίδος κινδυνευούσης, καὶ ἱερῶν πατρώων, καὶ τάφων προγονικῶν ἀγωνίζεσθαι.* Sed et apud *Aelianum* VII. *Ποικιλ.* 19. *πατρῴϊον ἔθος* pro more patriae, non patris. Jens. *Plut.* 306, 1. Solan. Conf. *Diod. Sicul.* III, cap. 71. vers. fin. *τὰ πατρῷα βασίλεια*, ubi *Wess.* N°. 81. *πατρικὸς φίλος* praefert. Ita *πατρικὸς ξένος, φίλος*, quando non ad patrem solum respicitur; vid. *Duker.* ad *Thucyd.* VIII. c. 6. Sed *πατρίους νόμους* potius, quam *πατρώους*, idem ib. cap. 76. Nec repugno: nam *πατρώους νόμους leges paternas*, i. e. a patre suo latas, *Aelian.* VI, 10. f. non *patrias*, s. ab universa patria. Licet ab Latinis confundatur, in *patria potestas*, quae ad solum parentem spectat. Verum *πατρῷοι φίλοι Herodian.* III, 15. 13. de patris defuncti amicis. Eod. sensu *γνώμη πατρώων φίλων*, ib. I, 6. pr. Tamen et L. I. c. 9. pr. *ὅσοι πατρῴαν αὐτῷ εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο*· ubi paternus affectus non adeo qualis *patris defuncti*, sed qualis *patris* esse solet, generaliter significatur. Reitz.

ead. l. 3. *Συμπατριώτης ἐστί μοι*] Pro civis meus est, cum dicendum sit *πολίτης ἐστί μου*, vel *μοι*. Ut hic locus intelligatur, adscripsimus *Pollucis*, *Hesychii*, *Moschopuli*, et *Ammonii* verba. *Pollux:* *οἱ βάρβαροι ἀλλήλους οὐ πολίτας, ἀλλὰ πατριώτας λέγοιεν. Ἄρχιππος δὲ καὶ συμπατριώτας ἔφη. Πλάτων μέν τοι ἐν τοῖς νόμοις καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων τὸ πατριώτας εἴρηκε.* Locus *Platonis* est in sexto de legibus: *δύο δὲ λείπεσθον μόνα μηχανά, μήτε πατριώτας ἀλλήλων εἶναι τοὺς μέλλοντας ῥᾷον δουλεύσειν ἀσυμφωνοῦσιν εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα.* *Hesychius*, *πατριώτης παρ' Ἀθηναίοις ὁ βάρβαρος ὁ πολίτης.* *Moschopulus*, *Πατριώτης*, inquit, *πατριώτου, Ἀττικόν ἐστιν. ὡς γάρ φαμεν πολίτην τὸν συμπολίτην, καὶ ἡλικιώτην τὸν*

συνηλικιώτην, οὕτω καὶ πατριώτην τὸν συμπατριώτην. Καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ ἡ πατριώτης (Imo *πατριῶτις. Lehm.*) *στολὴ ἡ κατὰ τὰ πάτρια γενομένη.* Sic *Lucianus* in Scytha: *Ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο πατριώτης* (*πατριῶτις*) *οὖσα.* *Xenophon* etiam *πατριώτην ἵππον* dixit. *Ammonius*, *Πολίτης*, inquit, *ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας δοῦλος δούλῳ. Thomas*, *Πολίτης*, inquit, *δημότης, φυλέτης, ἄνευ τῆς σὺν λέγων Ἀττικῶς ἐρεῖς.* Nimirum antiqui magistri docent, ita inter se differre *πολίτης* et *πατριώτης*, ut *πολῖται* inter se dicantur Graeci, eique ingenui, *πατριῶται* barbari et servi; neque dicendum esse *συμπολίτης, συμπατριώτης, συνηλικιώτης, συνδημότης, συμφυλέτης*, sed *πολίτης, πατριώτης, ἡλικιώτης, δημότης, φυλέτης.* Sane nec apud Latinos recte dicitur, *concivis*, *coaequalis*, *contribulis.* Haec barbara sunt, pro quibus melioris aetatis scriptores dicunt *civis*, *aequalis*, *tribulis.* Insignis igitur error est *L. Vallae*, qui existimavit, *concivis* esse vocabulum Latinum. Notavit autem *Pollux*, Archippum Comicum *συμπατριώτας* dixisse. Scribit idem, *Euripidem* dixisse *συμπολίτην* in Theseo et Heraclidis, quod et *Aristoph.* Scholiast. annotavit, ad haec verba in Pace 909. *Ἡ χρηστὸς ἀνὴρ πολίτης ἐστὶν ἅπασιν.* In quem locum scribens interpres: *Οὔτε συμπολίτην, οὔτε συνδημότην λέγουσιν. Ὁ μέν τοι Εὐριπίδης που λέγει, ὦ ξυμπολῖται τῇδε βοσκούσῃ χθονὶ καὶ τῇ τηκούσῃ νῦν τιν' ἀρκέσαι χρεών.* Hic est locus ex Heraclidis. Theseus intercidit. Legitur et haec vox apud *Josephum* lib. XIX. *Ἀρχαιολογίας· Οὐ μόνον εἰς τοὺς συμπολίτας, ἀλλὰ καὶ εἰς συγγενεῖς καὶ φίλους.* Et *Aelianum* III, 24. *Νεανίσκοι τρεῖς εἰς Δελφοὺς ἀφικόμενοι Θεωροὶ συμπολῖται κακούργοις συμπεριτυγχάνουσιν.* Apud eundem (XIII, 46.) legitur etiam *συνήλικες· Ληστῶν περιπεσὼν μετὰ τῶν συνηλίκων βοῆς γενομένης ἰδοὺ ὁ δράκων, καὶ τοὺς μὲν διεσκόρπισεν, οὓς δὲ ἀπέκτεινε.* Quae vox et apud *Eupolin* legitur, teste *Polluce.* Sicut apud *Isocratem* in Panathenaico *συμφυλέται· Τοὺς δὲ προκριθέντας ὑπὸ τῶν συμφυλετῶν καὶ τῶν δημοτῶν.* Quare minus mirandum de Apostolo, qui

ad Ephesios capite secundo dicit *συμπολῖται τῶν ἁγίων*. Idem in primo capite epistolae *ad Galatas*: *Καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου*· et epistola *ad Thessalonicenses*: *Ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν*. *Sophocles* in Oedipo Tyranno montem Cithaeronem vocat *πατριώτην* Oedipi: *Ἀπείρων, ὦ Κιθαιρών, οὐκ ἔσῃ τὰν αὔριον πανσέληνον μὴ οὐ σέ γε καὶ πατριώταν Οἰδίπου καὶ τροφὸν, καὶ μητέρ' αὔξειν καὶ χορεύεσθαι, dies crastinus haud abibit, quin te ut civem Oedipi et nutricem et matrem augeamus et celebremus, in teque choreas ducamus.* *Athenaeus* Nicostrati Comici fabulam adducit nomine *Πατριώτης*. Apud Latinos *conterraneus*, qua voce in hoc Luciani loco utitur Micyllus, aeque vitiosa est, ac Graeca *συμπατριώτης*· quamvis non ignorem a *Plinio* eam usurpatam. Pro hac elegantiores dicunt *popularis*, *civis*, *municeps*. Sed de his nimis fortasse multa. Graev. Quae *Graev.* ad probandum vocab. *συμπολίτης* adfert, iis adde auctoritates *Polybii* ac *Dinarch.* apud *Raphel.* et *Elsn.* ad *Ephes.* II, 19. Reitz.

ead. l. 4. *Ὅ δεῖνά ἐστι μεθύσης*] Soloecismus in eo versatur, quod dicat ὁ *μεθύσης*. Attici enim dicunt ἡ *μέθυσος* vel *μεθύση*, *τῆς μεθύσης*. Barbari vero de viro etiam utuntur *μεθύσης*. *Thomas Magister*: *Μεθύση γυνὴ, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις*· *Γραῦν μεθύσην, τῆς κόρδακος ἕνεκα. Θεόπομπος ὁ Κωμικός*· *Πρεσβύτης φίλοινος μεθύση. Μέθυσος δὲ ἐπὶ τῶν ἀρσένων οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν. ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ Λιβάνιος ἐν τῇ περὶ τῆς λάλου μελέτῃ*· *Οὐκ ἔστιν ἡ γυνή μοι μέθυσος. Σὺ τοίνυν Ἀττικοῖς ἑπόμενος ἐπὶ μὲν ἀρσενικῷ μεθύων λέγε καὶ μεθυστικός. Ὡς Φιλόστρατος ἐν τῷ Ἡρώδου βίῳ. Ἑώρα δὲ αὐτὸν καὶ μεθυστικὸν καὶ ἀνοήτως ἐρῶντα. Ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ, μεθύουσα καὶ μεθύση.* Illud legitur apud *Ecclesiasten* cap. XXVI. *ὀργὴ μεγάλη γυνὴ μέθυσος*. Idem tamen XIX. *πῶς γὰρ μέθυσος καὶ πορνοκόπος πτωχεύσει*. *Pollux* Menandrum etiam de viro *μέθυσος* dixisse auctor est. Non caret igitur exemplo, quod Apostolus dixit in *prioris ad*

Corinthios cap. V. ἢ λοίδορος ἢ μέθυσος ἢ ἅρπαξ. Et VI. οὔτε μέθυσοι οὔτε λοίδοροι. Nam Lucianus etiam in Timone de viro μέθυσος καὶ πάροινος dixit; quamquam et *Phrynichus* scribat, Μέθυσος ἀνὴρ οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μεθυστικός· γυναῖκα δὲ ἐρεῖς μέθυσον ἢ μεθύσην. Barbari igitur, ut supra dixi, etiam de viro μεθύσης dicunt: quare μεθύσης per soloecismum est nominativus, et per Atticismum genitivus. Alexis tamen in fragmento apud *Athenaeum* lib. XV. ἐξ οἴνου δ' εἴρηκεν τὸν μεθύσην Ἄλεξις. Ubi recte *Casaubonus* notavit, male non neminem emendare μέθυσος. Et apud *Arrianum* lib. IV. c. 2. ubi tamen pro πότερον μεθυστὴς εἶναι θέλεις, legendum μεθύσης. In his, quae statim apud *Lucianum* sequuntur, ἑτέρου δὲ λέοντας, διπλασιάζεις, ἔφη, τοὺς λέοντας, nemo unquam deprehendet soloecismum. Locum esse corruptum, dudum vidi; sed quomodo emendandus esset, nec ego, nec facile quivis alius me longe doctior potuisset subodorari. Absque excerptis illis vetusti Codicis, quae modo laudavi adhuc in mendo cubaret. Illa scribunt: ἑτέρου δὲ ἐκλελοχότας, διπλασιάζεις, ἔφη, τοὺς ἐξειλοχότας. Attici enim respuunt ἐκλελοχός. Vide, quae supra notavi de λέλογχα, et infra c. 7. Graev. De μέθυσος ejusque gentilibus cff. Commentt. ad *Phrynich.* p. 151. sq. et qui ibi laudatur *Schweighäuser.* ad *Athen.* Tom. VIII. p. 185. Lehm.

ead. l. 5. Ἐκλελοχότας] Nimis ineptum erat vulgatum λέοντας, ideo haud cunctanter ejeci. Reitz.

ibid. Διπλασιάζεις] Tolerabiliorem puto *Graevianam* lectionem, eamque interpretari utcunque conatus sum: nempe ut illud *duplicare* referatur ad primam literam praesentis in augmento praeteriti geminatam praeter Atticorum consuetudinem pro λε et με ponunt ει. Gesn.

ead. l. 6. Λῆμμα πάρεστιν αὐτῷ] *Lucrum adest illi*, cum λῆμια πάρεστιν αὐτῷ, id est, fiducia animique praesentia vel obstinatio adest illi, dicere debuerit. Λῆμα et λῆμμα auctore *Ammonio* διαφέρει. Λῆμα μὲν γὰρ δι' ἑνὸς μ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς, (sic enim legendum est,

non τύχης, ut habent edita exemplaria) λῆμμα δὲ διὰ δύο μμ· hoc est λῆμα *animi praesentiam significat*, λῆμμα *quidquid accipitur*. Si *Heliodori* Episcopi Codex emendatus est, λῆμμα ab illo dictum est pro λῆμα. Λῆμμα, inquit, ἀσθενέστερος, in secundo libro. Idem in decimo: ἀνδρείῳ δὲ λήμματι. *Josephus* VII. ἁλώσεως· Καὶ πολλοῦ λήμματος πλήρης γενόμενος· pro quo *Lucianus* in Demosthen. Encom. ὡς ἀνδρεῖον μὲν αὐτοῦ τὸ λῆμα. In *Neophrone* quoque λῆμμα legitur pro λῆμα in quibusdam libris. Κάτισχε, inquit, λῆμμα καὶ σθένος θεοστυγὲς, *compesce ferociam et vim*. Ipsum carmen legitur in *Stobaeo*. Quin et in *Philostrati* Heroicis λῆμμα impressum est pro λῆμα. Τὸ δὲ λῆμμα, inquit, τοῦ Ἀχιλλέως δηλοῦσθαί φησι. In *Dion. Halicar.* libro VI. eadem menda est. Ὑπὸ λήμματος καὶ προθυμίας ὠσάμενοι. Apud *Plutarch.* in Caesare quoque male legitur τοιαῦτα λήμματα ὁ Καῖσαρ ἀνέθρεψε, pro λήματα. *Heliodor.* tamen in sexto recte dicit, γενναία μὲν τὸ λῆμα, συνετὴ τὸ φρόνημα. *Euripides* in Oreste: Μενέλαε παύσαι λῆμ' ἔχων τεθηγμένων. Idem in Iphigenia: Ὦ λῆμ' ἄριστον ὡς ἀπ' εὐγενοῦς ῥίζης πέφυκας. Et in Heraclidis: Ἀλλ' οἶδ' ἐγὼ τὸ τῶνδε λῆμα καὶ φύσιν. Id est, τὸ φρόνημα, τὴν ὁρμὴν, τὴν ἀνδρείαν τὸ ψυχῆς παράστημα, τὴν προθυμίαν. *Joseph.* III. Ἁλώσ. Δεῖ δὲ πόνου πρὸς τῷ τάχει καὶ λήματος. Παράστημα ψυχῆς autem, ut emendandum censuimus apud *Ammonium*, saepissime pro φρόνημα accipitur. *Diodorus* de rebus Alexandri: Οἱ δὲ Θηβαῖοι τῷ παραστήματι τῆς ψυχῆς ἐνεκαρτέρουν τοῖς δεινοῖς. *Josephus* in VI. Ἁλώσ. Κακῶς ἐπάνω τῷ παραστήματι τῆς ψυχῆς Ἰουδαίοις. *Polyb.* Ῥωμαῖοι δι' ἀλκὴν σώματος καὶ παράστημα ψυχῆς ὀλίγου δεῖν τῆς οἰκουμένης ἐκράτησαν. Sed ut revertamur ad λῆμα, *Aristophanes* in Nebulis: Λῆμα μὲν πάρεστιν τῷδε οὐκ ἄτολμον. Idem in Ranis: καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων. *Simonides*: ἐντόλμῳ ψύχης λήματι πειθόμενοι, *spiritibus freti*, id est, intrepidi pectoris. Ponitur autem haec vox fere cum adjectivo laudis vel vituperationis. *Euri-*

pides in Iphigenia: Ὦ λῆμα ἄριστον. Idem in Alcestide: Κακὸν τὸ λῆμα κοὐκ ἐν ἀνδράσι τὸ σόν. Idem in Medea: Ἥκιστα τοὐμὸν λῆμ' ἔφυ τυραννικόν. *Aristophanes* in Equitibus: Νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἕξιέναι καὶ λῆμα θούριον φορεῖν. Ubi perperam *Erasmus* legit λῆμμα, et interpretatur *et lemma ferre vehemens*, quod dudum *H. Stephanus* notavit. *Sophocles* in Oedipo Coloneo: Ὦ ἀναιδὲς λῆμα. *Herodotus* tamen sine laudatione λῆμα posuit pro praesentia et praestantia in Polymnia. Ἀπὸ λήματος, inquit, καὶ ἀνδρείης ἐστρατεύετο οὐδεμιᾶς ἐούσης ἀνάγκης. Et in Calliope: Λήματι μὲν νῦν καὶ ῥώμῃ οὐκ ἔσσονες ἔσαν οἱ Πέρσαι. Quo utroque in loco perperam μμ impressum est. Nam λῆμμα duplici μμ lucrum, capturam, quaestumque significat, et syllogismi partem, quam *Aristoteles* πρότασιν, *Cicero sumtionem* vocat. Hinc componitur dilemma et monolemma. Lemma etiam *Plinio* et *Martiali* argumentum significat. *Catanaeus* male λῆμα unico μ dici vult pro lucro, contra omnium exemplarium auctorumque fidem. *Lucianus* Demosthen. Encom. Λημμάτων πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπεροψίας, id est, *contemtus magnorum et multorum emolumentorum*. *Josephus* in I. Ἁλώσ. Ὡς μὴ κατάφορον τὸ λῆμμα ποιήσειε. Idem in XIV. Ἀρχαιολογίας· Ἵνα δὲ μὴ κατάφορον γένηται τὸ λῆμμα, *ne tamen quantum pecuniae extorserit, cognosceretur*. Ubi exemplaria τολμήματα habent; et male *Gelenius* vertit, *ne tamen fraus deprehenderetur*, *Demosthenes*: Τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες, *Sophocles* in Antigone:

Οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.
Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους. GRAEV.

ead. l. 8. Πρόσεισιν ὁ μείραξ ὁ υἱὸς φίλος] Hunc convitiari amico suo ideo dicit Socrates, quod viro muliebrem dederit appellationem. Nam qui Attice sunt locuti, ἡ μείραξ dixerunt, non ὁ μείραξ vel μειρακίσκος, nisi cum mollem et pathicum vellent intelligi. Ita illud intelligendum in Vita Demonactis: Ἦκεν οὖν τις μειρακίσκος

ὡραῖος, αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων, *venit igitur quispiam effeminatus adolescentulus egregia forma.* Itidem in Votis: καὶ μὴν οὐ πάνυ καλὸς ὁ μειρακίσκος ἔδοξέ μοι. Sed praestat, haec ita sese habere, ut testimoniis evincamus. Primus itaque et maxime idoneus testis est *Thomas Magister.* Μείραξ, inquit, καὶ μειρακίσκος ἐπὶ ἀρσενικοῦ ἀδόκιμα· μειράκιον δὲ οὐδετέρως πάντες οἱ ῥήτορες λέγουσιν. Μείραξ μέν τοι ἐπὶ θηλυκοῦ, καὶ μειρακίσκη μόνος Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ. Σὺ δ' ἄπιθι χαίρων συλλαβὼν τὴν μείρακα. Καὶ πάλιν· Ὦ μειρακίσκη πυνθάνῃ γὰρ ὡρικῶς. Σὺ δὲ μειράκιον καὶ ἐπὶ θήλεος λέγε. *Lucianus* in Gallo, de Danaë agens: Ὅς ποτε ἠράσθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μείρακος. Idem in Νεκρικοῖς· Δύο ἤδη ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων. *Aristophanes* in ἐκκλησιαζούσαις· Ἄγειν σε καὶ ταύτας μετά σου τὰς μείρακας. Idem in Pluto: Ἀλλ' ὦ νεανίσκε οὐκ ἐῶ τὴν μείρακα μισεῖν σε ταύτην. Et in Ranis: Καὶ γὰρ παραβλέψας τι μειρακίσκης. *Lucianus* in Merced. Conduct. Τιμώμενος μειρακίσκός, id est, masculum scortum. Parum igitur Attice *Parthenius* in Eroticis: Μειρακίσκος τις τῶν πάνυ δοκίμων Ἀνθίππης ἠράσθη. *Ammonius* quoque hanc notavit differentiam: Μείραξ καὶ μειράκιον καὶ μειρακίσκος διαφέρει. Μειράκιον γὰρ καὶ μειρακίσκος ὁ ἄρσην· μείραξ δὲ ἡ θήλεια. Haec *Ammonii* sententia de μειρακίσκος intelligenda non de omnibus masculis, sed impudicis, pathicis. Postremo *Phrynichus* id confirmat: Μείρακες καὶ μείραξ. ἡ μὲν κωμῳδία παίζει τὰ τοιαῦτα. Τὸ γὰρ μείραξ καὶ μείρακες ἐπὶ θηλειῶν τάττουσιν· τὸ δὲ μειρακίσκος καὶ μειράκιον καὶ μειρακύλλιον ἐπὶ ἀνδρῶν. Ubi perperam *Nunnesius* vertit: Μείρακες καὶ μείραξ *adolescentuli et adolescentulus*; cum sit *puellae et puella*, ut ex sequentibus verbis apparet et exemplis, quae attulit. Sic et Etymologici magni auctor, quem vide. Et *Aelius Dionysius* apud *Eustath.* Atticos hoc semper observasse ait. Attice igitur dixit *Lucianus* in Asino: Τῇ μείρακι συνευναζόμενον. Et *Heliodorus* in primo: Ὑποδέχεται αὐτὸν ἡ μείραξ. Idem tamen male in

quarto ait: *Θεαγένης ἐστὶ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ μείρακες.* Et in X. *Τὸν μείρακα παραλλάττων, excedens ex ephebis*, vel *ἄρτι μὲν τὸν ἔφηβον παραλλάξας*, quemadmodum in secundo eleganter dixit. *Aristophanes* etiam in *Ἐκκλησιαζούσαις* de masculo dixit *μείραξ*, sed impudico: *Ἢν μείρακ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούληται τούτου σκαλαθῦραι*, id est, *συνουσιάσαι*, ut Scholiastes inquit, *si adolescentulum videns cupiet et volet hunc subagitare.* Ubi Scholiastes: *Μείρακα δ' ἐνταῦθα δοκεῖ ἀρσενικῶς εἰρημένον.* Deinde productis *Ammonii* verbis, quae superius retulimus, subjicit: *ἢ πρὸς τὸ γυναικῶδες τῶν κιναίδων* scilicet respexit: quod verum est. Non enim alio sensu *μείραξ* Atticis de masculis dicitur, quam Latinum *nubere*. *Micyllus* ingenue fatetur, se soloecismum hic deprehendere non posse. GRAEV.

ead. l. 9. *Μείραξ*] Verum est, Atticos plerumque femininum facere *Aristoph.* Eccl. v. 692. et alibi. *Hemst.* in Ed. min. Dial. Luciani, pag. notarum 9. *Lucianum* in Dial. Mort. IX. commisisse contra nitidiorem Atticismum, notat, qui ibi *μειρακίσκος* masc. gen. dicat; quam notam editioni majori non inseruit. At si videris, *pincernam* et ibi significari, adeoque et *mollem* posse designari, quales et hoc nomine venire *Graevius* recte docet, nihil illic a se dissenserit *Lucianus.* Sed et est *ὁ μειρακίσκος* apud *Alciphr.* I. Epist. 2. p. 12. ubi suspicio, de effeminato sermonem esse, non est certa. Utuntur et alii de non suspectis, quos tamen satis in eo *ἀττικίζειν* non dixerim. REITZ. Cf. *Pauw.* et *Lobeck.* ad *Phrynich.* pag. 212. sq. LEHM.

ead. l. 10. *Δεδίττομαι τὸν ἄνδρα, καὶ φεύγω*] Soloecismus hic in eo est, quod *δετίττομαι* posuit pro *metuo*, cum sit *terreo*. *Thomas Mag. Δεδίττομαι τὸν δεῖνα ἤγουν ἐκφοβῶ, καὶ παρὰ ποιηταῖς καὶ λογογράφοις. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐκφοβοῦμαι παρὰ ποιηταῖς μόνοις. Ὅμηρος ἐν Β Ἰλιαδ. Δαιμόνι' οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι. Aristoph.* Scholiast. ad Plutum notat, *δέδοικα* poni pro *metuo*, *δεδίττω* autem esse *terreo*. *Δέδοικα μὲν ἐγὼ ἀμεταβάτως, δεδίττω δὲ ἕτερον πρὸς αἰτιατικὴν συντασσόμενον.* Attice igitur

dixit *Lucianus* de Luctu: *Κύων τῳ χάσματι δεδιττόμενος, canis rictu sive oris hiatu terrens.* Idem in Philops. *καὶ δεδίττεσθαι κἀμὲ ἐλπίζων.* Et in Bis Accusat. *καὶ μὴν οὗτοί με, ὦ Ζεῦ, δεδίττονται,* terrent. *Aristophanes* pro *metuo* videtur usurpasse in pace: *Εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον καὶ δεδίττεσθαι.* *Justinus Martyr* in epistola ad Zenam et Serenum: *Μηδὲ δεδιττόμενον τοὺς χειμῶνας·* ubi aliter *δεδιότα, metuentem,* legitur. GRAEV. Cf. *Pierson.* ad *Moerid.* p. 118. LEHM.

ead. l. 12. *Φίλων ὁ κορυφαιότατος*] *Amicorum summissimus,* ut Graecum soloecismum Latino exprimam. De hac voce *Thomas: Τελευταῖον μὲν λέγε· τελευταιότατον δὲ ἀδόκιμον, ὡς καὶ κορυφαιότατον.* Idem alibi: *Οὐ κορυφαιότατον δεῖ λέγειν, οὐ γὰρ πρὸς τῇ ὑπερθέσει καὶ ἑτέραν ὑπέρθεσιν δεῖ ἐπάγειν· εἰ καὶ ὁ Λουκιανὸς παίζων λέγει.* Locus Luciani, quem innuit, est in libello Quom. Hist. sit conscrib. *δύο μὲν ταῦτα κορυφαιότατα οἰκοθεν ἔχοντα.* Negat hic *Thomas,* superlativo addendum superlativum. D. *Joanhes Theologus* tamen a comparativo formavit alterum comparativum in tertia Canonica: *Μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαράν.* *Phrynichus* summopere improbat hanc vocem. *Κορυφαιότατον,* inquit, *ἐνεκαλυψάμην εὑρὼν παρὰ Φαβωρίνῳ. λέγε οὖν κορυφαῖον.* ***Suppuduit me, cum κορυφαιότατον reperi apud Phavorinum. Tu dic igitur κορυφαῖόν.*** Simile huic est *ἐσχατώτατον* a *Thoma* merito improbatum, et *κεφαλαιωδέστατον,* quod in *Polemone Sophista* notat *Phrynichus.* Parum igitur Attice *Plutarchus πρὸς Κολωτήν. Περιπατητικῶν ὁ κορυφαιότατος Στράτων.* Idem in Pompejo: *Ὢν Περπέννας ὁ κορυφαιότατος.* Idem ibidem: *Κορυφαιότατοι γὰρ ἦσαν ἐν κατευνασταῖς καὶ τιθηνοῖς οὗτοι σύμβουλοι.* Nec *Dion. Halicarn.* lib. VI. *Ἀππίου δὲ ἦν γνώμη τοῦ κορυφαιοτάτου τῶν προεστηκότων τῆς ἀριστοκρατίας αὐστηρὰ καὶ αὐθάδης.* Nec *Joseph.* *συνελέγησαν δὲ οἱ κορυφαιότατοι.* Idem in VIII. *Ἁλώσ. συνελθόντων ἐξ τῶν κορυφαιοτάτων.* Utitur et alibi hac voce, ut et *Laërtius* in Socrate et Aristippo, *Justin. Martyr*

in παραινέσει ad gentiles, et *Herodian.* in fine libri secundi: τὰ κορυφαιότατα τοίνυν καὶ συντέλειαν ἔχοντα τῶν κατὰ μέρος πεπραγμένων Σεβήρῳ ἐν τοῖς ἑφεξῆς. Et *Clem. Alexandr.* Paedagog. lib. I. c. 13. ναὶ μὴν τὸ κορυφαιότατον, quod est supremum omnium. GRAEV. Errat *Thomas Magister*, cum a ludente Luciano ait alibi usurpatam hanc vocem. Vide Quom. Conscr. Hist. c. 34. Serio enim, et ut probam adhibet. Nec solus, ut ex *Graevii* nota videre potes, id fecit. SOLAN. Adde nunc etiam *Lucianum* ipsum De Paras. c. 42. et quae *Lobeckius* monet ad *Phrynich.* p. 69. sq. LEHM.

ead. l. 13. Καὶ ἐξορμῶ δὲ] Ἐξορμῶ absolute usurpatur pro exeo et proficiscor, sive erumpo; cum proprie apud Atticos activum sit significans, incito, urgeo, impello. *Moschopulus*, Ὁρμάω ὁρμῶ, inquit, τὸ πορεύομαι ἐγὼ, ἐξορμῶ δὲ ἄλλον. *Philostrat.* certe Atticos imitatus semper illo active utitur in Heroicis: Ἐξορμᾷ τοῦτον τὸν κύνα καίτοι χρηστὸν ὡς ὁρᾷς ὄντα. Et in eodem opere: τοῦ Τελαμῶνος ἐξορμῶντος τὸν Αἴαντα. *Euripides* in Iphigenia Aulid. 130. eodem loco utramque significationem conjunxisse videtur, activam et passivam: Κλήθρων ἐξόρμα· ἦν γὰρ νιν πομπαῖς ἀντήσαις, πάλιν ἐξορμάσεις τοὺς χαλινούς. Improprie igitur, si Luciano credimus, *Heliodor.* in secundo. Καί μοί τις ἀπήγγειλεν ὡς ἐξώρμησεν. Idem in IV. ὁ δὲ τὰς μὲν κόρας ἔφασκεν ἐξωρμηκέναι. Et sic saepius ille scriptor; ut et *Dio* lib. XLII. αὐτὸς δὲ πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐξώρμησεν, et sic idem frequenter, ut et *Josephus*, quin et *Xenophon*, et plures alii, ut egregie ostendit incomparabilis *Budaeus* in Commentariis utriusque linguae. Sed ipse etiam *Lucianus* hujus praecepti sui oblitus dicit in Dialogo Diogenis et Antisthenis: Πολὺ τῶν ἄλλων προεξορμήσας, *ante alios erumpens.* Idem in Dialogo Alexandri et Hannibalis: Ἐγὼ γοῦν μετ' ὀλίγων ἐξορμήσας εἰς τὴν Ἰβηρίαν. Qui tamen Atticos voluerit imitari, cum *Thucydide* dicat, παρώξυνέ τε τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ ἐξώρμησεν. GRAEV.

ead. l. 14. *Ἐξ ἐπιπολῆς δέ τινος εἰπόντος*] *Cum quidam dixisset ἐξ ἐπιπολῆς*, addita praepositione *ἐξ*, pro quo doctissimus quisque *ἐπιπολῆς*, omissa praepositione. *Pausan.* in Corinthiacis: *Ἐπὶ θαλάσσῃ τελματώδει καὶ ἐπιπολῆς μᾶλλον.* *Aristophanes* in Pluto: *Ταῖς μὲν ἄλλαις γὰρ χύτραις ἔπεστι ἀνωτάτω γραῦς. ἡ ταύτης δὲ νῦν τῆς γραὸς ἐπιπολῆς ἔνεισιν αἱ χύτραι.* Idem in Concionantibus: *Ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος.* *Herodot.* *Ἐπιπολῆς δὲ ἔπεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον*, id est, *superne inest ipsum ellychnium.* *Valla* hic labitur, legens *ἐπὶ πολλοῦ ἐλλυχνίου*, id est, *cum multo lychno.* Locus exstat in Euterpe. Idem in alio loco: *Τάφον ἑαυτῇ κατεσκευάσατο ἐπιπολῆς τῶν πυλέων.* *Theophrast.* in primo de caussis: *Εἰ καί τινας εἰς βάθος καθιᾶσιν, ἀλλ' ἐνίας καὶ ἐπιπολῆς.* *Plutarch.* in eo libello, cui titulus *πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα· παραπετόμεναι ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἐπιπολῆς.* Et in libello *περὶ κοινῶν ἐννοιῶν· οὐκ ἐπιπολῆς ψαύουσα τῆς ἐπιφανείας, ἀλλὰ πάντῃ διὰ βάθους εἰς πλάτος ὁμοῦ.* Sic Attice *Plutarchus*, qui tamen minus Attice dixit in Dione, *εὕρισκον ἐξ ἐπιπολῆς μᾶλλον ἢ καταφορᾶς·* quod etiam apud *Dioscoridem* cum in capite de papavere, tum alibi, uti et passim apud Graecos interpretes occurrit. *Phrynichus* haec, quae diximus, confirmat: *Ἐξ ἐπιπολῆς λέγουσί τινες οἰόμενοι ὅμοιον εἶναι τῷ ἐξαίφνης. οἷον ἐξεπιπολῆς, ἐξαίφνης, ἀτόπως. Οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἄνευ τῆς ἐκ προθέσεως ἐπιπολῆς.* *Thomas* est in eadem sententia: *Οὐδεὶς τῶν δοκίμων ἐξ ἐπιπολῆς εἶπεν· ἀλλὰ πάντες χωρὶς τῆς ἐκ προθέσεως ἐπιπολῆς. Ἀριστείδης ἐν τῷ Αἰγυπτίῳ· Ἐπειδή σοι διὰ βραχέων καὶ ἐπιπολῆς ἀπεκρινάμην. Θουκυδίδης ἔκτῃ, διὰ τὸ ἐπιπολῆς τοῦ ἄλλου εἶναι*, de Epipolis agens Syracusanorum loco, custodiis frequenti, ut loquitur *Livius.* *Lucianus* tamen hic non cavit, quod aliis vitio dat. Dicit enim in secundo Verarum narrationum, *οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς βάθος.* Graev. Adde De Luct. c. 16., ubi itidem eadem vox, cujus usus h. l. reprehendi videtur. Quod nemo mirabitur, qui consilium *Luciani* in conscribendo

hoc libello captum recte tenuerit. Ceterum de ἐξεπιπολῆς cf. Commentt. ad *Phrynich.* p. 126. sq. Ed. *Lobeck.* LEHM.

Pag. 211. *l.* 1. Συνετάξατό μοι] *Jussit mihi.* Sic interpretor; non, ut *Micyllus*, *composuit.* In hoc enim videtur soloecismus esse, quod συντάσσειν dixerit pro κελεύειν, cum συντάσσειν proprie sit ordines instruere, componere. Pro jubere tamen utitur *Heliodor.* in secundo: Ἐπὶ τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος οὗπερ συνετέτακτό μοι πρὸς τὸν ξένον ὥρμησα. Idem in eodem: Ἐπὶ τὴν χέμμιν τὴν κώμην οὗ τῷ Θεαγένει συνετέτακτο ἐσπευδεν. *Diodor.* saepe συνέτασσε pro jussit, et συνετέτακτο pro jussus erat, utitur. Qui igitur Atticos imitari volent, συντάσσειν utentur de ordinibus instruendis, ut *Xenophon.* Apud *Josephum* ἐπιβουλάς τε καὶ λόχους συντάσσοντες dixit, id est, *insidias ponentes.* *Lucianus* alio sensu in Asino dixit, συνετάττοντο ἐπ' ἔργον, *accingebantur operi*; et *Plutarchus*, συνετάττετο πρὸς τὴν πρᾶξιν, *ad negotium componebatur.* Eodem pertinet illud Periclis ἀσύντακτός εἰμι, *imparatus sum*; illudque *Plutarchi* de Solone, συντεταγμένον ὑποβάλλειν τοὔνομα, *paratum subjicere nomen.* *Demosthenes:* οὐ συντέταγμαι, *non sum paratus, meditatus, instructus.* GRAEV. Ἐπετάξατο volebat ille Soloecus. GESN. Rectius *Dorvillius* ad *Charit.* p. 291. Ed. *Lips.* interpretatur et explicat: *valedixit mihi.* Verum sic interpretatio Latina non facile ita componetur, ut utriusque mens, tum soloece loquentis, tum Socratis faceti censoris, simul expressa luculenter pateat. LEHM.

ead. l. 2. Περιέστην αὐτὸν] *Circumstiti ipsum.* Manifestus soloecismus, ut docet *Thomas:* Μὴ εἴπῃς περίστασαι τὸν δεῖνα. Πῶς γὰρ ὁ εἷς τινα περιϊσταίη; ἀλλὰ περιϊστάμεθα. Λιβάνιος ἐν ἐπιστολῇ· καὶ περιϊστάμεθα τὰς ἐπιστολάς. *Laërtius* in Menedemo parum Attice dixit περιϊσταμένου αὐτόν ποτε Κράτητος. Περίϊσταμαι etiam fugio, vito, significat. *Lucianus* in fine Hermot. Οὕτως ἐκτραπήσομαι καὶ περιστήσομαι, ὥσπερ τοὺς λυττῶντας τῶν κυνῶν, *non secus ac rabiosos canes fugiam, et vitabo.* *Josephus* Ἀρχαιολογίας libri primi capite secundo: πρότερον

ἡδόμενος τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίᾳ νῦν φεύγει ταύτην καὶ περίσταται. Idem *Ἀρχαιολογίας* lib. IV. cap. 6. *Περίστατο γὰρ μὴ πολλοὶ τῆς τῶν λόγων ἀσελγείας αὐτοῦ μιμηταὶ γενόμενοι ταράξωσι τὸ πλῆθος*, id est, *verebatur*. Idem locus et a *Suida* refertur cum eo, qui sequitur: *Τὸν ὄχλον γὰρ ἐκεῖνος ἀεὶ καὶ τοὺς θορύβους περίστατο μάλιστα*. Idem *Suidas* *ἀλυσκάζειν, περίστασθαι, ἐκκλίνειν, φεύγειν, cavere, declinare*. In qua notione etiam legitur II. *ad Timoth.* II, 16. et *ad Tit.* III, 9. Vide et *Casaub.* ad *Athen.* Animadvers. lib. XV, 5. et *Andream Dunaeum* ad *Jo. Chrysostom.* in epistolam ad Titum orationem sextam. GRAEV.

ead. l. 4. *Ἑτέρου δὲ λέγοντος συνεκρίνετο αὐτῷ*] *Judicio experiebatur*, vel *contendebant*, aut etiam *cum eo comparabatur*. Sic barbari loquuntur. Attice vero *συνεκρίνετο αὐτῷ* significat, una oriebatur, nascebatur, sive gignebatur, quemadmodum *διεκρίνετο αὐτῷ* significat, una interibat, atque dissolvebatur. *Διακρίνεσθαι* tamen pro *judicio experiri* dixit *Demosthenes*: *Εἰ μὲν οὖν ἐν τῷ Ῥοδίων δικαστηρίῳ διεκρινόμεθα*. Sed de *συγκρίνειν* audiamus *Thomam*: *Ἐπὶ δικαστηρίου συνεδικάζετο χρὴ λέγειν, οὐ συνεκρίνετο. Συνεκρίνετο γὰρ ἀντὶ τοῦ ἡνοῦτο, ὡς ἔχει καὶ ἡ παρὰ φιλοσόφοις σύγκρισις, ἧς τὸ ἐναντίον διάλυσις. ἐπεὶ καὶ ὃ φαμεν ἐν τῇ συνηθείᾳ συγκρίνειν, ἀντὶ τοῦ πρὸς τὸν δεῖνα τόνδε παρεξετάζειν, οὐχ εὕρηται παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν παλαιῶν· ἀλλὰ ἀντὶ τούτου παραβάλλειν, καὶ παρεξετάζειν, καὶ παρατιθέναι*. Pro quo et dicunt *εἰκάζειν*; *παραθεωρεῖν*. Attice igitur dixit *Epicharmus*: *συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν. ὅθεν ἦλθεν, πάλιν γᾶ μὲν ἐς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω, τί τῶνδε χαλεπόν;* Attice etiam *Chrysost.* in comparatione Monachi et regis: *Καὶ παραθεῖναι νῦν ἀλλήλοις τάτε κατερράθυμημένα παρὰ πολλοῖς, τάτε πολλῆς τυγχάνοντα σπουδῆς*. Et *Lucianus* in Imaginibus: *Καί τοι Νηρείσιν ἐκείνη παρεξετάζετο*. Ibid. *ἐγὼ δέ σε οὐδ' ἐκεῖνα ἠξίουν ταῖς Ἡρωΐναις παραθεωρεῖν με*. Et paullo post: *Οὐκ ἂν παραβάλλοιμι εἰκόσι θεῶν γυναῖκα φαιδράν*. Ibid. *Ἀγείρῳ δ' αὐτῆς εἰκάζειν ἐκεῖνος τὸ εὔμη-*

κές τε καὶ ὄρθιον. Quare minus Attice dixit *Athenaeus*: Τὸ δὲ Διονυσίου χορηγεῖον παντελῶς ἂν εὐτελές τι φανείη πρὸς ἐκεῖνο συγκρινόμενον. Confudit etiam hanc differentiam ipsemet Lucianus in Parasit. Ἄξιος, inquit, συγκριθῆναι παρασίτου τῷ σώματι· et *Philo*: Ὃς ἕνεκα εὐγενείας οὐδενὶ θνητῷ σύγκριτος, *nobilitate cum nemine mortalium comparandus*. Quare minus mirum de Apostolo, qui II. *ad Corinth.* cap. 10. inquit, Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων. In eadem sententia *Phrynich.* Σύγκρισις. Πλούταρχος ἐπέγραψε συγγράμμά τι τῶν αὐτοῦ, σύγκρισις Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου. Καὶ θαυμάζω πῶς φιλοσοφίας ἐπ' ἄκρον ἀφιγμένος, καὶ σαφῶς εἰδὼς, ὅ', τι ποτὲ ἐστὶν ἡ σύγκρισις, ἐχρήσατο ἀδοκίμῳ φωνῇ. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ συγκρίνειν τόνδε τῷδε, καὶ συνέκρινεν, ἡμάρτηται. Χρὴ οὖν ἀνεξετάζειν, καὶ παραβάλλειν λέγειν. *Cicero* recte I. de Natura Deorum σύγκρισιν vertit *concretionem*. *Theophanes Cerameus*, supra sui saeculi captum scriptor elegans, Hom. LVI. in festo S. Procopii, hoc sensu posuit σύγκριμα· Κόσμος λέγεται τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημα καὶ σύγκριμα. Vertit *Franciscus Scorsus*: *Mundus dicitur, quod ex coelo terraque, et his, quae in medio sunt interjecta, constitutum atque compactum est.* Male vero *Plutarcho* σύγκρισις ponitur pro comparatione. Graev. Adeas docentem *Lobeckium* ad *Phrynich.* p. 278. Lehm.

ead. l. 6. Νῶϊ τοῦτο δοκεῖ] Ut soloecismo soloecismum explicemus, *nos hoc videtur*. Ubi νῶϊν, *nobis*, dicendum fuit, quemadmodum *Plato* loquitur in VI. de legibus: Θαυμαστῶς τόγε ἀκοῦσαι νῶϊν πάντως ξυνδοκεῖ. Idem in Sympos. Πράξομεν ὃ ἂν φαίνηται νῶϊν. Graev.

ead. l. 7. Σὺ, ἔφη, καὶ νῶϊν ἐρεῖς, ὡς ἁμαρτάνομεν] *Tu etiam nobis peccamus dices pro* νῶϊ ἁμαρτάνομεν, id est, *nos peccamus*. Utrumque hoc non videtur animadvertisse interpres, ut ejus versionem legenti constabit. (Nam dedit: *Tu*, inquit, *etiam* νῶϊν *dices, ut peccamus.*) Graev.

ead. l. 8. Ἡ δὲ τῷ Ἡρακλεῖ μιχθεῖσα] Haec

Luciani verba ex sequentibus *Thom. Magist.* erunt intellectu facillima. *Μίγνυται*, inquit, *ὁ ἀνὴρ τῇ γυναικὶ, οὐχ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί.* Nimirum *μίγνυσθαι* recte dici de viro cum muliere consuescente, male vero de muliere, quae cum viro rem habet. Hanc differentiam tamen non esse perpetuam, argumento est illud *Parthenii* in Eroticis, *Τίς αὐτῶν μιχθείη τῷ ξένῳ.* *Herodot.* in Clio: *Ἀεὶ δὲ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἐζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης ἅπαξ ἐν τῇ ζωῇ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξένῳ.* Attice igitur D. *Jo. Chrysost.* de Babyla martyre: *Ποῖον δὲ ὄφελος μίγνυσθαι μητράσιν καὶ ἀδελφαῖς ὅπερ ὁ τῆς στοᾶς προεστὼς φιλόσοφος ἐνομοθέτει*, de Zenone agens. Sic apud *Hesiod. μιχθεὶς ἐν φιλότητι*, frequentissime. *Homer.* hymno in Lunam: *Τῇ ῥά ποτε Κρονίδης ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ.* Quin et *Esdrae* IX. Hebraei dicuntur miscuisse semen sanctum cum populis peregrinis, qui gentilium filias duxerant uxores. GRAEV.

ead. l. 9. *Μιχθεῖσα*] Falsa est Scholiastae observatio: nam de feminis aeque frequenter dicitur. *Aristoph.* Ran. v. 1112. *Καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς, Καὶ μιγνυμένας τοῖσιν ἀδελφοῖς.* *Aelian.* V. H. I, 15. *αἱ θήλειαι — ὅταν τῆς πρὸς ἄῤῥενα μίξεως ἀτυχήσωσι.* *Homer.* Odyss. A, 72. *Φόρκυνος θυγάτηρ — Ποσειδάωνι μιγεῖσα.* Et *Λ*, 267. de Alcmena — *ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα.* *Hesiod.* Theog. v. 53. — *πατρὶ μιγεῖσα Μνημοσύνῃ.* Ne plures addam. REITZ.

ead. l. 10. *Καρῆναι δέ τινος εἰπόντος*] Cum quidam pro *κείρασθαι* tonderi, dixisset *καρῆναι*, quod erat ignominiosum verbum. Differentiam pulchre docet *Thomas: Καρῆναι καὶ ἐκάρην κυρίως οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο κατακριθέντων. Τὸ δὲ κείρασθαι οὐκ ἐπ' ἀτίμου. Λιβάνιος ἐν ἐπιστολῇ τῇ·* (An τῷ? LEHM.) *Οἶμαι καὶ δάκρυσιν ὑπό σου τετιμῆσθαι Καισάριον. τὴν μὲν γὰρ πόλιν καὶ δημοσίᾳ κείρασθαι νομίζω. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ προβάτων.* *Philostrat.* in Heroicis: *Τὴν κόμην ἣν ἐκείρατο ἐπὶ τῷ Πατρόκλῳ.* *Lysias* in Epitaphio: *Ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι καὶ πενθῆσαι*

τοὺς ἐνθάδε κειμένους. *Phrynich.* adsentitur *Luciano* et *Thomae:* καρῆναι enim tradit dici de infami tonsura, κείρασθαι autem de hominibus. Et *Moschopul.* Ἐκάρην, ὃ ἀεὶ τάττεται ἐπὶ ἀτίμου κουρᾶς. Nimirum καρῆναι dicebatur de infami illa rasura, qua utebantur in morionum et stupidorum, et γελωτοποιῶν, qui ad ciendos risus inducebantur, capitibus radendis. Illi enim ad cutem radebantur, cum alii tonderentur. Quo alludit *Tertullian.* de spectaculis: *Eos infideles erga faciem suam esse, quam novaculis mutabant, et insuper contumeliis alaparum objiciebant: ita de domini praecepto ludentes. Docere scilicet et diabolum maxillam verberandam patienter offerre.* Nam illi moriones raso capite alapis offerebant malas percutiendas. Sed de hoc ritu dudum viri docti plura. GRAEV. Cf. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 319. LEHM.

ead. l. 11. Ζυγομαχεῖν δέ τινος λέγοντος] Cum quidam dixisset ζυγομαχεῖν pro contendere cum familiaribus; cum hoc verbum proprie significet apud optimos quosque auctores tantum cum hostibus contendere. Probat hoc, quod dixi, *Thomas:* Οὐ δεῖ λέγειν περὶ τοῦ φίλου, ὡς πρὸς τὸν δεῖνα περὶ τοῦδέ τινος ἐζυγομάχουν· ἀλλ' ἠμφισβήτουν, ἤριζον, ἐφιλονείκουν. Τὸ γὰρ ἐζυγομάχουν ἐπὶ ἐχθροῦ λαμβάνεται, ὥσαύτως καὶ τὸ ἐδικαζόμην. Οἷον ἐδικαζόμην τῷ δεῖνι, περὶ τοῦδε. *Hesych.* in diversa est sententia, qui ait, hoc verbum significare τὸ τοῖς οἰκείοις διαφέρεσθαι, *cum familiaribus contendere;* quo sensu accipi debent *Plutarchi* loca a *Budaeo* in commentariis collecta. Proverbium tamen, quod affert *Aristot.* III. Rhetoricorum, φιλάμων ζυγομαχῶν τῷ κορύκῳ, pro *Thomae* et nostra facit sententia, ut et *Demosthenes*, apud quem ζυγομαχεῖν cum hoste contendere est. GRAEV. Cf. *Ruhnken.* ad Timaeum p. 130. LEHM.

ead. l. 13. Βασανίζεσθαι τὸν παῖδα αὐτῷ νοσοῦντα] Reprehendit hic Socrates eos, qui βασανίζειν, quod est probare, explorare, quaestionem exercere, quaestioni subjicere, torquere, ut vulgo loquuntur, abutebantur

et usurpabant de homine, qui morbo vexabatur. Eosdem et *Thom.* redarguit inscitiae. *Τὸ βασανίζειν*, inquit, *ἐπὶ δοκιμασίας λαμβάνεται, καὶ τῆς διὰ λόγων, καὶ τῆς διὰ τιμωρητικῶν ὀργάνων. μὴ λέγε οὖν βεβασάνισται ὑπὸ νόσου, ἀλλὰ ἐξήτασται.* *Suidas* paulo aliter: *βασανίζειν οὐ τὸ αἰκίζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι καὶ μαστιγοῦν σημαίνει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ χωρὶς πληγῶν ἀνακρίνειν, καὶ ἐλέγχειν τἀληθὲς διὰ λόγων.* Adducit tamen idem *Aristophan.* locum hunc contra se: *Πῶς βασανίζω. πάντα τρόπον ἐν πίνακι δήσας, κρεμάσας ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων, στρεβλῶν, ἔτι δ' εἰς τὰς ῥῖνας ὄξος ἐγχέων, πλίνθους ἐπιτιθείς.* Quae profecto omnia sunt *τιμωρητικὰ ὄργανα.* Locus est in Ranis. Contra hoc praeceptum facit illud *S. Matthaei* capite octavo. *Κύριε*, inquit, *ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς δεινῶς βασανιζόμενος.* Adstipulatur *Luciano* et *Thomae, Harpocration*; et ostendit ex *Dinarcho βασανίσας* esse *δοκιμάσας*, idque esse ex voce *βάσανος*, quae lapidem significat, in quo aurum exploratur. GRAEV. *Βασανίζεσθαι* etiam Atticis de iis dici, qui tormentis tensi verberantur, si non satis notum, vid. *J. Elsner.* ad Evang. *Marc.* V, 7. ubi et *Suidam* refutat, qui negavit, *βασανίζεσθαι* de quaestione per tormenta Atticis dici, sed solis verbis in veritatem inquirere, quia metaphora sit desumta a *βάσανος* lapis aurum explorans. Sed recte Scholiast. hic utrumque agnoscit; nec de iis, qui per quaestionem torquentur, unice usurpatur. Ita ut carpendi studium fingens, risumque captans, talia reprehendat Lucianus, si is auctor: non enim omnes sunt mere soloecismi, quos in hoc libello arguit scurra Noster. De male affectis vero adhibetur in N. F. aliquoties, quod notum. Quo sensu tamen Atticis usurpatum ignoro. REITZ.

ead. l. 14. *Προκόπτει δέ τινος εἰπόντος ἐν τοῖς μαθήμασιν*] Quod hic Socrates ait *ἐπιδιδόναι*, non *προκόπτειν*, dicendum esse, in eo forte illi assentitur *Plato*, *Isocrates*, et *Philostrat.* pro *προκόπτειν*, *ἐπίδοσιν λαβεῖν* et *ἐπιδιδόναι* dicentes, *progressiones facere, procedere*, ut loquitur *Cicero*. Dissentiunt ab eo *Thomas*, *Phrynichus*,

Suidas, *Thucydides*, *Euripides*, denique ipse etiam *Lucianus*, qui ait in Hermot. ἐγὼ μὲν προὔκοπτον ἐν τοῖς μαθήμασιν. Et in Parasit. ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις προκόπτοντας. Idem in Amor. ἐγὼ δὲ ἐνόμιζον ἄχρι παιδιᾶς ἱλαρὰν τὴν ἔριν ἡμῶν προκόψαι. *Aristid.* ὅσον γὰρ ἂν προκόψωσι τῆς σοφίας, τοσοῦτ' ἀνταφαιροῦσι μεγάλα φρονοῦντες. *Phrynich.* προκόπτειν, inquit, λέγουσι. Τὸ δὲ ὄνομα προκοπὴ ἀδόκιμον. *Suid.* ἐπίδοσις, inquit, προκοπή, προσθήκη, αὔξησις. Ἐπίδοσιν μὲν οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν, ἡ δὲ προκοπὴ παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων. *Hesych.* in verbo ὑποσακκίζειν, προκόπτειν dicit significare hanc vocem: quod Coelius interpretatur *praecidere*, vel *praecastrare vinum*, quod tum fit, cum vini vires sacco franguntur, ut *Plin.* ait. Tale vinum *Theophrast.* VI. de causis plant. cap. 24. διηθικὸν, quod male vertit Gaza *morale vini genus*, cum sit saccatum, colatum, ἀπὸ τῆς ἠθήσεως, ut pulchre docuit *Thom. Reinesius*, magno eruditorum cum dolore nuperius exstinctus, lib. III. Var. Lect. cum quo ipsae literae in illa plaga videntur elatae esse. In *Hesych.* pro προκόπτειν legitur προσκόπτειν. Quare Lexicographi ὑποσακκίζειν impingere interpretantur? cum tamen in eodem *Hesychio* recte legatur ὑπεσάκκισεν, ὑπήθει τῷ σάκκῳ ἢ προέκοπτεν, *sacco colabat*, aut *praecidebat*. Apud *Eustath.* ad Iliad. V. Κῳὰ ὑποσακκίζειν τῆς ὁδοῦ τὸ προκόπτειν καὶ ὑφαιρεῖσθαι. Τοῦτο δὲ ἴσως καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ μικρὸν ἐκχεομένου σάκκου, Ὑποσακκίζειν est etiam furari in itinere. Nimirum προκόπτειν dicitur de iis, qui saccos et marsupia praecidunt, qui nobis dicuntur *Beurs-snyders*. Sed ut redeamus ad priorem notionem τοῦ προκόπτειν, quam culpat Lucianus, in ea legitur apud *Euripidem* in Hecuba: Προκόπτοντ' οὐδὲν εἰς πρόσθεν κακῶν, *quibus nihil proficimus ad levanda mala, quae sumus passi, nihil facientia ad priora mala mitiganda*. *Herodot.* lib. 1. voce passiva: Οὐδὲν τῶν πραγμάτων προκοπτομένων, *nihil rebus procedentibus*. Idem in Thalia: Ἐς τὸ πρόσω τε οὐδὲν προεκόπτετο τῶν πραγμάτων. *Thucyd.* in. IV. καὶ τῆς

ἀρχῆς ἅμα προκοπτόντων, id est, *nobis augentibus illorum imperium. Προοδοποιούντων, εὐτρεπιζόντων, ἤγουν προκοπὴν καὶ ἐπίδοσιν ποιούντων.* Haec *Thucydidis* interpres. Eodem sensu *Lucianus* in Saltat. verbo ἐπιδιδόναι utitur. *Οὐ πάλαι*, inquit, *ἀρξαμένη ἐς τοσοῦτο κάλλος ἐπιδιδόναι, ἀλλὰ κατὰ τὸν Σεβαστὸν μάλιστα· non olim initio facto tanti incrementi in eam pulchritudinem, sed circiter Augusti maxime tempora. Plutarch.* cuidam libellorum suorum titulum fecit *πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ*, saepe utens in eo opere verbis προκόπτειν et ἐπιδιδόναι, et non abstinens interim a nomine προκοπή. *Εἰ δὴ μηδεμίαν*, inquit, *αἱ προκοπαὶ ποιοῦσιν ἄνεσιν. Lucianus* quoque in Alexandro, *ἐλπίδας καὶ προκοπὰς ἀνεβάλλετο. Epictetus* in Enchiridio: *Παρὰ μίαν ἦτταν καὶ ἔνδοσιν ἡ ἀπόλλυται ἡ προκοπὴ, ἢ καὶ σώζεται. Josephus*, etiam utroque utitur vocabulo. *Καὶ γὰρ*, inquit, *οὐδ' ἂν ἦν ἁλώσιμος ἡ πόλις, εἰ προὔκοπτε τὸ τεῖχος, ὡς ἤρξατο, neque enim urbs ullis viribus capi potuisset, si murus processisset, ut coeperat.* Idem: *Εἰς μεγάλην παιδείας προὔκοπτον ἐπίδοσιν.* Et in I. *Ἁλώσ. Γίνεται παραδόξως Ἀντιπάτρῳ μείζονος προκοπῆς αἴτιος.* Idem in X. Antiquitatum: *Τῶν γραμμάτων καὶ σοφίας ἐν προκοπῇ γενομένοις εἶχεν ἐν τιμῇ καὶ στέργων διετέλει. Diod. Sicul.* de Dione, *ἀνὴρ ἐν φιλοσοφίᾳ μεγάλην ἔχων προκοπήν. Cicero* XV. ad Attic. Epist. XVI. *Sed mehercule literae πεπινομένως scriptae, quod ipsum προκοπὴν aliquam significaret.* Non caret itaque exemplo, quod dixit Apostol. I. *ad Corinth.* 4. *ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ.* Et Epistolae *ad Philip.* cap. 1. *εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν.* Utitur eadem voce etiam *Heliod.* in VII. *Πολλὰ καὶ παρ' ἑαυτῆς εἰς προκοπὴν τῶν φαινομένων λυσιτελῆ προστιθεῖσα.* Videtur autem hic auctor in plerisque non satis accurate locutus, quippe qui saepe peccet in id, quod hic aliisque in libris reprehendit Lucianus. Improbat iste in Nefasto *θάτερος* pro *ἄτερος* vel *ὁ ἕτερος*, *θάτερον* pro *τὸν ἕτερον*, et *ἄτερον* pro *θάτερον*· quae omnia invenias in *Heliod.* Is in secundo, *Θάτερον*, inquit, *τῶν*

παίδων τὸν πρεσβύτερον pro τὸν ἕτερον. Idem in VI. Θάτερος ἐπιχλευάσας θατέρῳ, ubi dicendum fuit ἄτερος, pro ὁ ἕτερος. Et in VIII. ἦν δὲ τῶν Ἰωνικῶν ἄτερον τῶν εἰς διακονίαν παρὰ τὴν πρώτην ὑπὸ τῆς Ἀρσάκης τοὺς νεοὺς δωρηθέντων, pro θάτερον. Sed de hoc minus miror, quam de *Plutarcho*, qui in libello de lectione poëtarum, δυοῖν οὖν ἄτερον ἡ τοιαύτη ποιήσει παράθεσις dicit, pro θάτερον. Vide et *Thom. Magistrum.* Graev. Προκοπή, pro progressu in literis, *Ciceroni* adhibitum in Epist. ad Att. XV, 16. aeque ac in N. Foedere I. *ad Timoth.* IV, 15. ubi *Elsn.* et *Polybii*, et *Arriani* auctoritates *Graevianis* addit. Reitz. Nomen προκοπὴ merito a Grammaticis contemtum esse arbitratur *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 85. Lehm.

ead. l. 16. Εἰ μελετήσει ὁ δεῖνα] Vitium est in μελετήσει, quod apud Atticos est secundae personae, pro *declamabis.* Barbaris vero est tertiae personae vocis activae, ut loquuntur γραμματικῶν παῖδες, pro *declamabit.* Meminisse hic debet studiosus lector, verbum μελετῶ, tametsi futurum medium usitatius habeat, quam activum, apud Attice loquentes, utendum tamen esse aoristo activo, non medio. Testantur hoc *Philostratus* et *Lucianus.* *Philostrat.* in Marco Sophista: Καὶ προβαλοῦμαι, ἔφη, καὶ μελετήσομαι. Idem in eodem: Μελετήσας δὲ καὶ μελετῶντος ἀκροασάμενος, καὶ ἐθαυμάσθη καὶ ἐθωύμασεν. *Lucian.* in Merced. cond. Οἶδα δ' ἐγὼ καὶ ῥήτορα τῶν καρχάρων ἐπὶ τῷ δείπνῳ κελευσθέντα μελετήσαντα μὰ τὸν Δία οὐκ ἀπαιδεύτως. Et in Demonact. Ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι. Proinde dicendum: μελετῶ, μελετήσομαι, ἐμελέτησα, μελετήσας: ut ab ἐπαινῶ, ἐπαινέσομαι, ἐπῄνεσα, ἐπαινέσας, ab ἀκούω, ἀκούσομαι, ἤκουσα, ἀκούσας. Graev.

ead. l. 18. Ἀττικίζοντες δέ τινος καὶ τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τρίτου] Cum quidam *Atticorum aemulus dixisset in tertia persona* τεθνήξει, quod apud germanos Atticos est secundae personae: quare sequitur, βέλτιον καὶ ἐνταῦθα μὴ Ἀττικίζειν καταρώμενον. Hoc est: *praestaret vel hic te non Atticissare mortem imprecantem*

mihi; dicis enim, mihi morieris (Vult *Graevius* haud dubie: *dicis enim mihi: morieris;* quamquam nec ipse aliter, ac *Reitzius*, edidit. *Lehm.*) *Aristophan.* in Nebulis: Σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει, *tu morieris.* Hoc, quod diximus, declarant etiam *Thomae* verba ideo a nobis non omissa. Τεθνήξεται, inquit, ἐπὶ μετ' ὀλίγον· μέλλοντος λέγει. Πλάτων δὲ ἐν Γοργίᾳ ἐπὶ μέλλοντος ἐνεργητικοῦ λέγει· Τεθνήξει οὗτος ὃν ἂν δόξῃ. καὶ Λιβάνιος· Εἰ μή τις ἄρτου μεταδοίη, τεθνήξει. ὅπερ καὶ Λουκιανὸς ἐν τῷ Σολοικιστῇ ἀπαγορεύει. Graeca tamen *Platonis* exemplaria, quae ego quidem viderim, τεθνήξεται habent, non τεθνήξει, ut placet *Thomae.* Proinde vitandae amphibologiae causa dices cum *Luciano* in Dialogo Terpsionis et Plutonis, πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαστος. *Micyllus* hic perperam vertit ἐπὶ τρίτον *in diem tertium*, cum vertere debuerit *in tertia persona:* subintelligitur enim προσώπου. Alioqui εἰς τρίτην, ut Attice subintelligatur ἡμέραν, *in diem tertium*, vel *perendie* significat. *Synes.* εἰς τρίτην ἧκειν ἐπήγγελε. *Aristid.* καὶ ἧκεν εἰς τρίτην. *Thomas*, Οὐ λέγουσιν, inquit, οἱ Ἀττικοὶ εἰς τρίτην ἡμέραν, ἀλλ' εἰς τρίτην μόνον. *Heliod.* εἰς τρίτην ἐξώρμησαν. Addit tamen *Aristophanes* ἡμέραν in Lysistrate: ἀλλ' ἐς τὴν τρίτην γ' οὖν ἡμέραν. GRAEV. Ἀττικίζοντος] Id vitium ὑπεραττικίζουσαν ἰδέαν vocat *Philostrat.* in vit. Ap. pag. 21. SOLAN. *Gesneri* versionem: *de tertio* (ἐπὶ τρίτου) mutavi ad *Graevii* rationem, monente *Schäfero* ad *L. Bos.* Ellips. 421. LEHM. *ibid.* Τεθνήξει] *Th. Mag.* h. v. SOLAN. Non damnat *Duker.* ad *Thucydid.* VIII. c. 74. f. cum et *Aristoph.* Ach. v. 324. ὡς τεθνήξων ἴσθι νῦν γε habeat, quod forsan frustra suspectum *Stephano* ait, ob Luciani auctoritatem, quam minus ponderis habere statuit, quod non raro reprehendat ea, quibus ipse et probatissimi scriptores usi sint. Sed hic tantum reprehenditur ambigua tertiae pers. in ει terminatio, quae Atticis est secunda. REITZ.

Pag. 212. *l.* 2. Στοχάζομαι αὐτοῦ] Hic omnes Graeci magistri tacent. Apud unum *Lascarem Constantinum*

legitur, *στοχάζομαι*, *φείδομαι* significat, *ἀκριβολογοῦμαι* et *ἐλεῶ*, praeparcum esse et misereri; quod an hic locum habeat, nescio. Ea certe significatione videtur verbum *στοχάζομαι* positum esse secundi *Maccabaeorum* cap. 14. *Καὶ τῶν ἰδίων πολιτῶν στοχαζόμενος*, id est, *parcens*, vel *misertus*, vel *consulens*, ut vertit interpres illic. GRAEV.

ead. l. 4. *Ἀφιστᾶν δέ τινος εἰπόντος*] Negat hic Lucianus, recte dici *ἀφιστᾶν* et *ἀφιστάνειν* pro eo enim dicendum *ἀφιστάναι*. *Thomas*: *Ἱστάναι, οὐκ ἱστάνειν*. Non imitandus igitur *Heliod.* *ἀνίστων καὶ ἀνελάμβανον*, quemadmodum nec illud *Basil.* in Epistola *πρὸς τοὺς ὑφ' ἑαυτοῦ ἀσκητάς. ὅτι ἀεὶ πρὸς τὸ ἴδιον συμφέρον βλέποντες ἢ διαβάλλειν τινὰς ἢ συνιστᾶν ἐπιχειροῦσι*. Sic *τὰ ὄρη μεθιστάνειν* legitur in sacris literis pro *μεθιστάναι*. *Diod. Sic.* libro *ιθ. Τούτοις μὲν πολλῶν ἀκουόντων ἐπετίμησεν ὡς διϊστάνουσι τὴν φιλίαν*. Et in eodem libro: *Ταῖς δὲ πόλεσιν ἀποκαθιστᾶν τὴν ἐλευθερίαν*. Idem tamen eodem libro recte dicit: *Τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρησεν ἀφιστάναι τὸν Πολυσπέρχοντα τῆς Ἀντιγόνου φιλίας*. *Polyb. Ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις συνίστανε τὴν συνακολουθήσασαν εὔνοιάν σφισιν*. Quo verbo idemtidem ita utitur Apostolus. GRAEV.

ead. l. 5. *Πλὴν εἰ μὴ*] Ideo a Socrate reprehenditur haec locutio, quod, qui paulo accuratius locuti sunt, *πλὴν εἰ* tantum dixerunt, vel *εἰ μὴ* solum: auctor est *Phrynichus*. Ceterum *Thomas* est in diversa sententia, cujus haec sunt verba: *Ἀμφότερα λέγε καὶ χωρὶς εἰ μὴ τόδε, καὶ χωρὶς εἰ τόδε, εἰ καὶ Φρύνιχος ἀδόκιμον εἶναι λέγει τιθέμενον μετὰ τοῦ μή. Ὥσπερ γάρ φαμεν πλὴν εἰ τόδε, καὶ πλὴν εἰ μὴ τόδε; καὶ ἐκτὸς εἰ τόδε, καὶ ἐκτὸς εἰ μὴ τόδε, οὕτω καὶ χωρὶς εἰ τόδε, καὶ χωρὶς εἰ μὴ τόδε. Λουκιανὸς ἐν τῷ βίων πρᾶσις· πλὴν εἰ μὴ σκαπανέα γε καὶ ὑδροφόρον αὐτὸν ἀποδεικτέον. Κρεῖττον μέν τοι εἰ χωρὶς τοῦ μὴ λέγοιτο*. *Lucianus* hanc praeceptionem suam saepe non servavit. Dicit enim in dialogo Diogenis et Mausoli: *Πλὴν εἰ μὴ τοῦτό φῃς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς*. Idem in Merc. cond. *Πλὴν εἰ μὴ κἀκείνων τις;* moxque, *πλὴν εἰ*

μὴ ἀποχρῆν σοι. Idem in ratione Conscr. Hist. Ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο ὑπολάβοι τις. Ibidem: Ἐκτὸς εἰ μὴ εὔξασθαι δέον. Idem in Imag. Ἐκτὸς εἰ μὴ σὺ τοῦτο εἶναι τὴν Ἀθηνᾶν ὑπείληφας. Et paulo post: Ἐκτὸς εἰ μή τινα νομίζεις ἀκροάσεως εὐθύνην εἶναι. Idem in Piscat. Ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν ἢ τὸν Εὔρυτον εἴη τὴν φύσιν, ὡς ταῖς Μούσαις ἀντάδειν. *Demosthenes* περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ· πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσιν. Idem in IV. Philippica: Πλὴν εἰ μὴ τῇ περὶ τῆς τύχης βοηθείᾳ γεγονία. Sic et *Heliod.* in VIII. Πλὴν εἰ μή τις θαυματοποιΐα ἐστὶ δαίμονος. *Plutarch.* in Coriolano, πλὴν εἰ μή τις θέλοι τὸν Ἀλκιβιάδην ἀποφαίνειν τελειότερον στρατηγόν. Idem in Demosth. Ἐκτὸς εἰ μὴ νὴ Δία πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἁλονήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης τοῦτο πέπαιχεν. Apostolus I. *ad Timoth.* V. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ. Et cap. XV. ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε. GRAEV. Hos locos sacros confuse notavit *Graevius.* Priora verba: ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ. leguntur Epist. I. *ad Corinth.* XIV, 5. Quae deinceps laudantur, ibid. XV, 2. Epistolae autem ad *Timoth.* I. cap. V. v. 19. habes haec, quae non diserte proferuntur: ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. De formula autem πλὴν εἰ μὴ plura exempla addit *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 459. LEHM.

ead. l. 6. Διπλᾶ χαρίζοι] *Haec*, inquit, *gemina gratificaris*, vel *largiris*. *Micyllus gratificatur* vertit, cum tamen χαρίζω activa voce dixerit nemo, quod et *Salmuriensis* editor, *Jo. Benedictus*, vidit. GRAEV.

ibid. Χρᾶσθαι δέ τινος εἰπόντος] *Cum quidem dixisset* χρᾶσθαι *pro* χρῆσθαι, *uti* vel *oraculum consulere*. *Philostr.* in Heroicis: Χρῆσθαι μὲν γὰρ καὶ τοῖς οἴκοι μαντείοις Ἀχαιούς. *Herodot.* tamen χρᾶν et χρᾶσθαι dixit in Terpsichore: Καὶ οὕτω αὐτούς τε ἕξειν χρήμασι χρᾶσθαι. Ibidem: Ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ αἱρήσειν, *respondet*. Idem in Clio: Τοὺς πορθμέας αὐτὸν διαχρᾶσθαι, i. e. *occidere*. *Pausanias* Achaicis: Ἐχρᾶτο ὑπὲρ τῆς νόσου. Caeterum de χρᾶσθαι et χρῆσθαι *Moschop.* Οὐ χρᾶται, inquit, ἀλλὰ

χρῆται, καὶ οὐ χρᾶσθαι, ἀλλὰ χρῆσθαι. *Homer.* Ψυχῇ χρησόμενος Θηβαίου Τειρεσίαο, *consulturus.* *Liban.* in Antirrhetico: Τῷ Θεῷ χρησόμενος, *Deum consulturus.* Latini eadem notione utuntur *adhibere.* *Cicer.* IX. ad fam. *Cum adhibuisset domi meae Lupus me, et Libonem et Servium consobrinum tuum, quae mea fuerit sententia, cognoscere te ex Cn. Seio arbitror;* id est, *cum me et Libonem et Servium, quos in aedes meas arcessierat consuluisset.* Id III. de Offic. *Gratidianus cum praetor esset, collegiumque praetorum tribuni plebis adhibuissent,* id est, *in consilium vocassent.* *Sueton.* Claud. *Adhibitis principibus.* *Florus* l. I. *Gemini erant, uter auspicaretur et regeret, adhibere placuit Deos,* id est, *Deorum sententiam per auspicia explorare, consulere Deos per aves,* χρῆσθαι θεοῖς. Sic hic locus ex *Jornande* et antiquis *Flori* editionibus legendus, [at non sic habere Edd. vett. testatur *Duker.*] ut praeclare vidit *Gronov.* ὁ πάνυ. Vulgo male, *adhibuere oracula.* *Cic.* IV. ad fam. 7. *A tuis reliquis non adhibemur,* hoc est, *consulimur.* Sed de hac istius vocis notione pluribus egit vir doctissimus et ingenii elegantissimi ac sollertissimi *Jo. Schultingius,* qui non ita pridem in ipso flore aetatis cum magna et praeclara minaretur, exstinctus est, flebilis omnibus, iis praecipue, quibus literarum interiorum salus curae, candor autem et morum sanctitas amori sunt, in notis in *Senecae* declamationes propediem bono publico edendis. Graev. Accurate de formis χρᾶσθαι et χρῆσθαι egit *Buttmann.* Gr. Gr. Tom. II. p. 255. sq. Lehm.

ead. l. 7. Τῷ δὲ λέγοντι ἔκτοτε] De eo *Phrynich.* Ἔκτοτε κατὰ μηδένα τρόπον εἴπῃς, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου. Idem inferius: Ἀπὸ τότε καὶ ἔκτοτε μὴ λέγε. ἀλλ' ἐξ ἐκείνου, καὶ καθόλου δὲ τοῖς χρονικοῖς ἐπιῤῥήμασιν οὐ συντάττουσι τὰς προθέσεις. Et *Thom.* eadem fere, qui et alibi negat, praepositionem recte componi cum adverbio. Quare ἔκπαλαι, ἔκτοτε, ἀποπέρυσιν, ἐκπέρυσιν, et ἀπὸ τότε non sunt recepta Atticis, qui pro eis dicunt ἐξ ἐκείνου, ἀπ' ἐκείνου, ἐκ παλαιοῦ, ἐκ τούτου. *Herodian.* in IV.

Καὶ ἐξ ἐκείνου μετὰ τῶν λοιπῶν Θεῶν θρησκεύεται. Et paulo post: *ἐξ ἐκείνου δὲ ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους.* *Xenoph.* in tertio Institutionis Cyri: *Ἐκ δὲ τούτου ὁ Κῦρος ἐπιτελέσας τὸ φρούριον.* Idem in eodem: *Ἐκ τούτου εἵποντό τε πάντες καὶ ἔλεγον.* Sic tamen sacri scriptores. *Matth.* cap. XVI. *Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν·* pro quo *Lucianus* in Demonact. *καὶ τοαπεκείνου ἀρξάμενος τιμᾶν καὶ αἰδεῖσθαι.* Idem in Dialogo Cyclopis et Neptuni: *Καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον.* Invenies apud *Matthaeum* etiam *ἀπάρτι*, cap. 23. et 26. et apud *Joannem* cap. 13. In II. *ad Corinth.* 8, 9. legitur *ἀπὸ πέρυσιν.* *Pollux* in primo, *προπέρυσι*, inquit, *τρίτον ἔτος τοντί.* *Lucianus* omissa praepositione in Hermot. *Μακρῷ τινι ἄμεινον εἶχε πέρυσι.* *Demosthen.* in III. Philippica: *Οὐδὲ αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι.* *Xenoph.* in III. *Ἑλληνικῶν· ἡμεῖς μὲν οἱ αὐτοὶ νῦν δὲ καὶ πέρυσι.* *Plato* in Euthydemo: *πέρυσι δὲ ἢ προπέρυσι οὐδέπω ἦστην σοφώ·* male *προπέρουσι* impressum est. Meliores scriptores semper, opinor, sine praepositione utuntur *πέρυσι·* quare in eo, quod sequitur, *εἰρωνείαν* esse censeo. *Καλὸν, ἔφη, τὸ εἰπεῖν ἐκπέρυσιν.* Invenies tamen *προπέρυσιν* etiam in epistola quadam *Liban.* *Ἀναμιμνησκόμενος*, inquit, *οὖν, ὅπως ἤλγεις προπέρυσιν.* *Ἔκπαλαι* legitur II. *Petr.* c. 2. et 3. Sed de hoc minus mirandum, quam de *Arriano*, qui in primo inquit, *ἐς λογισμὸν τοῦ ἔκπαλαι.* Utuntur etiam D. *Basilius* et *Plutarch.* Ille quidem ad Athanasium scribens, *ἦν*, inquit, *ἔκπαλαι περὶ τῆς σῆς τιμιότητος ὑπόληψιν ἔχομεν.* Hic vero in Themistocle, *παρεσκευακὼς ἔκπαλαι Ἰσίδας.* Et *περὶ βραδέως τιμωρουμένων· ἔκπαλαι δὲ ἠγανάκτουν.* Idem tamen Attice dixit in Timoleonte: *ὅπλων τεθησαυρισμένων ἐκ παλαιοῦ.* Et *Philostrat.* in Heroicis Dialogis: *ΦΟΙΝΙΞ. καὶ ἐκ παλαιοῦ ἄρα εὐδόκιμόν τε καὶ σοφὸν ἦν ἡ ποίησις; ΑΜΠΕΛΟΥΡΓΟΣ. ἐκ παλαιοῦ, ξένε.* *Herodot.* *Ἐπείγε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιοτέρου.* Idem in eodem primo libro: *Ἦν γὰρ αὐτόθι μαντήϊον ἐκ παλαιοῦ ἱδρύμενον.* Idem in Urania: *ἥπερ ἡμετέρη τέ ἐστι ἐκ παλαιοῦ.*

Pollux. in primo, Πάλαι, inquit, πρόπαλαι, τρίπαλαι. *Aristophan.* in Equitibus: Τρίπαλαι κάθημαί βουλόμενος σ' εὐεργετεῖν. Ἀλλ. Ἐγὼ δὲ δεκάπαλαί γε καὶ δωδεκάπαλαι, καὶ χιλιόπαλαι, καὶ πρόπαλαι πάλαι πάλαι. Jam vero de illo ἔκτοτε quid mirum, a scriptoribus sacris usurpari, cum ne ipse quidem Lucianus ab eo prorsus abstinuerit? Ἔκτοτε, inquit in Asino suo, ἐξ ἐμοῦ πρώτου ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους ὁ λόγος οὗτος, ἐξ ὄνου παρακύψεως. *Athen.* in Dipnosophistis: καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες, Ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν. *Arrian.* I. ἀναβάσ. καὶ ἔκτοτε οἱ Σιδῆται ἐβαρβάριζον. *Joseph.* Ἔκτοτε μετ' ἀδείας ὁ Ἀσχάνης αὐτὸς ἐλάμβανεν. Grkev. Nusquam fere magis, quam hic, interpretationis me poenituit. Aut corrupta hic sunt quaedam, aut mihi certe ignorabilia. Quid facerem igitur? Graeca reponerem, ut superior interpres? Hoc prorsus erat. Sed antiqui interpretis ratio tolerabilior, quia tum interpretationes non cum Graecis edebantur. Quis nos feret, si juxta se Graeca et Graeca ponantur? Quid ergo? hoc agam. Permutabo utcunque Latinis Graeca; sed monebo lectorem, me non satis intelligere, quae cruci bus inclusa sunt, et gratias habiturum, qui sensum et cohaerentiam sermonis aperiat. Gesn.

ibid. Ἔκτοτε] Ἐκ τότε scribit *Gron.* in *Arr.* Exp. Al. p. 54. sive I. c. 27. quod *Gronov.* mutat in ἐκ τούτου. Sed ἐν τῷ τότε idem p. 59. et alibi; ut vid. in nott. viri cl. Item ἐς τὸ τότε, et εἰς τότε. Immo et ἐκ τόθεν ex *Apollon.* 4. Argon. Quae incudis excidere credit idem. Verum et ἀντιπέρας ita compouit *Thucyd.* II. c. 66. κεῖται ἀντιπέρας Ἤλιδος. Reitz. De ἔκτοτε, εἰς τότε, ἐκπέρυσι et hujus generis aliis vocibus uberrime exponit *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 45. sq. Lehm.

ead. l. 9. Τῷ δὲ ἰδού, ἐπὶ τοῦ ἴδε] *Cum quidam* ἰδοὺ pro ἴδε *uteretur.* Haud scio, an velit Lucianus, ἰδοὺ adverbium poni sine accusativo post se. Nam ita video plerosque omnes eo usos, ἴδε vero verbo addi accusativum. Nam quod ἰδοὺ Attice dici pro ἴδε scribit *Thomas,* id nobis

non obstat. Nam ἰδοῦ, de quo *Thomas* agit, verbum est imperativi modi, scribiturque tono circumflexo. Ἰδοῦ, inquit *Thomas*, Ἀττικοὶ λέγουσιν, οὐκ ἴδε. Εὐριπίδης Ἑκάβῃ· Ἰδοῦ με καὶ θάρησος οἷα ἔχω κακά. GRAEV. Scripturam Imperativi ἰδὲ pro ἴδε in Luciano semper restituendum putavi, ut legitimam ac vere Atticam. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

ead. l. 10. Ἀντιλαμβάνομαι δὲ, ἐπὶ τοῦ συνίημι] Cum quidam diceret ἀντιλαμβάνομαι *affirmo*, pro συνίημι *intelligo*. Sic tamen *Joseph.* VI. Ἀλώσ. Πρῶτον μὲν κινήσεως ἀντιλαβέσθαι ἔφασαν καὶ κτύπου, id est, *se sensisse, audiisse, intellexisse*. *Suidas* dictione κογχύλη, κύνες τῶν ὀσμῶν ἀντιλαμβάνονται. Scholiastes *Sophocl.* in illud in Ajace Mastigophoro, Καὶ ξυναρπάζω φρενὶ, ἤτοι, inquit, ὀξέως συνίημι καὶ ἀντιλαμβάνομαι. *Suidas* Θηλάζειν ἐνεργητικῶς ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα, id est, *accipimus, intelligimus*. Vide etiam *Budaeum*, qui duobus *Alexandri* Aphrodisiei locis ostendit, ἀντιλαμβάνεσθαι esse sensu percipere, et ex *Basil.* ἀντίληψιν perceptionem. GRAEV.

ead. l. 12. Βράδιον δέ τινος εἰπόντος] *Cum quidam dixisset* βράδιον pro βραδύτερον. Βραδύτερον, inquit *Thomas*, οὐ βράδιον· ποιητικὸν γὰρ, καὶ Ἡσίοδος ἐν Ἡμέραις· βράδιον δὲ παρ' Ἕλλήνεσσι φαείνει. ἐκεῖνον δὲ μάρτυς Λιβάνιος ἐν ἐπιστολῇ· καί σε εἰ καὶ βραδύτερον ἀλλὰ καὶ σεμνότερον ὄψομαι. Attici igitur *Lucianus* in Mort. Dial. Εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν. Et *Diod. Sicul.* Καὶ ταῦτα μὲν πολὺ βραδύτερον κατεφέρετο. Audiendus et *Phrynich.* Βράδιον, inquit, τοῦτο Ἡσίοδος μὲν ἔλεγεν· βράδιόν τε παρ' Ἕλλήνεσσι φαείνει. Πλάτων δὲ καὶ Θουκυδίδης καὶ οἱ δοκιμώτατοι βραδύτερον. *Thucydid.* in II. Τὸ ὕδωρ τὸ γενόμενον τῆς νυκτὸς ἐποίησε βραδύτερον αὐτοὺς ἐλθεῖν. *Plato* in Timaeo: Θᾶττον μὲν τὰ τὸν ἐλάττω, τὰ δὲ τὸν μείζονα βραδύτερον προϊόντα, τῇ δὲ ταυτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιϊόντα ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων ἐφαίνετο καταλαμβάνεσθαι καταλαμβάνοντα. πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα διὰ τὸ διχῇ κατὰ τὰ ἐναντία

ἅμα προϊέναι τὰ βραδύτατα ἀπὸ αὐτῆς οὔσης ταχίστης ἐγγύτατα ἀπέφαινεν. Haec *Platonis* verba *Cicero* elegantissime vertit: *Cum alia majorem lustrarent orbem, alia minorem tardius, quam majorem, celerius quae minorem, motu unius ejusdemque naturae, quae velocissime movebantur, ea celeritate vinci a tardioribus, et cum superarent, superari videbantur. Omnes enim orbes eorum quasi helicis inflexione vertebat, quia bifariam contrarie simul procedentia efficiebant, ut quod esset tardissimum, id proximum fieret celerrimo.* Parum igitur Attice *Plutarch.* in Daemonio Socratis, Κελεύειν, inquit, ἀνοίγειν καὶ ἀγαναχτεῖν βράδιον ὑπακουόντων. Sic et loquitur in Pompejo, in Catone majore, in libello περὶ ἀοργησίας, *Heliod.* in III. et initio libri VI. *Joseph.* in IV. *Orig.* βράδιον γὰρ ἄπελνον οἱ γονεῖς τὴν θυγατέρα. Notandum porro, in *Plat.* loco Attice dictum esse θᾶττον· pro quo minus eleganter τάχιον, et Ionice τᾶχύτερον diceretur. *Heliod.* in IV. εἰ μὴ θᾶττον ἐξοιμεν. Idem, ἐκείνης μὲν δὴ καὶ λόγου θᾶττον, melius dixit, quam in primo καὶ λόγου ταχίων ἀποδειχθεῖσα. *Thomas*, Θᾶττον, inquit, Ἀττικοὶ, τάχιον Ἕλληνες. Idem *Phrynich.* Quare ea verba, quae sequuntur ap. *Lucianum*, omnino per ironiam vel cum interrogatione sunt legenda, οὐχ ὅμοιον τῷ τάχιον; *an non est simile?* vel *scilicet non est simile. Philostrat.* in Heliodoro: Ἐξκαλούμενος δὲ θᾶττον ἢ ᾤετο εἰς τὸν νοσοῦντα ἀνεβάλλετο. *Lucianus* in ratione Conscrib. Histor, Θᾶττον ἄν καὶ εὐμαρέστερον. Idem in Toxari, θᾶττον γοῦν τοὔνομα ἕκαστος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο, et mox, καὶ θᾶττον ἐνδώσω. Non dicit tamen sine exemplo Apostolus I. *ad Timoth.* ἐλπίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον. Et *ad Hebraeos*, μεθ' οὗ ἐὰν τάχιον ἔρχηται· ibid. ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν. *Plutarch.* enim in connubialibus praeceptis, σβέννυται δὲ τάχιον ἂν μή τινος ἑτέρου δυναμένου στέγειν ἅμα καὶ τρέφειν ἐπιλάβηται. *Joseph.* IV. ἀρχαιολογίας. Ἀναλισκομένων τε τῶν ἐπιτηδείων τάχιον ὑπ' αὐτῆς. Idem in secundo Originum: Ἀλλὰ τάχιον ἐλθόντων ἐπὶ τὴν ἀγορὰν τοῦ σίτου. Idem, τάχιον ἐξῆλθον ἀλύον-

τες· qui tamen alibi fere θᾶττον dixit. *Dion. Halic.* lib. VI. ἀγωνισταὶ ταχίους ἢ φρονιμώτεροι. *Herod.* in Melpomene, τάχιον συμμίσγοιμεν ἂν ἐς μάχην ὑμῖν. *Diod. Sicul.* in XX. καὶ τάχιον μὲν ἔπλεον αἱ τῶν βαρβάρων. Idem in eodem, τάχιον τῆς προσδοκίας ἁπάντων ἐπιτελουμένων, id est, *exspectatione celerius*. *Arrian.* in Periplo: Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τάχιον. Idem in VIII. expeditionis Alexandri, qui liber solus Ionice scriptus est, ταχύτερον, dicit, ἧς γὰρ τότε γῆρας τοσῷδε ταχύτερον ἐπέρχεται. Et paulo post: Καὶ γὰρ τοὺς καρποὺς ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πεπαίνεσθαί τε ταχύτερον μὲν τῆς ἄλλης αὐτὸς οὗτος Μεγασθένης ἀνέγραψε καὶ φθεῖρειν ταχύτερον. Sed hoc facit hic imitatione *Herod.* qui in Thalia, ἐποίησε, inquit, ταχύτερα ἢ σοφώτερα· quod et *Diodor. Sicul.* imitatus est in XX. libro suae bibliothecae: Ταχύτερον ἐκινδύνευον αὐτανδρα τὰ σκάφη συγκλυσθῆναι. Graev.

ead. l. 13. Βαρεῖν δέ τινος εἰπόντος] Idem *Thomas* docet. Βαρύνειν, inquit, χρήσιμον, βαρεῖν δὲ ἄχρηστον παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν παλαιῶν. πλὴν ἐπὶ παρακειμένου οὐ βεβάρυγκα λέγουσιν, ἀλλὰ βεβάρηκα εἰς παθητικὴν σημασίαν. Ἀριστείδης ἐν τετάρτῳ τῶν ἱερῶν· Οἱ δὲ ἦκον οἴνῳ βεβαρηκότες οἱ ναῦται. *Plato* tamen in Symposio hoc ipsum passiva voce dixit. Βεβαρημένος, inquit, ὁ πόρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος (οἶνος γὰρ οὔπω ἦν) εἰς τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν βεβαρημένος εὗδεν. *Suidas* in eandem sententiam, quam *Thomas* probavit, dixit: Ἐβαρύνετο κυριώτερον, οὐ γὰρ δεῖ λέγειν ἐβαρεῖτο, ἢ βαροῦμαι, ἢ βαρούμενος. Οὐδὲ ἄλλην τινὰ κλίσιν ποιεῖσθαι, ἀλλὰ βαρύνομαι, καὶ βαρυνόμενος. Πολύβιος· Ὁ δὲ ἐξαναστὰς προῆγε, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἡλικίας βαρυνόμενος. εἶχε γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. καὶ αὖθις· Ὁρῶν δὲ τοῦτο βαρυνομένην τὴν σύγκλητον. Improprie igitur *Lucianus* in Aëtione: ὁπότε δοκὸν φέροντας βαροῖντο. Graev. Cf. *Buttmann.* Gr. Gr. Tom. II. p. 88. Lehm.

ead. l. 14. Λέλογχα δὲ τὸ εἴληχα λέγοντος]

Cum quidam pro εἴληχα *dixisset* λέλογχα. Ἐξείληχεν, inquit *Thom.* οὐκ ἐκλέλογχεν. *Lucianus* tamen sui oblitus dicit in Amorib. Χαρικλῆς ἐλελόγχει. Tametsi idem in eodem libello Attice dixit, ἀνδράσι ὑγκλήρον εἴληχα τάξιν. Graev. Cum *Graev.* Lucianum in Amorib. tamen ita locutum dicat, *In Croze* adscripsit: at hic liber non est Luciani. Id est, hunc Soloecismum Luciano non tribuit; vid. supra notata ad c. 1. Reitz.

Pag. 213. *l.* 2. Ἵπτασθαι δὲ ἐπὶ τοῦ πέτασθαι πολλῶν λεγόντων] *Cum multi dicerent* ἵπτασθαι *pro* πέτασθαι. Sic legitur, sed perperam, uti apparet ex *Thoma* et *Luciano* in Nefasto. Εὖ, inquit iste, τὰ ἀρχαῖα τῶν τριῶν ῥημάτων, καὶ τὸ ἀνηνεμία, καὶ τὸ πέταμαι, καὶ τὸ ἐκχύνειν. *Thomas* vero: πέταμαι οὐδεὶς τῶν Ῥητόρων εἶπεν, ἀλλὰ πέτομαι. Quare hic pro πέτασθαι omnino legendum πέτεσθαι. Sed ut ad ἵπταμαι redeamus, reprehenditur ἵπτατο a *Luciano* in Lexiphane. Locus infra referetur. De πέτομαι vero et ἵπταμαι *Thomas*. Πέτομαι, inquit, οὐχ ἵπταμαι. Καὶ Λεβάνιος ἐν τῇ, Οἶδα ὅτι σε εὐφραίνει σκῶμμα ἐμὸν ἐπιστολῇ· σὺ γὰρ ἐκεῖνος ᾗ πετόμενος μὲν ὅπως ἂν ἡμῶν ἀκούσαις. πετόμενος δὲ αὖθις ὑπὸ τῶν λόγων ἐν τῷ συλλόγῳ. *Phrynich.* ἵπτασθαι παραιτητέον, εἰ καὶ ἅπαξ εἴη που κείμενον, ἢ δίς. πέτεσθαι δὲ λέγε. Utitur *Lucianus* utroque vicissim, frequentius tamen τῷ πέτομαι. In Dialogo Tritonis et Nereidum: Ἤδη πρόσγειος πετόμενος. Et in Muscae Encom. ἀλλὰ μετ' ὠδῆς πέτεσθαι. Idem in libello de ratione Conscr. Hist. Καὶ τοῦ Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ τὴν ἑκάστου γνώμην περιπετομένου. Idem tamen in Amor. dixit, ἐλάττονι ῥοίζῳ διϊπτάμεθα. Et in Deor. Judic. ἐξ ἀφανοῦς καθιπτάμενοι. Ibidem: ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν, συμπαριπτάμην αὐτῷ. *Heliodor.* initio V. Μονονοὺ διϊπταμένην τὴν ὁλκάδα παρημείβοντο. *Gregorius Theologus* Basilio: Τούς τε ὠδικοὺς ὄρνιθας ᾄδοντας μὲν ἀλλὰ τὸν λιμὸν, καὶ παριπταμένους μὲν ἀλλὰ τὴν ἐρημίαν. Graev. *Plato* Θεαίτητος — πέτεται. Ed. *Bas.* 113. f. Solan. Formae ἵπτασθαι usum recentiori Graecitati vin-

dicat *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 325. sq. De *πέτεσθαι* autem, *πέτασθαι* et *πετᾶσθαι* vid. ejusd. disputationem ibid. p. 581. sq. et quae post eam sunt praecepta a *Buttmanno* Gr. Gr. Tom. II. p. 211. sq. LEHM.

ead. l. 3. *Ἀπὸ τῆς πτήσεως τὸ ὄνομα.*] Jocatur Grammaticus. Quantum, inquit, ex usu populari verbi hujus intelligo, a *πτήσει* derivant *ἵπταμαι*, indicare volunt usu verbi, se intelligere, haec duo cognata esse; sunt boni Etymologi. Quod *ὄνομα* si nomen est in Graeco, ego *verbum* dixi; quia generaliter accipi apparet *ὄνομα*, pro omni parte orationis, ut a rhetoribus, cum *περὶ ἐκλογῆς, περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* disputant. GESN.

ibid. Περιστερὸν δέ τινος εἰπόντος] Adversatur *Luciano* recta *Athenaeus* Dipnosophist. IX. *Ἀττικοὶ δὲ ἀρσενικῶς περιστερὸν καλοῦσιν. Ἄλεξις Συντρέχουσιν· Ὁ λευκὸς Ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός. Φερεκράτης ἐν Γραφεῦσι φησὶν, ἀπόπεμψον ἀγγέλλοντα τὸν περιστερόν.* GRAEV.

ead. l. 5. *Φακὸν δέ τινος εἰπόντος ἐδηδοκέναι.*] *Cum quidam dixisset, se edisse φακὸν*, id est, vasculum olearium; cum *φακὴν lenticulam* dicere debuerit singulariter, vel *φακοὺς* pluraliter. *Φακὸν* pro vasculo olearo legitur IV. Reg. 9. *Λάβε τὸν φακὸν τοῦ ἐλαίου·* moxque, *λήψῃ τὸν φακόν.* Latinis dicitur *lenticula*, *Plinio* auctore, ut egregie *Casaubon.* ad *Athenaeum* observavit. *Plutarchus* in discrimine adulatoris et amici, *φακοὺς* dixit pro lentigine morbo: *ἀλλ' ὥςπερ οἱ φαῦλοι τῶν ζωγράφων, τῶν καλῶν ἐφικνεῖσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν, ἐν ῥυτίσι καὶ φακοῖς καὶ οὐλαῖς τὰς ὁμοιότητας ἀναφέρουσιν, rugis, lentiginibus et cicatricibus similitudines referunt.* Quid praeterea *φακὸς* significet, pete ex *Hesychio.* Nunc *Ammonium*, si placet, audiamus. *Φακοὺς*, inquit, *φακῆς διαφέρειν φασίν. φακοὶ οἱ ἔτι ὠμοὶ οὐχ ἑνικῶς· φακὴ δὲ ἡ ἡψημένη. τετήρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ διαφορά.* Vitandae igitur amphibologiae caussa *φακὴ* dicendum unius numero pro legumine cocto, et *φακοὶ* numero multitudinis pro cruda lenti-

cula: pro vasculo autem φακὸν dicendum in numero unitatis. Illi certe auctores, quos *Athenaeus* adducit, modo φακοὺς modo φακὴν dicunt pro legumine. *Lucianus* quoque in Saturn. Epistolis, ἡ φακὴ δὲ ὑμῖν σαπέρδην ἐντετηκότα ἕξει. Et in Hermot. καὶ οἱ φακοὶ εὐτακεῖς. *Theophrastus*, *Dioscorides*, *Paulus Aegineta* etiam de legumine φακὸν dicunt, quod hic improbat *Lucianus*. GRAEV. Scio ego, φακὸν non esse *lentiginem*; et discere poteram significationem hujus nominis ex annotatione *Graevii*. Sed volebam in simili voce similem soloecismum dare. *Lentigo* enim vicina *lenti* vel *lenticulae* non minus, quam φακῆ est φακός. GESN. Φακῆ, non φακὴ, recte scribitur. Vid. supra Epist. Sat. c. 23, Varr. Lectt. omninoque quam illic commemoro notam nostram ad *Schol.* Icarom. c. 18. LEHM.

ead. l. 8. Τοὺς βελτίστους] Ut aliquid significent haec verba, intelligere licebit soloecismos, de quibus tanquam de personis loquitur. Cur autem ὅλους dicat, non comminiscor; nisi forte toto hoc libello Antisophistae cujusdam librum s. orationem exagitandam sibi sumsit, et hic indicat, se reliqua non jam sub Socratis persona, sed sub priori schemate risui expositurum. GESN.

ead. l. 13. Ἡ γὰρ θύρα σχεδὸν ἀνέῳγέ σοι] Ἀνέῳγε male dicitur pro ἀνέῳκται. *Phrynich.* Ἀνέῳγε ἡ θύρα, σολοικισμὸς, χρὴ γὰρ λέγειν ἀνέῳκται. Contra tamen hoc praeceptum ἀνέῳγε passive posuerunt *Herodianus* IV. Πυλίδας ἔχον καὶ θύρας ἀνεῳγυίας. *Lucianus* περὶ Γυμνασίων, καὶ ἀνεῳγόσι τοῖς σώμασιν ἐμπιπτόντων. Idem in Votis: ἦν πως ἀνεῳγυῖαν ἔτι τὴν πάλαιστραν καταλάβωμεν. *Plutarch.* in vita Pyrrhi: Τῷδε Πύῤῥῳ πολλὰς ὁδοὺς ἀνεῳγμέναι πρὸς θάνατον. Sic in vita Marcii Coriolani; et *Sozomen.* V. Histor. Ecclesiast. οἱ ναοὶ ἀνεῴγεσαν. *Joseph.* in III. Originum: Εἴκοσι μὲν πήχεις [ἀνεῴγεσαν κατὰ πύλας. Apostolus I. *ad Corinth.* 16. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη. Passive tamen dixit *Lucianus* in Gallo, ἀνέῳκταί αὖτη ἡμῖν ἡ θύρα. *Thomas Magister* hic dissentit a *Phrynich.* Ἀνέῳγε ἐπὶ μὲν παρατατικοῦ ἀντὶ τοῦ ἤνοιγεν. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ἀναλυτικῶν ἀνέῳγε ἐπὶ τοῦ ἀνέῳκται. Ἀνέῳγε ἐπὶ τοῦ ἀνέῳκται ἐστὶ καὶ ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας. Ἀνέῳγε ἐπὶ τοῦ ἀνέῳκται ἐστὶ καὶ ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας. Ἀνέῳγε ἐπὶ τοῦ ἀνέῳκται ἐστὶ καὶ ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας.

στειδης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ· Ἱερά τε γὰρ πάντα ἀνέῳγε, καὶ τὰ τῶν ἱερέων γένη συνῆγε, καὶ διεπραγματεύετο πρὸς τοὺς θεοὺς τὸν ἀρχαῖον τρόπον. καὶ Δημοσθένης· ἢ γράμματα ἔκλεπτεν ἢ ὑπανέῳγεν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀνοίγω, ἀνέωγον, ἀνέῳγες, ἀνέῳγεν. Ἐπὶ δὲ μέσου παρειμένου τὸ ἀνέῳγεν ἀντὶ τοῦ ἠνεῴχθη. Ἀνοίγω γὰρ ἀνέξω, ἀνέῳγα, ἀνέῳγας, ἀνέῳγε. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ τῇ, (τῷ in ipso *Thoma* Ed. *Blancard.* Unde scribendum τῳ. *Lehm.*) Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον· τίνες οἰκίαι τοῖς λῃσταῖς ἀνεῴγασιν. Λουκιανὸς ἐν τῷ Μίκυλλος ἢ Ἀλεκτρυὼν, καὶ ἐνδιατρίβει ἀνεῳγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς etc. pag. 12. *Suidas* Comicos citat Pherecratem in Crapatallis et Amipsiam in Moechis, qui ἀνέῳγε active dixerunt. Sic et *Homer.* Il. Π. Χηλοῦ δ' ἀπὸ πῶ μ' ἀνέῳγε. Et *Herodot.* in Clio: Εἰ μὴ ἄπληστός τε εἴης χρημάτων καὶ αἰσχροκερδὴς, οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ἀνέῳγες. Apostolus passive dixit: Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ἡμᾶς, ὦ Κορίνθιοι. Graev. Cf. *Fischer.* Animadv. ad *Weller.* Vol. III. a. p. 36. sq. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 157. sq. et *Buttmann.* Gr. Gr. Tom. II. p. 194. Lehm.

Pag. 214. *l.* 7. Ἱππεῖς εἰς πεδίον καλεῖν] Nomina in ευς apud medios inter Atticorum veterum et Sophistarum aetatem, *Diodorum Siculum*, *Polybium*, *Laërtium* et ejusdem notae scriptores fere εῖς contractum habent in accusativo plurali: apud veteres Atticos *Aristophanem*, *Demosthenem*, *Aristotelem*, *Theophrastum*, *Isocratem*, *Platonem*, *Lysiam*, *Thucydidem*, *Xenophontem*, et ejus imitatorem *Arrianum*, tum apud Sophistas, *Pausaniam*, *Heliodorum*, *Libanium*, *Aristidem*, *Lucianum*, alios ejus aetatis scriptores, *Dionem*, *Appianum*, *Herodianum*, et ex nostris *Chrysostomum*, *Basilium*, *Gregorium Theologum*, *Synesium*, sine contractione fere in εας, quod et notavit vir summe eruditus *P. Leopardus* in Miscellaneis. *Thomas Magist.* Ἑρμηνέας, βασιλέας, ἱερέας, καὶ ὅσα τοιαῦτα Ἀττικοὶ, τὸ δὲ συνῃρημένως ταῦτα λέγειν, οὐκ ἔστιν ἐκείνων. *Plato* in Theaeteto, unde hic *Luciani* sumtus est: Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκρά-

τριῶν ἱππέων. Lucè igitur clarius est, in ἱππεῖς esse soloecismum, ut rectè *Thomas* observavit contra omnium Grammaticorum praeceptiones. *Plutarch.* et *Joseph.* modò εις, modò εας dicunt, nisi illud quoque typographis aut intempestivis emendatoribus debemus. Plethon certe Gemistus, *Plutarchi* et *Diod. Sicul.* verba transcribens, pro ἱππεῖς accusativo semper ἱππέας habet. *Plutarchus* in Timoleonte: Οἱ Κορίνθιοι πέμπουσιν αὐτῷ διχιλίους ὁπλίτας καὶ διακοσίους ἱππέας. Pro quo Plethon: Κορίνθιοι Τιμολέοντι πέμπουσι διχιλίους μὲν ὁπλίτας, ἱππέας δὲ διακοσίους. *Diod. Sic.* Θηβαῖοι δὲ ἀπέστειλαν πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ φ. Gemistus autem: Θηβαῖοι δ' ἀπέστειλαν πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους, ἱππέας δὲ πενταχοσίους. Sic et alibi. Illud Luciani, quod mox sequitur, σὺ δὲ τοὺς ἱππεῖς κατενόησας; ita vertendum fuit, *an tu vocem* ἱππεῖς *notasti*, vel *animadvertisti?* Pro quo interpres, *tu vero equites cogitasti. Aristoph.* in Equitibus: Μήτ' ἐν γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας. Idem in Acharnensibus: Ταῦτ' ὡς ἐγανώθην καὶ φιλῶ τοὺς ἱππέας. *Plato* in VI. de legibus: Χωρὶς δὲ τοὺς ἱππέας. *Xenophon* in primo Institutionis Cyri: Πολλοὶ δὲ οὓς αὐτὸς ἔχων ἦκεν ἱππέας καὶ πεζούς. Et in eadem pagella, καὶ τοὺς ἱππέας ἡσυχίαν ἄγοντας. Sic idem in sexto, et septimo libro. *Thucydides* in sexto: Ἐψηφίσαντο τήν τε τροφὴν πέμπειν τῇ στρατιᾷ καὶ τοὺς ἱππέας. Et in eadem pagella: Καταλαμβάνουσι τοῦ τε ἱππέας ἥκοντας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. *Demosth.* I. Philipp. Μετὰ ταύτων ἱππέας διακοσίους. Idem III. Philipp. Ψιλοὺς, ἱππέας, τοξότας, ξένους. Ibidem: ἢ πότερον τοὺς ἱππέας προὔδοσαν. Sic et *Philostrat.* in Heroicis, *Heliod.* in VIII. *Lucian.* in Votis, et in Toxari, *Arrian.* in VI. expeditionis Alexandri, *Josephus* in fine VII. Ἁλώσεως, *Pausanias* in Atticis, *Plutarch.* in Alcibiade. *Chrysostom.* in comparatione monachi et regis: καὶ τοξότας, καὶ ἱππέας, καὶ στρατηγούς. Sic usi sunt jam dicti auctores semper, praeter *Plutarch.* et *Josephum.* Nam quod apud *Platonem* XI. de legibus legitur ἱππεῖς καὶ ἱππέας in accusativo, eodem loco, typographis adscribendum

est: ἱππέας, inquit, εἰς τοὺς ἱππεῖς. Quare viderint Grammatici, qui hos accusativos docent contrahi. Eodem modo etiam veteres dicebant *νομέας, βασιλέας, φονέας, σφαγέας, τροφέας, γονέας, ταχέας, σέας, κουρέας, κναφέας, σκαφέας ἱερέας, ἀρχιερέας, ἑρμηνέας, ἀμφορέας.* Sic gentilia *Ἐρετρέας* (An *Ἐρετριέας*? *Lehm.*), *Ἀχαρνέας, Φωκέας, Μαντινέας, Χαλκιδέας, Δωριέας, Πλαταιέας, Μεγαρέας* etc. Apud *Herodianum* semper *βασιλέας* leges, nunquam *βασιλεῖς* in accusativo. Ergo scribis debetur, quod illic *ἱππεῖς, τροφεῖς, φονεῖς* legitur pro *ἱππέας, τροφέας, φονέας*. Apud eundem etiam et *Joseph.* recte invenitur *ἀμφορέας*. Sic et *Alciphron*: *Ἐς Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους*. Librariis etiam debet acceptum referri, quod *Isocrates* in oratione ad Philippum habet, *βασιλεῖς μεγάλους προσαγορευομένους*, cum in aliis locis semper scribat *βασιλέας*, praesertim in ad Nicoclem *παραινέσει*, sive hic ipse Isocrates illius orationis sit auctor, sive alius. Simili forte errore legitur apud *Demosthenem* in ea oratione, qua respondetur Philippi literis, *γονεῖς* pro *γονέας*. *Τέκνα*, inquit, *γονεῖς, γυναῖκα*. Certe in quarta Philippica recte habet: *Οὕτω συμπάσης τῆς πόλεως κοινοὺς δεῖ γονέας τοὺς ξύμπαντας ἡγεῖσθαι*. Sic *νομέας* apud *Herodot.* Clio cap. 194. et aliis locis ponitur, *costas* navium significans, non *pastores*, ut *Valla* vertit, sicut viri eruditissimi *Brodaeus* et *Leopardus* hoc pridem notarunt. De his costis vide, quae docuit *Joannes Schefferus* de re militari Navali lib. I. cap. 6. Non dissimilis locus est *Luciani* in Votis: *Ὥςπερ οἱ βασιλεῖς ὑποκρινόμενοι τραγῳδοὶ*, pro quo alibi semper *βασιλέας* dixit. In Longaevis: *οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας*. Ibidem: *καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας*. Et paulo post: *τοσούτους ἐδυνάμην βασιλέας ἀθροῖσαι*. Graev. Piscat. c. 9. singulari numero in hoc proverbio effertur. Vid. *Plat.* Ed. *Bas.* 85, 1. *ἱππέας εἰς πεδίον προκάλει, Σωκράτη εἰς λόγους προκαλούμενος*. *Leopard.* 37. Solan.

ead. l. 8. *Κατενόησας; ἀλλὰ*] Videtur post *κατενόησας* insistere paululum, et responsum exspectare Lycinus,

deinde pergere, quod punctis illis exprimere studui. Graev.

ead. l. 9. *Κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διήλθομεν*] Lurculentus soloecismus, ut si dicam *inter eos ipsos narravimus*, cum de nobis ipsis loquimur. Dicendum igitur cum *Plat.* in Gorgia, *ἀδικοῦσι σφᾶς αὐτοὺς*, *eos injuria afficiunt*. Et *Thucyd. καὶ παρέδοσαν οἱ πάντες σφᾶς αὐτούς*. Omnes enim *σφᾶς αὐτοὺς*, tertiae personae pronomen, junxerunt verbo tertiae personae. Male igitur *Clemens Alexandrinus* Paedagog. II, 1. *ἐναργοῦς ὑπόδειγμα ἀρετῆς σφᾶς αὐτοὺς παριστάντας*, evidens virtutis exemplar nos ipsos exhibentes. Et cap. 21. *σφᾶς αὐτοὺς πρὸς τὸ ἄμεινον σχηματίζειν*, nos ipsos ad meliorem vitam componere. Graev.

ead. l. 14. *Μαντεύεται γοῦν ἐκεῖνος πᾶσι τοῖς ἐρωτῶσι*] Recte notavit *Micyllus*, *μαντεύεσθαι* dici proprie de consulentibus. *Aeschines*: *οἱ ἄλλοι Ἀμφικτύονες μαντείαν ἐμαντεύσαντο παρὰ τῷ Θεῷ, τίνι χρὴ τιμωρίᾳ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μετελθεῖν*. *Herodot. Μαντίῃ εἰς τὰ ἔπεμψε μαντευσάμενος ὁ Κροῖσος*. *Plato* in Apologia Socratis: *Χαιρεφῶν ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύεσθαι*. *Xenoph.* in initio commentariorum: *Εἰδέναι τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις*. *Moschopul.* hoc paulo aliter. *Χρὴ*, inquit, *ἀντὶ τοῦ πρέπει βαρύνεται*. *Χρὴ δὲ περισπωμένως ἀντὶ τοῦ χρησμὸν δίδωσι, καὶ χρᾷν ἀπαρέμφατον. Χρῇ γάρ ἐστι καὶ τροπῇ τρίτῃ α εἰς η χρῇ. καὶ ὁ μὲν Θεὸς χρὴ, ὁ δὲ Θεὸν μαντεύεται*. Hanc *Moschopuli* sententiam de *χρῇ* adeo non probo, ut contra censeam omnino *χρᾷ* dicendum, non *χρῇ*, fretus maxime auctoritate *Herodoti*, qui licet Ionica lingua sit usus, cui peculiare est *η*, identidem tamen *χρᾷ* usurpavit. *Ὁ Ἀχαρνὰν*, inquit, *χρησμολόγος ἀνὴρ, ὃς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ*. Et paulo post: *Ὁ μὲν δή οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε*. Moxque: *Ἡ δὲ Πυθίη σφι χρᾷ ἐν τριμέτρῳ τόνῳ*. *Lucianus* in Dialogo Menippi et Trophon. *Χρᾷ, ὦ Μένιππε, ἐν Βοιωτίᾳ*. Sed pro *Moschopulo* stat *Eustath.* ad Iliad. I. p. 625. *Ἴσως δὲ ὠξυντονήθη πρὸς διαστολὴν τοῦ χρῇ, ὅ ἐστι μαντεύεται. οἷον χρῇ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος*. Sed ut ad *μαντεύεσθαι* revertamur, non

semper observatum illud Luciani de hac voce praeceptum, sed ab accuratissimis et Ἀττικωτάτοις scriptoribus μαντεύεσθαι etiam dicitur de Dijs et hominibus respondentibus. *Demosthenes περὶ στεφάνου. Καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον μαντευόμενον.* Idem in Alexandro: *Κοσκινῷ τὸ τοῦ λόγου μαντευόμενος.* Paulòque post: *Προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις ὡς μαντεύεται ὁ Θεός.* Sic et loquitur in Dialogo Menippi et Tiresiae, et Dialogo Menippi et Trophonii, ut et Apollinis et Mercurii. In hoc Apollo dicit: *Πλὴν ἀλλὰ ὥςπερ ἐγὼ μαντεύομαι.* Malunt tamen optimi quique pro hoc dicere χρᾶν καὶ ἀναιρεῖν. *Isocrates* in Archidamo: *Ὁ δὲ Θεὸς περὶ ὧν μὲν ἐπηρώτησαν οὐκ ἀνεῖλεν.* *Liban.* in Antirrhetico: *Ὁ δὲ ἀνεῖλε παρὰ τῷ τρώσαντι καὶ τὴν ἴασιν ζητεῖν.* *Herodot.* in II. *ἦν μὲν δὴ ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι.* *Chrysost.* in Babyla martyre: *ἐπέκειτο σφοδρῶς τὸν δαίμονα χρησμὸν ἀπαιτῶν καὶ ἀξιῶν ἀναιρεῖν περὶ τῶν κατὰ γνώμην αὐτῷ.* *Urgebat,* inquit, *daemonem ab oraculis reposcens postulansque, sibi ut ille responsum daret iis de rebus, quas animo versabat.* Graev. *Μαντεύεται*] *Aristophan.* Av. 594. et 597. de consulentibus adhibet. Sed alii tam frequenter de respondente, quod *Graevius* jam indicavit, ut pluribus haud opus sit. Reitz.

Pag. 215. *l.* 1. *Εἰ ἄρα καθ' εἷς λανθάνει σε περιιών*] *Nam singuli soloecismi tibi latent circumeuntes.* Sic legendus hic locus et vertendus. Sensus est: singuli, qui circa te oberrant, a me tibi objiciuntur soloecismi; te fugiunt, a te non animadvertuntur. Soloecismus versatur in καθ' εἷς. Attice enim dicendum fuisset καθ' ἕνα, *Micyllus* hic putavit καθεὶς esse participium, fecitque locum suspectum de mendo, cum nihil sit scrupuli. Occurrit vero ista locutio, quam hic reprehendit Lucianus, saepe in sacris scriptoribus. In epistola *ad Roman.* c. 12. *Ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη.* *Maccab.* libro. III. *Ὁ καθ' εἷς δὲ τῶν φίλων σκυθρωπῶς ὑπεκρέων.* *Marc.* XIV. *Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς, μή τις ἐγώ;* Et *Johan.* VIII. *ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, exibant singuli.* Ubi

Beza καθ' εἷς putat positum pro καὶ ἕνα εἷς: inde et in quibusdam editionibus scribitur κἀθ' εἷς, in nonnullis καθ' εἷς, in aliis καθεὶς perperam. Καθ' εἷς enim per Hebraicam enallagen dicitur pro καθ' ἕνα, quo Attici scriptores utuntur. *Philostrat.* in Heroicis: καὶ καθ' ἕνα τοὺς ἥρως, *singulos heroas*. Dicit idem in eodem opere εἰς ἕκα. Κοινῇ δέ, inquit, καὶ εἰς ἕκα, *publice et privatim*. Idem in vita Herodis: Τῷ τῶν Ἀθηναίων δήμῳ καθ' ἕκαστον ἔτος μνᾶν καθ' ἕνα, *singulis minas*. *Plutarchus* in praeceptis Politicis: καθ' ἕνα καὶ κοινῇ. *Heliodorus* II. καθ' ἕνα συλλεγέντες ποτέ. *Aelian.* XXI. Εἰ τῶν καθ' ἕνα. *Lucianus*, Dialogo Martis et Mercur. Ἐγὼ δὲ ἔτι μὲν καθ' ἕνα πάντων ἀμαίνων. Ubi male legitur, καθ' ἅπαντων. Idem in Harmonide, et Dialogo Plutonis et Mercur. Μετελεύσομαι γάρ σοι ἅδης αὐτοὺς καθ' ἕνα ἐξῆς. *Basilius* Libanio: αἰσχύνομαι καθ' ἕνα σοι προσάγων τοὺς Καππαδόκας. Et sic Apostolus quoque more Atticorum in epistola ad *Ephes.* 6. 5. πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα. Et I. *Corinth.* XIV. 31. δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν. *Demosthen.* in III. Philippica ἕκαστον addit: καθ' ἕνα ἕκαστον οὕτω περιόπτειν. Idem ἄνδρα addit in Corona: καὶ ὅσον καθ' ἕνα ἄνδρα. *Thom. Mag.* οὐ καθ' εἷς, ἀλλὰ καθ' ἕκαστος δεῖ λέγειν. Sed nec καθ' ἕκαστος recte dicitur; sed pro eo dicendum καθ' ἕκαστον. Vide *Budaei* commentaria utriusque linguae. Et sic puto apud *Thomam* legendum esse. Scriptores tamen Ecclesiastici sacrorum librorum auctoritatem sequuntur. *Socrates* Ecclesiasticae historiae lib. XVI. 13. Ἐπειδὴ γὰρ ἄλλος ἄλλου δόγματος ὁ καθ' εἷς ἐπελάμβανον. *Eusebius* historiae Ecclesiasticae X. Καὶ μὴ μόνον γε ὁ καθ' εἷς, ἀλλὰ καὶ οἱ πάντες ἀθρόως ἀνευφημοῦμεν. Ad eandem formam factum ἀνὰ εἷς pro ἀν' ἕνα. *Joannes* Theologus Apocalyps. XXI. Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου. Attici dicerent ἀν' ἕνα ἕκαστον, *singulae portae*, aut potius καθ' ἕνα ἕκαστον. Porro notandum quoque est, καθ' εἷς Lucianum di-

xisse cum singulari λανθάνει, at Soloecistam conjunxisse cum plurali ἐοίκασι, quemadmodum et *Marcus* et *Joannes*, ut duplex forte hic sit soloecismus. GRAEV. *Εἰ ἄρα καθ' εἷς*] Sic L. et *Fl. Leopard.* εἷς ἄρα κ... 37. Plerique libri εἰ ἄρα καθείς. SOLAN.

ead. l. 5. *Μνηστευόμενον αὐτῷ γάμον*] In hunc locum *Thomas*, ἐπ' ἀνδρὸς, inquit, τὸ μνᾶται, οἷον μνᾶται γυναῖκα, ἐπὶ δὲ γυναικὸς τὸ μνηστεύεται ἀνδρί. *Moschopulus* in eadem est sententia: *Μνᾶται* ὁ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα, ἐπὶ δὲ γυναικὸς, μνηστεύεται ἡ γυνή. Nimirum magistri docent, μνᾶσθαι proprie esse *ambire* puellam, sive foeminam, et dici de viris Attice, μνηστεύεσθαι vero de puellis et foeminis, quae despondentur et nubunt. Attice igitur Evangelium: *Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ.* Proprie etiam *Lucianus* in Nefasto: *Πρώην γοῦν ἐπειδὴ γάμον ἐν Κυζικῷ μνᾶσθαι ἐτόλμησας.* Et *Plutarchus* in amatoriis narrationibus: *Ταύτην μνῶνται Στράτων Ὀρχομένιος καὶ Καλλισθένης Ἁλιάρτιος.* *Herodot.* quoque in Clio: *ταύτην πέμπων ὁ Κῦρος ἐμνᾶτο τῷ λόγῳ, θέλων γυναῖκα ἣν ἔχειν· ἡ δὲ Τόμυρις συνεῖσα οὐκ αὐτὴν μιν μνωμένην.* *Plutarchus* in Erotico etiam usus est eo verbo de muliere vidua nobili et praedivite, ultro ambiente nuptias adolescentuli cujusdam; quemadmodum *Martial.* dixit, *Uxori nubere nolo meae.* *Οὐ γὰρ ἀποβλήψεσθαι δόξας*, inquit, *καὶ γένη τηλικαῦτα καὶ πλούτου ἐμνᾶτο μειράκιον ἐκ χλαμύδος ἔτι παιδαγωγεῖσθαι δεόμενον.* Improprie igitur *Lucianus* in Toxari: *Καὶ ὅπερ ὑμεῖς ἐν τοῖς γάμοις ἐπιπολὺ μνηστευόμενοι.* Ibidem: *Δεῖ δὲ τῶν μνηστήρων ἕκαστον προαγγείλαντα ἑαυτὸν διότι μνηστευόμενος ἥκει.* Et paulo post: *Μνηστεύεσθαι τὴν παῖδα πολλὰ ἐπαινοῦντα ἑαυτόν.* Parum igitur Attice *Plutarchus* in narrationibus amatoriis, *ἐμνηστεύοντο αὐτὴν τριάκοντα νεανίαι.* Moxque in iisdem: *μὴ μνηστεύεσθαί τινας τὰς κόρας.* Sic et *Pausanias* in Laconicis, *Heliodor.* in V. *Laërtius* in Hipparchia, *Joseph.* Orig. Judaicarum lib. V. et XIII. Activa tamen voce *μνηστεύω γάμον* legitur apud vetustissimum quem-

quo. Dicit enim *Plato* in sexto de legibus, μνηστεύειν γάμον αὐτῇ. Apud *Euripid.* in Iphigenia Aulidensi Achilles dicit: Ἀλλ' ἢ πέπονθα δεινὰ μνηστεύσων γάμους ἔχων. *Isocrat.* βουληθέντας αὐτοῦ μνηστεύσασθαι κόρην. *Diodor.* XX. ἀξιολογώτατοι τῶν ἡγεμόνων ταύτην ἐμνήστευσαν. Sic plures alii. *Nubere* quoque dicitur quemvis, si proprie accipiatur, de puellis et foeminis, ut *ducere* de viris, apud auctores Latinae linguae locupletes. Nam inde *Tertulliano*, *Hildeberto* et *Fulgentio*, quos et de viris *nubere* dixisse honeste *C. Barthius* docet Adv. VI. c. 14. non contenderim. Nam et multa alia apud illos leguntur scriptores, quae a melioris aetatis usu longe absunt. Sed haec inter eruditos jam decisa sunt, ut risum debeant, qui aliter sentiant. GRAEV.

ead. l. 12. Ἀπολείπουσα τὴν γυναῖκα] Et hanc soloecismum *Thomas* aperit: Ἀπολείπει ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· Ἀπολιποῦσα γὰρ αὐτὸν ᾤχετο. ἐκβάλλει δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα. Λιβάνιος ἐν Μελέτῃ τῆς λύπου. Ἔκβαλλε τὸ γύναιον. Nimirum uxor cum a viro divortit, nuntium remittit, dicitur Graecis ἀπολείπειν ἄνδρα, Latinis *divertere*, *discedere a viro*. Vir vero cum repudiat uxorem, ἐκβάλλειν γυναῖκα. Latinis *exigere*. *Cic. Mimam exegit.* Elegantter igitur *Josephus*, ἔπειδε τὸν ἄνδρα καταλιποῦσαν αὐτῷ κήδασθαι. Attice idem dixit in undecimo Ἀρχαιολογίας de Esdra: λογιζόμενος δὲ ὅτι ἐὰν ἐκβαλεῖν αὐτοὺς τὰς γυναῖκας προστάξῃ. Pro quo eodem in loco etiam dicit ἀποπέμψασθαι. Quare minus Attice ipse *Lucian.* in II. Dialog. Junonis et Jovis, ἀπολιπὼν ἐμὲ τὴν νόμῳ γαμετήν. Ibidem in Bis Accusato, τὴν νόμῳ γαμετὴν οὕτως ἀτίμως ἀπολείπει. *Plutarch.* in Stoicis controversiis confundit etiam hanc differentiam, ὥςπερεί τις τὴν γαμετὴν ἀπολιπὼν ἑταίρᾳ δὲ συζῶν. Attice dixit idem in Romulo: Νόμος μὴ διδοὺς γυναικὶ ἀπολείπειν τὸν ἄνδρα, διδοὺς δὲ ἐκβαλεῖν γυναῖκα ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων. Ibidem, ἀπεπέμψατο γυναῖκα. Hermogenes Sophista, ἔξεστι γαμεῖν, ὅθεν βούλεταί τις, καὶ ἀποβαλέσθαι

τὴν οὖσαν γυναῖκα. Gale. Nec Atticismum; nec vero omnino receptâ Aoristi cogitandive leges, laeserunt *Lucianus* et *Plutarchus*, dicentes de viro ἀπολιπεῖν τὴν νόμῳ γαμετήν. Quippe non attendit *Graevius* noster, posse virum dici ἀπολείπειν τὴν γυναῖκα, qui legitimae uxori, ut Jupiter Junoni, minus praestet debitam fidem; neo vero eandem simul ἐκβάλλειν τὴν γυναῖκα, quod proprie in eum tantum cadit, qui civile et extremum matrimonii vinculum divortii actione legitima dissolvit. Lemma.

Pag. 216. *vid.* Εἴ τίς γε ὑποψαύοι τὴν θύραν ἢ κινοίη ἢ ὅλως κτλ.] Haec verba bene vertit interpres *si concrepuit ostium et pulsavit*. Num quod apud Latinos discrimen est inter *ostium crepat* et *pulsatur*, idem est apud Graecos inter κόπτειν et ψοφεῖν. Exiturus cum fores ferit et percutit, ut illo crepitu admonerentur, qui foris erant, cavere sibi, atque abstinere, ne laederentur, apud Atticos enim fores non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellendo aperiebantur, ut dudum docuerunt *Turnebus*, *Cujacius*, *Muretus*: exiturus itaque hoc crepitu signum eum dat, dicuntur Latinis *fores crepare*, Graecis ψοφεῖν: eum vero intraturus fores percutit, ut aperiantur, dicuntur Latinis *fores pulsari*, *et pulsari*, Graecis κόπτεσθαι, ut docent *Suidas*, *Thomas*, *Ammonius*, *Phrynichus*, *Moschopulus*. Attici igitur dixisset κόπτου τὴν θύραν ἐξιὼν ἢ ψοφεῖ ἐξιών. *Lucianus* in Philops. Ἐπέστη κόπτουσα τὴν θύραν ἐκείνη. Idem in Fugitiv. Ὥστε οὐδὲν δεῖ κόπτειν τὴν θύραν. *Aristophan.* in Ranis: Ἄγε δή τινα τρόπον τὴν θύραν κόψω. Mox quae: Οὐ μὴ διατρίψῃς, ἀλλὰ γεῦσαι τῆς θύρας. Et in Nubibus: Γεῦσαι τῆς θύρας. *Lysias* in Apologia de Eratosthenis adulteri caede: Ἐρομένου δέ μου, τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν. *Heliodorus* in I. Τάς τε θύρας ὅτι πλεῖστον ἐψόφησαν. *Phrynich.* addit, male quoque κροῦσαι τὴν θύραν pro κόπτειν posui. Sed contra hunc facit illud *Xenoph.* in Symposio: Φίλιππος δὲ ὁ γελωτοποιὸς κρούσας τὴν θύραν εἶπε τῷ ὑπακούσαντι. Et

Evangelista: *Μὴ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι καὶ κρούειν τὴν θύραν.* GRAEV.

ibid. Ψοφοίη τὴν θύραν] Vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 1098. Et supra Icar. c. 22. Quod ad *κροῦσαι θύραν*, de quo *Phryn.* vid. *Elsn.* ad Apocalyps. III, 20. REITZ.

ibid. Θύραν] De forium aperiendarum ratione, consule locum *Plut.* in Publ. Hort. 909. SOLAN.

Pag. 216. *l.* 9. *Νῦν δὴ γενήσομαι*] Soloecismus est hic, quod *νῦν δὴ* cum futuro conjungatur, cum debeat cum praesente jungi. Attice enim dicendum erat *νῦν δὴ γίνομαι. Pollux*: *Ἄρτι, ὅ ἐστι πρὸ μικροῦ, καὶ νῦν δὴ, ὅ ἐστι ταυτόν. Suidas: Νῦν δὴ, ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἀρτίως. Πλάτων νόμων η΄· Νῦν δὴ ὀλίγον ἔμπροσθεν τούτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις, οὕτω ταῦτα ἐτίθεμεν, νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα. Καὶ αὖθις ἐν πρώτῳ νόμων, Πλάτων διαλελυμένως εἴρηκε ἐπὶ τοῦ παρόντος χρόνου, τὸ δὲ δὴ ἐπὶ συνδέσμου· ὃς δὴ πάντων τῶν πολέμων χαλεπώτατος ὡς φαμεν ἡμεῖς νῦν δή. καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ· Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ', ἐπὶ θήρας πόθον ἐστέλλου. Νῦν δ' αἰ ψαμάθοις ἐπ' ἀκυμάντοις. καὶ ἐν Μελεάγρῳ· Ὁρᾷς σὺ νῦν δή μ' ὡς ἐπράϋνας τύχην. Homer. Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστί.* Idem: *Νῦν δὴ ἐξαπόλωλε δόμων κειμήλια καλά. Eustath. Νῦν δὴ, ἀντὶ τοῦ ἀρτίως ἐν ἑνὶ τόνῳ, ὃ καί φασι μόνῳ παροχημένῳ συντάσσεσθαι.. Euripid.* Phoenissis: *ἄκουε δὴ νῦν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν.* Ibidem: *Ἄκουε δὴ νῦν καὶ τὰ πρὸς τούτους κακά. Plato* in Gorgia: *ἆρ' οὖν καὶ ἦν νῦν δὴ λέγομεν ἰατρικήν·* et sic frequentissime cum in illo Dialogo, tum in aliis ejus libris. In his autem, quae attuli, exemplis, *τὸ νῦν δὴ* nusquam junctum invenitur futuro. Proin si quis dixerit *νῦν δὴ γενήσομαι*, is soloecismum commiserit. Nec est soloecismus in simplici voce *γενήσομαι*, quod putavit interpres, sed in *νῦν δὴ* futuro *γενήσομαι* hic juncto, ut dixi. Huic simile est *ἄρτι σολοικιῶ*, de quo in initio harum notarum disputavi. *Plato* enim pro eodem dixit *νῦν δὴ, ἄρτι, πρόσθεν, ἔμπροσθεν, τὰ νῦν,*

πρὸ ὀλίγου, ὀλίγῳ πρότερον, πρότερον et προτοῦ. Cum futuro autem αὐτίκα, μάλα, αὖθις, εἰςαῦθις, ὅσον οὔπω, ὅτι τάχιστα, οὐκ εἰς μακράν. Occurrunt tamen etiam loca quaedam, ubi νῦν δὴ futuro jungitur, contra hanc *Luciani* et magistrorum praeceptionem. *Homer.* Iliad. *H.* Νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην. Et alio loco: Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει· et saepius aliis in locis. Νῦν δή, inquit *Plato*, de legibus libro III. μᾶλλον βεβαιωσόμεθα. Idem in fine ultimi de legibus: Νῦν δὴ μαθησόμεθα ὅτι θαυμαστὸν οὐδέν. Idem in Phaedone: Ὦ Σώκρατες, ὕστατον δή σε προςερροῦσι νῦν οἱ ἐπιτήδειοι. *Xenoph.* IV. institut. Cyri: Νῦν δὴ σὺ δηλώσεις. *Thucyd.* VI. Καὶ ἀσφάλεια νῦν δὴ καὶ πολλὴ ἔσεσθαι. *Thomas* ait, etiam νῦν aliquando futuro junctum soloecismum esse. Εἰ παράτασιν, inquit, δηλοῦσι, τότε τὸ νῦν τιθέμενον σολοικισμὸν ποιεῖ, ὡς τὸ νῦν σοφὸς γενήσομαι. δεῖται γὰρ ἡ σοφία χρόνου. Sed nihil videtur tam firmum esse, quod non alicubi labefactetur, ut superius posita exempla ostendunt. GRAEV. *Leopard.* 37. SOLAN.

ead. l. 18. Νῦν δ' ἕτερ' ἄττα etc.] Non accuratus satis interpres fuit in his verbis vertendis. Lucem huic Luciani loco foenerantur, quae habet *Thom. Mag.* in voce ἄττα, sed sic legenda: Τὸ ἄττα, ἀντὶ τοῦ ἄτινα, ἐν ἀρχῇ κώλου μόνον εὕρηται, προϋπάρχοντος τοῦ ὀνόματος ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ κώλῳ, ἐφ' ᾧ ὀνόματι τοῦτο ἐπιφέρομεν, οἷον, πάντα ποιῶ, ἄττα ἂν βούλομαι. τὸ δὲ ἄττα ἀντὶ τοῦ τινὰ, καὶ προηγεῖται τοῦ ὀνόματος ἅπαξ ἐν τῷ αὐτῷ κώλῳ, καὶ ἕπεται ἀεί· ἕπεται μὲν, ὡς τὸ ἕτερ' ἄττα, καὶ πόσ' ἄττα, προηγεῖται δὲ, ὡς ἔχει τὸ τοῦ Πλάτωνος ἐν Φαίδωνι· ἦν γὰρ δὴ ἄττα τοιάδε, ἀντὶ τοῦ, τοιαῦτά τινα. L. Bos.

Pag. 217. *l.* 1. Ὀρθῶς — συντιθέμενον] Hoc lectoris eruditi vel Scholiastae judicium, in margine positum, malum pedem in ipsam Luciani orationem videtur intulisse. Sic vera sunt, et cum *Thomae Magist.* observatione conveniunt, sed sententiam et connexionem turbant. GESN. Recte haud dubie judicat *Gesnerus*. Verum sic ἕτερ' ἄττα

in textu Luciani invenit censor noster scriptum, non ἕτερ' ἄττα, quod *Schmiederus* suspicatur. Ergo vetus certe est lectio ἄττα, quamquam vix dubium esse potest, quin ἄττα scripserit ipse Lucianus. LEHM.

eod. l. 3. Ἤν με φῇς ὑβρίσαι] Puto excidisse ob soni affinitatem σὲ post ὑβρίσαι. Aperte enim indicare vult differentiam inter ὑβρίσαι σε, et ὑβρίσαι εἰς σέ. Sic certe interpretatus sum. Deinde verba ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω εἰπεῖν sunt Soloecistae, ita distinguenda, nisi fallor, ut interpretatione nostra factum est. GESN.

eod. l. 6. Σὲ ὑβρίζειν καὶ εἰς σέ] Ὑβρίζω σὲ scilicet est contumelia te afficio, ὑβρίζω εἰς σέ, est cum in tuos amicos, aut quidquid ad te pertinet, contumeliosus et injurius sum. *Moschopulus* eadem docet: Ὑβρίζω σε καὶ ἀντὶ τοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἀτιμάζω σε. δηλονότι δι' ὕβρεως καὶ πληγῶν, καὶ ἄλλης τινὸς ἐπηρείας. Ὑβρίζω εἰς σὲ ἀντὶ τοῦ, ὑβριστικά τινα εἰς φίλον σὸν, ἢ εἰς τὰ περί σε ἐνδείκνυμαι, ὡς ἀναφέρεσθαι τὴν ὕβριν ἐπί σε. Attice igitur *Plato* in VI. de legibus: Μήτε τινὰ ὕβριν ὑβρίζειν εἰς τοὺς οἰκέτας. Quod vero *Lucianus* subjicit, ἐπεὶ τὸ εἰς πρᾶγμα ὑβρίζειν λέλεκται, οἷον εἰς τὴν παροιμίαν, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν ἐν τῷ συμποσίῳ. *Platonis* verba sic se habent: Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ ὑβρίσαι εἰς τὴν παροιμίαν. *Lucianus* in Bis Accusato: Ὑβρίζεις εἰς τὸν διάλογον. GRAEV. Illam differentiam inter ὑβρίζειν τινὰ et εἰς τινὰ, non observari perpetuo ab Atticis, vid. *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. v. 900. ubi id ex eo *Aristophan.* versu, item ex *Euripid.* Phoen. 623. et *Lucian.* Dial. Vener. et Cupid. probat, in quibus εἰς μὲ ὑβρ. adhibetur pro *me ipso*, non *in meos*. Adde *Aristoph.* Nub. 1507. — ὑβρίζετον εἰς τοὺς θεούς. Ac *Nostrum* de Salt. cap. 24. Et *Aeschin.* de fals. leg. pag. altera, διατετέληκε γὰρ εἰς ἡμᾶς ὑβρίζων· ubi quidem possit ad eos, qui cum *Aeschine* faciunt, trahi; sed minus accurate, quia statim subjicit, eum et λοιδορεῖσθαι aliis. REITZ.

ead. l. 12. *Ὁ Πλάτων*] Plato *Συμπ.* p. 315. G. SOLAN.

ead. l. 14. *Ταῦτα ὑπαλλάττειν*] *Moschopul.* videtur nonnihil a Luciano dissentire. *Ἐναλλάττειν*, inquit, *τὸ μετατιθέναι τὴν τάξιν ἀντιστρόφως, καὶ ἐναλλὰξ ἐπὶ τῶν ποιούντων ἐναντία λέγεται. Ὑπαλλάττειν τὸ μὴ κύριον ἀντὶ τοῦ κυρίου λέγειν, καὶ ἁπλῶς τὸ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου εἰσάγειν.* Sic hic locus legendus. Nec est in Luciano, *quod si dicam ταῦτα ὑπαλλάττειν, soloecismum vocant*, ut vertit *Micyllus*; sed *ὅτι τὸ ταῦτα ὑπαλλάττειν σολοικίζειν καλοῦσιν*, hoc est, *enarrando vel per hypallagen hisce abuti dicunt soloecismum committere.* Sic *ἐναλλάττειν* est his abuti per *ἐναλλαγήν*. In iis, quae sequuntur in Luciano, *αὐτὸ δὲ τὸ ἐναλλάττειν*, lacuna est, sic ex vetere Codice, uti patet ex excerptis, supplenda: *αὐτὸ δὲ τὸ ὑπαλλάττειν εἴ τις ἐναλλάττειν λέγει, ἴσως δόξειν λέγειν.* Nihil certius. GRAEV.

ead. l. 16. *Νῦν εἴσομαι*] Si superiores de *ἄρτι* et *νῦν* futuro non jungendis observationes bene habent, hic etiam Soloecista sui nominis mensuram implet. GESN.

Pag. 218. *l.* 1. *Αὐτὸ δὲ τὸ ὑπαλλάττειν εἴ τις ἐναλλάττειν λέγει, ἴσως δόξειν λέγειν*] Sic Ms. *Graev.* Forsan legendum *ἴσα σοι δόξει λ.* SOLAN.

ead. l. 5. *Ἑτέρου πρὸς ἕτερον*] Nomina a verbis *ὑπαλλάττειν* et *ἐναλλάττειν* derivata rem declarare aliquo modo possunt. Nempe *enallage* est, cum pars pro parte, casus pro casu, non immutata sententia ponitur; *hypallage* cum duo nomina vices suas *permutant*, et *mutuo* alterum pro altero ponitur. Itaque *enallage* pro eo, quod ponere debebat, sed non ponit, substituit aliud; *hypallage* duo ponenda ratione constructionis inter se permutat. Sed non semper definitiones accuratas ponunt Grammatici; non semper bonas definitiones recte applicant. Etiam hic Soloecista non bene cepit, quod se dicit assecutum. Supplementum illud *Graevianum* ex Scholio potius corruptum arbitror. GESN. *Schmiederi* prudentiam sequens pro explorato simul habeo, pro *δόξειν* in supplemento *Graeviano* corrigendum e

Solani conjectura esse δόξει. Ἴσως autem intactum reliqui, quia, si e conjecturis corrigendum sit, variis id modis tentari poterit. LEHM.

ead. l. 8. Λέγων ἐστὶ] Λέγειν interpres legisse videtur. GUYET. Certe sic legit: nam et λέγειν expressit *Par.* aliaeque plurimae. REITZ.

ead. l. 11. Σπουδάζειν πρὸς — περὶ τινὰ] De his non convenit *Moschopulo* cum *Luciano*. Σπουδάζω, inquit *Moschopulus*, πρός σε ὅταν σε ἀξιῶ ἐπιμελείας τοῦ σώματος, σπουδάζω περί σε, ὅταν ἐπιμελῶμαι τῶν περί σε πραγμάτων. GRAEV.

Pag. 219. *l.* 2. Ἑκάστῳ] An ἕκαστον; GUYET.

ead. l. 4. Καθίσειν] Sic legendum videtur: καθίζειν, καὶ τὸ κάθισον, τοῦ κάθησο. GUYET.

ead. l. 8. Ἀλλὰ τὸ κάθισον, τοῦ κάθησο διαφέρειν φημὶ] Nihil aliud vult Lucianus, quam κάθισον dici ad stantem, quem jubemus sessum capere, κάθησο vero ad eum, qui jam sedet; quemque rogamus, ne surgat. *Thomas* eadem tradidit, quae *Lucianus*. Ἄλλο, inquit, κάθισον, καὶ ἄλλο κάθησο. Τὸ μὲν γὰρ κάθισον πρός τινα ἱστάμενον λέγεται ἵνα καθίσῃ· τὸ δὲ κάθησο πρὸς τὸν καθήμενον ἵνα κάθηται, καὶ μὴ ἐξαναστῇ. ὡς τὸ παρ' Ὁμήρῳ· Ἧσο ξεῖν' ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην. Sic lege hunc locum in edito libro satis mendosum. Quod vero paulo antecedit, τὸ καθέσθητι ἤκουόν σου λέγοντος ὡς ἔστιν ἔκφυλον, *nudivi te dicentem*, *imperativum* καθέσθητι, *sede*, *vocem esse peregrinam vel barbaram*, Luciani forte respicit verba, quae in Lexiphane suo posuit: τὸ ἔπτατο, καὶ ἀπαντώμενος, καὶ τὸ καθεσθεὶς οὐδὲ μετοικικὰ τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. *Micyllus* ex superioribus Luciani verbis colligit, hic aliquid desiderari. Cui equidem non invitus assensero vel propter haec verba, quae infra habentur: Οὐκ οἶσθα οἷόν ἐστι συγγραφεὺς ἀνήρ. Σολ. Πάνυ οἶδα νῦν γέ σου ἀκούσας ταῦτα λέγοντος. Nam Lucianus de proprietate vocabuli συγγραφεὺς nusquam in hoc libello locutus est. Nunc vicissim *Thomam* et *Phrynichum* audia-

mus. Ἐκαθέσθην, inquit *Thomas*, καθεσθεὶς, καθεσθήσωμαι, (leg. καθεσθήσομαι. Lehm.) καθεσθῆναι, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων, βάρβαρα. λέγε οὖν καθέζομαι, ἐκαθεζόμην, καθεδοῦμαι, καθεδούμενος, καθεῖσθαι, (leg. καθεδεῖσθαι, ut apud *Thomam*. Lehm.) καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων. *Phrynichus*: ἐκαθέσθη, καθεσθεὶς, καθεσθήσομαι καὶ πληθυντικὰ καθεσθήσονται, ἔκφυλα. Parum igitur Attice *Heliodor.* in IV. Καθεσθεὶς δὲ πλησίον θάρσει, θυγάτηρ, ἔλεγον. Et *Basilius* in epistola: Ταῦτα λογιζόμενοι πολὺν χρόνον ἐκαθέσθημεν. *Lucianus* in priore verarum narrationum: Ὀπτωμένων δὲ περικαθεσθέντες ὥςπερ δὴ περὶ τράπεζαν. *Herodian.* in V. Συγκαθεσθεὶς αὐτῷ ἐν τῷ βασιλικῷ φορείῳ. *Joseph.* Ἀρχαιολογίας libro II. Καθεσθεὶς ἐπί τινος φρέατος. Idem libro VIII. Καθεσθεῖσα δ' ἡ Βεθσαβή· et pluribus aliis in locis. De καθίζω, et καθίζομαι *Thomas Magister*: Καθίζω ἐγὼ, καὶ καθίζομαι, καὶ καθίζω ἕτερον. *Pollux* scribit, *Xenophontem* καθίζειν usurpasse pro καθίσαι ποιεῖν. Locus est in II. ἀναβάσεως· Καὶ ἀπαγγελλόμεθα δὲ Ἀριαίῳ, ἐὰν ἐνθάδε ἔλθῃ εἰς τὸν θρόνον τὸν βασίλειον καθιεῖν, *collocaturos esse*. Sic καθίζειν δικαστὴν apud *Demosthenem* et *Galenum*. *Moschopul.* Καθίζω ἕτερον, μεταβατικῶς, καὶ καθίζω ἐγὼ, ἀμεταβάτως. Κάθημαι δὲ ἐγὼ, ἀεὶ μετάβατον etc. Τὸ καθεσθήσομαι, καὶ ἐκαθέσθην βάρβαρα. Alibi *Thomas*: Τὸ καθίζω οὐ μόνον τίθεται ἀντὶ τοῦ ἕτερον ποιεῖν καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν. *Lucianus* in Nigrino: Καὶ καθίσας ἐμαυτὸν ὥςπερ ἐν θεάτρῳ. Graev.

ead. l. 10. Εἴη διαφέρον] V. *Th. Mag.* v. κάθισον. Solan.

ead. l. 13. Ἧσο ξεῖν'] *Hom.* Od. *Π*, 44. Solan. Apud *Homerum* Od. *Π*, 44. editur Ἧσ', ὦ ξεῖν'. Notavit *Barnesius*, forte ipsius hujus loci auctoritate, Ἧσο. Ceterum apud *Homerum* manifesto Ἧσο significat, *sede*, hoc est, sedem, quam occupasti, retine: nam praecessit τῷ δ' ἕδρης ἐπιόντι πατὴρ ὑπόειξεν· Ὀδυσσεύς. Τηλέμαχος δ' ἐτέρωθεν ἐρήτυε, φώνησέν τε. Caeterum apparet, me in

interpretatione *sede* posuisse, pro *sedem tuam retine; assside* autem pro *sessum abi:* quod a bonis auctoribus ita dictum, facile demonstrari potest; non ausim dicere, nunquam positum aliter. GESN.

Pag. 220. *l.* 2. *Τὸ καθίζειν λέγειν*] Si quis intelligat hanc lectionem, ab illo etiam edoceri cupio. Caeterum hoc videre mihi videor, *λέγω* huic loco optime convenire, et sic interpretatus sum. GESN.

ead. l. 7. *Συγγραφεὺς ἀνὴρ*] *Ξυγγραφεὺς*, inquit *Thomas*, *οὐ μόνον ὁ συγγραψάμενος πόλεμόν τινα, ἢ τι ἄλλο ἐφ' ἑαυτοῦ γενόμενον, οἷος ἦν Θουκυδίδης, ἀλλὰ καὶ γράφοντας ψηφίσματα ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον συγγραφέας ἐκάλουν. Θουκυδίδης· Καὶ εἰσήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς ἄλλο μὲν οὐδέν.* *Ammonius* quoque paene eadem habet: *Ἱστοριογράφος μὲν γάρ ἐστιν ὁ τὰ πρὸ ἑαυτοῦ γεγονότα συγγραψάμενος, ὡς Ἡρόδοτος· Ξυγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτοῦ γεγονότα, ὡς Θουκυδίδης.* Itaque secundum horum sententiam *ξυγγραφεὺς* dicitur non solum de scriptore et auctore librorum, sed et de scriba senatus, aut alius collegii. GRAEV.

ead. l. 8. *Πάνυ οἶδα — λέγοντος*] At nihil dixit, quod ad declarandum hoc nomen pertineret. Itaque est, ut excidisse descriptionem *τοῦ συγγραφέως* putemus, facile illam quidem aliunde resarciendam. GESN.

ead. l. 9. *Τὸ καταδουλοῦν*] *Τὸ μὲν καταδουλοῦμαι ἑτέρῳ, τὸ δὲ καταδουλοῦν ἑαυτῷ.* *Moschopul.* paulo aliter: *δουλῶ ἐμαυτὸν, καταδουλοῦμαι τὴν Ἑλλάδα.* Pro Luciano facit illud *Thucyd. Τοὺς μὲν ξυγκαταδουλοῦν ἂν σφίσιν αὐτοῖς τὸ τῆς θαλάττης μέρος.* Ex *Moschopuli* sententia dixit idem in III. *τοὺς μὲν καταδουλουμένους τὴν Ἑλλάδα.* GRAEV.

Pag. 221. *l.* 4. *Νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον*] Nihil argumenti in his verbis video pro eo, quod Lucianus hunc Dialogum, Soloecistam, tanquam coronidem imposuisset omnibus, quos ante scripsisset, dialogis; (quae est sententia *Bourdelotii*) cum simpliciter innuatur finis hujus dialogi. Ex verbis proxime praecedentibus liquet, non alie-

num fuisse ab Luciani instituto, scribere post hunc et alios dialogos, quibus ulterius de soloecismis esset acturus. Ait enim, *οὐκοῦν τὰ λοιπὰ εἰσαῦθις ἀναβαλώμεθα· νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον.* Fateor, non sequi post hunc alios super hoc argumento dialogos; satis tamen manifestum puto, illud *νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον*, tantum de hoc dialogo capiendum esse. Jens. Non audiendus est *Bourdelotius*, cum ex his verbis argumentatur, hunc esse ultimum dialogorum ipsius Luciani, reliquos suppositicios. Vera esse potest ipsa propositio, sed argumentum lubricum. Sic paulo ante dixit, *μακρὸν γὰρ ἂν ποιήσαιμεν τὸν διάλογον.* Gesn. Quippe non satis hoc respiciunt viri docti, verba haec postrema ad formam hujus dialogi fictam pertinere; nec quidquam ultra hujus ipsius libelli terminos colligi hinc posse puto. Lehm.

IN PHILOPATRIN.

Pag. 222. *l.* 1. *ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ*] Non est hujusce Luciani, sed antiquioris alicujus. Multa id arguunt, primumque ineptiae styli, cum aliae omnibus paginis, tum illae *φὺ, φὺ*, etc. Deinde ratio temporis. Nam Syrus noster Lucianus pervixit ad tempus belli Marcomanici, anno Christ. 171. ut patet in Pseudomante: at hic nebulo se baptizatum significat a D. Paulo. Paulus vero martyrii palmam accepit imperantis Neronis anno 13. Falliturque *Baronius* Neronis anno 12. verba illa hujusce Dialogi, *Γαλιλαῖος ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν*, adscribens huic Luciano. Nam qui potuit Lucianus hic a Neronis anno 12. et Christi 68. ad annum servatoris 171. pervivere, sive annis 103? Atqui etiam post bellum Marcomanicum, quin Lucianus hic aliqua commentatus sit, negari non potest. Saperdae autem prorsus illi sunt, qui propter ea, quae in extremo Dialogo isto, de Babyloniis, Aegyptiis, Persis, Scythis verba fiunt, hu-

jusce distortissimi foetus parentem ad tempora imperatoris Trajani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere posse, quivis facile lolio non victitans perviderit. Plane quidem qui tam belli pueri pater est, Neronis principatu eum suscepit. MARCIL. Spurium *Spanhemius* aliique multi, genuinum videntur existimare *Cavus* 129. et Theologi nonnulli; sed palam est, esse spurium. SOLAN. De nomine *Φιλόπατρις* inter elogia honorum ac laudum posito, v. *Perizon.* ad *Aelian.* III, 26. collatis addendis, ubi neque hujus inscriptionis obliviscitur, neque quod in Peregrino.... plebs illum impostorem vocat *ἕνα φιλόσοφον, ἕνα φιλόπατριν.* Metellus est Consul *Φιλόπατρις Ciceroni* ad Att. II, 1. GESN.

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] Ab Inquisitoribus et hic libellus in exemplari *Aldino,* quo utor, rescissus est. SOLAN. (In meo exemplari, quo *Wesselingi* beneficio utor, adest; sed nihil varietatis in margine notatum. REITZ.) Hunc Dialogum Luciani non esse mihi certissimum est, ex stylo et ingenio hominis Lucianeo multum inferiore. Adfectata autem est Lucianeae locutionis imitatio, quae ab ipso proficisci nequivit, quia sua ipse non excerpsit; auctorem vero aetate posteriorem esse, satis demonstravit *Gesnerus* in singulari Dissert. quam calci hujus tomi adjungemus; ibique statuit scriptum Constantinopoli, tempore Juliani, ab Luciano quodam Sophista Imperatoris illius amico, ad quem hodienum exstat scripta a Juliano epistola. Ita vero studiose hunc Dial. pertractavit *Gesnerus,* ut vix mihi, quod addam, relictum sit. Summis laudibus has ejus lucubrationes effert *Heuman.* in Poecil. p. 248. seqq. Sed p. 250. miratur ejusdem timiditatem, quod nihil in Codicum inopia corrigere ausus fuerit. (Sed de hac opinione forsan in praefat. agemus.) Bis ejus versionem, bis, ter Graeca emendat, quod suo loco obiter indicamus. REITZ. Juniorem hunc Philopatrin esse Luciano nostro Samosatensi, cum alia multa probant, quae *Gesnerus* magna cum diligentia et doctrina exposuit, tum hoc potissimum arguit, quod cap. 12. dogma

Christianum de Trinitate iis verbis propositum deridetur, quibus ante concilium Nicaenum locum nondum fuisse, ex historia dogmatum ecclesiae satis constat. Ac vel hac sola de caussa maxime miror, quod non solum *Aug. Kestnerus* in libro inscripto: Versuch einer Schilderung der Agape. Jen. 1819. p. 418. sq. et p. 513. sq. propria sua audacia ac temeritate usus contendere potuit, librum hunc aestate anni 166. p. Chr. a Luciano Samosatensi conscriptum esse, quam conjiciendi levitatem merito castigavit *Eichstadius* in prolusione academica, Tomo primo hujus Editionis praemissa p. XCIX. sq.; sed quod etiam *Kellius* in peculiari commentatione, quam tamen non ego novi nisi ex *Aug. Neandri* historia religionis et eccl. Christ. Tom. II. Part. I. p. 191., hanc ipsam opinionem de Luciano hujus libelli auctore denuo tueri sustinuit. Licet enim negari non possit, in ipso libello esse nonnulla, quae, si ad amussim examinentur, cum conjectura *Gesneriana*, qua Philopatris paullo ante Juliani necem compositus credatur, non satis facili explicatione conciliari possint; ut quod de Aegypto subigenda sub finem legitur scriptum, quam difficultatem certe non omni ex parte sustulit *Neander* l. l. certius tamen vix potest quidquam esse, quam hunc foetum tribus prioribus aerae Christianae seculis in lucem edi nullo modo potuisse. Et ex iis quidem conjecturis, quae hactenus prolatae sunt, probabilissimam habeo eam, quam *Gesneri* eximiae doctrinae et judicio eleganti debemus, cui praeter *Wielandium* Vers. Germ. Tom. VI. p. 382. sq. et alios, nuper etiam *Neander* l. l. et b. *Tzschirnerus* in libro posthumo: Verfall des Heidenthums. Tom. I. p. 317. subscripserunt. Quod autem, eodem *Neandro* ibidem monente, clarissimus *Niebuhrius* hunc Philopatrin imperante Nicephoro Phoca a. 968. Constantinopoli conscriptum esse suspicatur, ejus sententiae, per se quidem illius haud sane improbabilis, argumenta satis valida adhuc desideramus. LEHM.

ead. l. 2. *ΤΡΙΕΦ.*] Nothus. An *Τρύφων* vel *Τρίφων*;

τὸ Τριέφων non placet. Guyet. At Τριεφῶν integre et crebro in ipso Dial. occurrit. Quare nihil mutandum. Reitz.

ead. l. 4. Συνένευκας] Lege συννένευκας. Guyet.

ibid. Βυσσοδομεύεις] Βυσσοδομεύειν quid sit, explicat Scholiast. minor. *Homer.* ad Od. Θ, 273. βυσσοδομεύων, κατὰ βάθους τῆς διανοίας βουλευόμενος, quasi dicas in profundo aedificantem. Add. Od. I, 316. *Lucian.* de Delat. c. 24. βυσσοδομεύει τὴν ὀργήν. Gesn. Vid. de hoc verbo *Toll.* et *Solan.* ad Calumn. c. 24. Adde *Hom.* Od. Δ, 676. Reitz.

ead. l. 6. Κατὰ τὸν ποιητὴν] Il. Α, 149. ubi Schol. κερδαλεόφρον, πανοῦργε τὸ φρόνημα, καὶ περικερδῆ τὸν νοῦν ἔχων, τοῦτ' ἔστι, κερδαίνειν φρονῶν. Sed ad Il. Δ, 339. eadem Schol. κερδαλεόφρον, πανοῦργε, καὶ φιλοκερδέστατε· Ἤγουν, ἀπατηλέ, δολερέ, ἀλωπεκώδης. κερδάλη γὰρ ἀλώπηξ. Et ad Il. Κ, 44. βουλῆς κερδαλέης, συνετῆς, ὠφελίμου, ἢ πανούργου· παρὰ τὴν κερδώ, ἤγουν τὴν ἀλώπεκα. A vulpina igitur astutia hoc nominis deductum est, quod proinde non adeo inepte reddi videtur *Horat.* phrasi ex arte Poët. vers. 437. Gesn.

ibid. Ὠχρός τέ σευ] *Hom.* Il. Γ, 35. Solan. Iliad. Γ, 35. *Lucian.* Jove Tragoedo init. Gesn.

ead. l. 7. Ἑκάτην] Hecates, cum ex inferorum regione in terram nostram venatum egreditur, quam terribilis sit adspectus, et ad mentem sano etiam excutiendam comparatus, graphice descripsit *Lucianus* in Philopseude cap. 24. seqq. Gesn.

Pag. 223. *l.* 1. Τίνι θεῶν — συνήντηκας] Mirum non est, insolito aliquo visu turbatis, cum ipsa mente, spiritibus, quos vocant, animalibus, corpus etiam ad languorem dari, totumque ejus immutari habitum; cujus rei nec in sacris nulla sunt vestigia. Vide mihi *Dan.* IX, 27. *Jud.* XIII, 22. *Athenagoras* in Legatione pro Christianis c. 15. p. 63 Ed. Oxon. Dechair. ex *Homer.* Il. Υ, 131. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ, inquit, φαίνεσθαι ἐναργεῖς. Add. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Pall. 54. p. 592. et 610. et viri

docti ad *Petron.* c. 17. p. 58. Nota sunt, de antro Trophonii quae dicuntur. GESN.

ibid. Ἐκ προνοίας] I. e. ex Dei providentia. GUYET. Miserrima affectatio. *Spanh.* ad *Callim.* 610. *consulto* vertit, quamvis idem *inopinatum conspectum* dixisset. Vid. pro Laps. cap. 14. SOLAN.

ead. l. 4. Ὦ καλὲ Κριτία] Προσφώνησιν hanc, utut Latinis paullo videatur insolentior, non putavi refugiendam, scilicet ipsum secutus *Ciceronem*, qui, cum ex Graeco vertendum esset, προπίνω τῷ καλῷ Κριτίᾳ, dixit Tuscul. I. c. 40. *propino hoc pulchro Critiae.* Quamquam nec illud ignoro, Critiam illum Socraticum a corporis pulchritudine celebrari. GESN.

ead. l. 5. Δυσχεραίνεις] Lucianus in Votis sive Navi c. 10. ἢ δυσχεραίνει καθ' ἡμῶν, ἢ ἐκκεκώφωται. GESN.

ead. l. 6. Ἢ καὶ τῆς χειρὸς] An ἢ καὶ ἐκ τῆς χειρός; GUYET.

ead. l. 8. Διειλημμένον] Omittunt hoc verbum Lexica. Sed tamen quid sit ἐλλαμβάνεσθαι, tradunt ex *Dioscoride*, nimirum amplecti, circumplecti, cum de capreolis vitium, vel claviculis sermo est, quarum illae arcto complexu ad palos arboresque sese applicant. Erit igitur διειλημμένος λόγος, intricatus, implexus, difficilis. GESN.

ibid. Ἀναπεμπάζω] Lucianus in Gallo c. 5. ἀναπεμπάζῃ τὸν ὄνειρον. GESN.

ead. l. 10. Ταῦτα, καὶ] Lege ταὐτά. GUYET.

ibid. Ἀποψύξω] Gloss. Graecol. ἀποψύχω, dirigeo. GUYET. Idem habet *Menagius*. REITZ.

ead. l. 12. Σκοτοδινήσας] Lucianus in Philopseud. c. 24. ὡς μὴ σκοτοδινιάσας ἐμπέσοιμι ἐπὶ κεφαλήν. GESN.

ead. l. 13. Κλεομβρότου] Hic, lecto Platonis de animae immortalitate libro, praecipitem se de saxo dedit. SOLAN. Notissimum est *Callimachi* in eum Epigramma, sed nimis pulchrum, ut non hic adscribatur. Est autem in Anthолog. Graeca l. 3. ultimum:

Εἶπας, ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης.
Ἦλατ' ἀφ' ὑψίστου τείχεος εἰς ἅλαδε,
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἐν περὶ τῆς ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος. Gesn.

ead. l. 17. Ἐμβρόντητοι] Ἐμβροντήτους poëtas etiam Lucian. vocat Timon. init. Gesn. Cur hoc epitheton poëtis tribuatur, vid. supra *Hemsterh.* T. I. Tim. §. 1. Reitz.

Pag. 224. *l.* 2. Οὐ γὰρ παροπτέος] Solebant ita fere loqui, cum aliquid aut narrari ostendive sibi cuperent, aut ipsi narrare aggrederentur. Prioris generis exemplum est apud Lucian. in Scyth. cap. 4. ubi Anacharsis ad Toxarin: μὴ περιΐδῃς ἀθέατον αὐτῶν ἀναστρέφοντα. Necyom. c. 21. ἀλλ' εἰπὲ, καὶ μὴ περιΐδῃς με κ. τ. λ. Contempl. c. 1. περιόψει οὖν με κ. τ. λ. et Icarom. c. 3. μὴ δὲ πρὸς φιλίου με περιΐδῃς. Huc refero obscuriorem paullo in Nigrin. locum c. 6. ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν ΑΥΤΩΝ οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη. Illud ΑΥΤΩΝ non ad λόγων refero, quod praecesserat, ita enim nimis inepte cum iis, quae sequuntur, cohaereret; sed auctorem, parum ad verborum ordinem attentum, quae dicturus erat praecepisse quasi, idemque sibi voluisse existimo, ac si dixisset, οὐδὲ γὰρ καταφρονεῖν ΤΩΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ οἶμαι θέμις κ. τ. λ. neque omnino insolens esse arbitror, ut ex iis, quae sequuntur, superior expleri oratio debeat. Licet nunc magis fere *Hemsterhusii* emendatio mihi placeat. Caeterum propius ad locum, qui prae manibus est, quadrat, quod est apud *Comicum* in Ranis v. 512. ubi muliercula Pseudo-Herculi aliquid, quod e re illius esset, narratura ita προοιμιάζει, Οὐ μή σ' ἐγὼ περιόψομαι ἀπελθόντα. De aliis precibus passim Lucianus, quod Index docebit. Jam *Herodot.* I, 24. ἐπειδή σφι οὕτω δοκέοι περιϊδέειν αὐτόν. *Julian.* Or. V. quae est in Deum matrem, gratias eidem se habere ait, ὅτι μὴ περιεῖδεν ὥςπερ ἐν σκότει πλανώμενον, sed edocuerit rationem mysteriorum etc. Gesn. Sed

verba illa ex Nigrin. c. 6. ab *Gesner.* adlegata, aliter exponit *Hemsterh.* quem vide! (sed video ipsum hoc jam notasse. REITZ.

ead. l. 4. *Οὐ μικρὸν*] Lucian in Navig. c. 11. *οὐ μικρὸν οὐδ' εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα ὡς δοκεῖς ἀνακυκλῶν.* GESN.

ead. l. 9. *Μή τι κακὸν παθέῃς*] Hemistichion veteris poëtae videtur. An Homeri? GUYET.

ead. l. 12. *Καί που καταπεσὼν*] Lucian. in Icarom. 3. *μὴ καὶ σύ που τῆς θαλάσσης καταπεσών, Μενίππειόν τι πέλαγος ἡμῖν ὥςπερ τὸ Ἰκάριον ἀποδείξῃς ἐπὶ τῷ σεαυτοῦ ὀνόματι.* GESN. *Heuman.* in Poecil. p. 249. verti vult *spiritu meo*, ne quis intelligat substantiam spiritualem; sed *Gesner.* videtur ambiguum studio servasse. REITZ.

ead. l. 15. *Σοφιστῶν*] Christianos notari *τῶν σοφιστῶν* voce, infra apparebit. Caeterum Lucianus de Mort. Peregr. c. 13. Christum ipsum *σοφιστὴν* appellavit: et apud *Prudentium* Peristephan. X, 40. Christianis Asclepiades Syriae Praefectus hoc nominis tribuit: *Quis hos Sophistas error induxit novus?* GESN.

ibid. Ἐξώγκωσε] Etiam hic Lucianum imitatus est noster, nisi quod paullo modestius ille hyperbola utitur, in Philops. cap. 39. *τοιαῦτα ἀκούσας ἦκω, ὥςπερ οἱ τοῦ γλεύκους πιόντες, ἐμπεφυσημένος τὴν γαστέρα, ἐμέτου δεόμενος κ. τ. λ.* Simili fere metaphora, sed alio instituto, utitur Elihu, *Job.* XXII, 18. sq. GESN.

Pag. 225. *l.* 1. *Φὺ, φὺ, φὺ*] *Τὸ φὺ* hic pro *φεῦ* admirantis videtur. GUYET. *Φὺ — ἰοὺ — αἲ*] Praeterquam quod pueriles valde exclamationes istae, ne Graecum quidem illud *φύ*. Forsan legendum *φεῦ*. SOLAN.

ead. l. 4. Ὡς *τὰς νεφέλας φυσήματος*] Horum verborum omissa est interpretatio a *Micyllo* ex editione *Paris.* 1615. f. et *Basil.* 1619. 8. quem sequuntur Gallus *Ablancurtius*, et *Drakius* Britannus. Fingitur autem ructibus Critiae excitatus in Propontide Boreas, quo adversum tenente, ingredi Euxinum Pontum naves nisi funibus de

litore adjutae non potuerint. Nam οἴχεσθαι πόντον (frequenti praepositionis εἰς ellipsi) hic valere ingredi, nemo negabit, nisi si quis putet, secundo Borea intrari e Propontide Pontum, id est, versus septemtrionem navigari posse. Sed etiam illud hinc apparet, Critiam, ut excitare halitu Boream posset, debuisse constitutum esse eo circiter loco, ubi est Constantinopolis. Quod quorsum valeat, in disputatione dictum est, §. 26. GESN.

ead. l. 5. Ἄβρου] *Homerica* vox, Iliad. *B*, 148. Odyss. *O*, 293. GESN.

ead. l. 6. Προποντίδα] De alia absurditate non dicam; sed id rogo, ubinam gentium stantes hos facit, ut a flatu alterius Boreas Propontida perflet? Ego, ut quod sentio dicam, Constantinopoli hoc scriptum puto. Alioqui cur de Propontide Scriptor cogitarit, non video. Addo votum ejusdem de compescendis Scytharum excursionibus in fine Dialogi; unde satis liquet, in ea regione habitasse, quae iis gentibus vicina esset. Vide etiam Neron. c. 6. unde conjicio, tres hosce libellos ab eodem viro scriptos, qui Lemni habitaret. SOLAN.

ead. l. 7. Κάλων] A κάλος σχοινίον, pro κάλως. GUYET.

ibid. Τὸν Εὔξεινον] Τὰ εἰς excidisse videtur librario. GUYET. Sed saepe omittitur cum verbis veniendi, maxime *Homero*, ut Il. *E*, 773. Τροίην ἵξον. Plura ex eod. *L. Bos.* de Ellips. p. m. 268. Adde *Nostrum* supra Dea Syr. c. ult. γάμον ἰέναι, et *Theogn.* v. 1172. — ἦλυθες ἀθανάτους. Quare nihil inserto εἰς opus erit. REITZ. Ellipsin praepositionis εἰς h. l. etiam *Fritzschius* agnoscit Quaestst. p. 212. Ineptam temere vocat *Belinus*, qui tamen bene monet, in formula διὰ κάλων οἴχεσθαι respici proverbialem illam locutionem πάντα κάλων κινεῖν, de qua praeter *Erasmum* Adagg. 1, 4, 140. *Barnesius* egit ad *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1249. Significat enim auctor, qui h. l. summi tumoris exemplum ipse se praebet, *remissis omnibus funibus abreptas ferri naves e Propontide in Eu-*

xissum. Quamobrem castigavi paullum *Gesneri* versionem, eandemque etiam in inferioribus, ubi ὅσον οἴδημα etc. cum praecedentibus verbis arctius, quam factum est, nectenda erant e singulari illo, de quo inter omnes constat, idiotismo pro ὅτι τόσον οἴδημα etc. Quippe *Gesnerus* ὅσον, quasi πόσον esset scriptum, ut exclamativam reddiderat sententiam, ad similitudinem sequentium: πόσος κορκορυγμὸς etc. LEHM.

ead. l. 9. Πόσος κορκορυγμὸς] Locus videtur expressus ex illo *Aristoph.* in Neb. v. 38. seq. εἶτ' ἐταράχθης τὴν γαστέρα καὶ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησεν. Ubi κλόνος secundum Scholiasten est στρόφος τις καὶ εἵλιξ· διεκορκορύγησε autem ponitur ἀντὶ τοῦ ἤχησε — ἢ ἐμιμήσατο τῇ φωνῇ (ὁ ποιητὴς, ut interpretor) τῶν ἐντέρων τὸν ἦχον. GESN.

ead. l. 10. Πολύωτον] Forte, ut famam finxere. *Virg.* Aen. IV, 181. seq. — *Cui quot sunt corpore plumae, Tot vigiles oculi subter, — tot subrigit aures.* GESN. Ut regibus multas aures tribuit *Xenoph.* quod indico ad Schol. de Calumn. cap. 5. REITZ.

ead. l. 11. Τερατῶδες] Τὴν τερατώδη παροιμίαν, τὸ τερατῶδες ἔπος. GUYET.

ead. l. 12. Τῶν ὀνύχων] Non reperio apud praemiographos, quid sit δι' ὀνύχων vel ἐξ ὀνύχων ἀκούειν, *Jo. Alb. Fabricius* in literis ad Reimarum, διὰ τῶν ὀνύχων ἀκούειν, inquit, *dictum de homine, qui totus auris, perinde ut Argus oculus, qui* διὰ ὀνύχων *videbat.* Quae si vera est ratio, et quidni vera sit? comparandus cum h. l. est ille apud Lucian. in Dear. Judic. c. 8. ubi optat Paris ὥςπερ Ἄργος ὅλῳ βλέπειν τῷ σώματι. Item *Catullian.* illud 13. ult. *Quod* (unguentum) *tu cum olfacies, Deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.* Denique illud apud *Aristaenetum* Epist. I. p. 5. ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη· ἐκδῦσα δὲ ῥᾳλη πρόσωπον φαίνεται. Sed sunt hoc genus infinita. Simillimum illud *Plauti* Sticho V, 5, 20. *Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis.* GESN.

ead. l. 14. *Κνήμην*] De Baccho. Alludit ad *γαστροκνήμην*. Guyet. Jupiter Bacchum ex se conceptum, conflagrantisque Semeles utero ereptum, femori suo inseruit, et exacto legitimo gestationis tempore edidit. Vid. *Lucian.* Diall. Deor. IX. Quod autem *κνήμην*, *suram*, vocat, non *μηρὸν*, alludit, credo, ad *γαστροκνημίας* nomen, in quo lascivit etiam *Lucianus* V. H. I. c. 22. Latinus sermo illum lusum vix admittit. Gesn.

ibid. Κεφαλὴν κύουσαν] De Minerva. Guyet. Pallas in cerebro Jovis concepta, quam periculoso edita partu fuerit, suo more describit Lucianus Diall. Deor. VIII. Gesn.

ead. l. 15. *Ἀνδρείαν φύσιν*] De Salmacide, Scythone, Tiresia, Coeneo, Iphide nota omnia ex *Ovid.* Metamorphoseon libris: ut et de feminis Alcyone, Philomela et Progne, Pieridibus, Nyctimene, Scylla etc. in aves mutatis. Gesn.

ead l. 17. *Ἀλλ' ἐπεί σε*] *Homer.* Od. *N*, 228. Solan. Ex Qd. *O*, 260. *Ὦ φίλ', ἐπεί σε θνητα κιχάνω τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ.* Gesn.

Pag. 226. *l.* 5. *Ὑπερον*] Vulgo nominandi casus in Lexicis, ab ipso etiam *Stephano*, post quem errare nemo sibi turpe putat, effertur *ὕπερος*, genere masculino, sed *Wolffg. Seberus* ad *Polluc.* VII, 107. neutro genere rectius adhiberi docet, quo usus etiam est Lucianus in Philops. c. 35. ex quo loco illud simul discimus, non injuria hic metuere Triephontem: fieri enim, si Dis placet, posse, ut ex pistillo fiat homo, eo loco docemur: quidni contra pistillus ex homine? Gesn.

ibid. Θύρετρον] *Θύρετρον*, *θύρωμα Hesychio* et *Suidae*. An januae munimentum? *la barre de l'huis.* Guyet. *Hesychius*, et ex ipso forte *Varinus*, distinguunt ab invicem *θύρετρα*, id est, *θύρας*, et *θύρετρα*, hoc est *θυρώματα*, quae tamen et ipsa vox interdum januam seu fores ipsas significat; quamquam etiam *cardines* interdum verti debeat, ut apud *τοὺς ο'* 3. *Reg.* VII, 50. Ego crediderim, quidquid etiam de hac distinctione, suspecta certe

Stephano, sit, auctorem prae oculis habuisse locum e Philopseude Luciani jam laudatum, ubi etiam ὁ μόχλος τῆς θύρας mutatus in hominem dicitur. GESN.

ead. l. 6. Ἀπεργάσεται — καταθελξις] Ultimam hanc vocem pro καταπληξις substitui. Rationem emendationis, ultimis verbis Triephontis et cap. 9. Philops. lectis, facile intelliges; ex eo enim libello haec omnia palam petita: confer omnia haec cum illius c. 34. 35. et 36. Retineri tamen potest vulgata scriptura, quia nihil adeo absurdum est, quin ab hoc scriptore dici potuisse videatur. SOLAN.

ead. l. 7. Καταπληξις] Ἀντὶ ἀκούσματος καταπληκτικοῦ· ut ap. *Lucret.* IV, 1157. *Magna atque immanis* (amasia) καταπληξις *plenaque honoris*, a saucio amatore vocatur. GESN.

ead. l. 10. Ἔτι με ἐξεφοβ.] Qui per tale numen jurat, a quo vindicari perjurium non potest, ille non verebitur perjurium committere, si nimirum de illius impotentia constet. Triepho autem putat, adeo constare de Jovis aetherii futilitate Critiae suo, ut non dubitaturus sit, illius stramineo numine ad perjurium abuti. Quanto autem rectius hic Noster, quam *Cicero*, qui tanquam e Porticu unus ita disputat, Offic. III, 29. ut in jurejurando non ad metum Deorum aut iram respici debere dicat. Sed *de ira DEI* Lactantius viderit: nos jam non philosophamur. GESN.

ead l. 11. Ἀμυνέμεναι] Verbum Homerice praeter rationem ac necessitatem inflexum, ut ante ἄμπνευσον etc. GESN.

end. l. 14. Θεοὺς πάντας] Unde hoc fit? Vulcanum enim solum in terram praecipitatum fuisse *Homerus* tradit. GUYET.

ead. l. 15. Θεσπεσίου βηλοῦ] *Hom.* Iliad. *A*, 591. et *O*, 23. SOLAN. Caetera Homeri idem Solanus ubique adduxerat, quae et *Gesn.* Quare ea deinde non bis addemus. REITZ.

ibid. Βηλοῦ] Quid sit βηλὸς, cum de caelo sermo est,

disputatur in Scholiis min. ad Il. *A* 591. Noster hic respexisse inprimis videtur ad Iliad. *O*, 23, Hyperbolam enim puto, nec, ubi omnes Deos Jupiter deturbaverit, reperio. Caeterum etiam Lucianus historiae meminit Contempl. cap. 1. Gesn.

ibid. Σαλμωνέα] Salmonei historiam praeter alios habet *Apollodor.* Biblioth. I, 9, 7. *Virgil.* Aen. VI, 580. Gesn.

ead. l. 17. Τιτανοχράτωρ] Rem ipsam apud *Homerum* invenies; nomina haec non item. Gesn.

ead. l. 18. Παρ' Ὁμήρῳ] Atqui apud *Homerum* nullibi hae voces reperiuntur. Solan.

Pag. 227. *l.* 2. Κύκνος] Notum Epigramma:

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης. Gesn.

ead. l. 4. Ἐκεῖνος] Ego mallem ἐκεῖνο, ut ad Europam referretur. Solan. Verti, quasi legeretur ἐκεῖνο, quod est multo concinnius, quamquam non statim, si reliquas auctoris ineptias spectes, verius. Gesn. At bene tuetur ἐκεῖνος *Jacobus* ad Toxar. c. 40. p. 124. sq. Lehm.

ibid. Ἐπωμόσατο] Ab ἐπωμόω, vel ἐπωμόζω, interpres. Scribo ἐπωμώσατο ab ἐπωμόω. Guyet. Ἐπωμίσατο] Secundum interpret. Lat. legendum erat ἐπωμίσατο ab ἐπωμίζω, quamvis hanc vocem in Thes. *Steph.* non reperiam. Kuster. Quamvis absurdissima sint in hoc libello omnia; sic, ut emendare jubet *Kusterus*, scripsisse auctorem, dubium nullum esse potest; ideoque invitis libris nostris in textum recepimus. Omnes enim ἐπωμόσατο habent. Solan. Ἐπωμόσατο] Fictum, ut videtur, ad hanc rem ab auctore nostro, vel alio verbum; Lexicographis certe ignotum. Simile apud Plinium *succollare*. Gesn. Ἐπωμίσατο] Etsi ter quater ἐπομοσόμεθα et ἐπομόσομαι deinde in hoc Dial. sequuntur, jurandi significatione, et *o* brevi; hic tamen ipsum factum loquitur, id hic locum non habere: quare *Kustero* ac *Solano* auscultavi: nec enim ratio adparet, cur verbum ab

analogia recedens hic fingere libuerit. Nam ἐπωμὶς est superior humeri pars. Vid. *Foes.* Reitz.

ead. l. 5. Ἡροτρία] Ita apud *Lucian.* Conc. Deor. cap. 7. seq. Momus ad Jovem, Timui, inquit, μή σε καταθύσῃ τις ξυλλαβὼν, ὁπότ' ἂν ταῦρος ᾖς, ἢ τῶν χρυσοχόων τις κατεργάσηται χρυσὸν ὄντα, καὶ ἀντὶ Διὸς, ἢ ὅρμος, ἢ ἐλλόβιον ἡμῖν γένῃ. Gesn.

ead. l. 7. Κατεκεντάννυτο] Forte κατεκεντέννυτο a κατακεντέννυμαι. Guyet. Imo rectius κατακεντάννυμι formatur a κατακεντάω. Quamquam et κεντέω probum, unde κεντέννυμι existere possit. Quod *Jacobus* ad Tox. c. 40. κατεκεντοῦτο h. l. corrigi voluit, ni fallor, κατεκεντεῖτο. Ceterum cf. Adnot. nostram ad Toxaridis locum Tom. VI. p. 492. Lehm.

ead. l. 8. Αἰθίοψι] Vix pejus de Jove suo meritus est *Homerus* aliquo in loco, quam Il. *A*, 423. ubi Jupiter ad Aethiopas profectus XII dierum convivia cum illis celebrat, post quorum demum finem Thetidi precaturae ad eum aditus conceditur. Vix enim in adulteria Jovis saepius invehuntur, aliaque ejus facinora, gentiles et Christiani, quam istas XII dierum epulas bono viro invident. Vid. *Lucian.* de Sacrif. c. 2. Jup. Trag. c. 37. *Arnob.* contra gentes lib. VI. pag. 192. Versum hexametrum ἄμετρον rependisse alio claudicante, sine fraude fuerit. Gesn. Vid. si operae videtur, *L. Bos.* Obs. Crit. p. 129. Reitz.

ead. l. 9. Ἡλίους] Pluralis ille etiam legitur apud *Thucyd.* VII. c. ult. pro aestu radiisque solis: οἱ δὲ ἥλιοι, ait, — καὶ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει. Ubi *Duker.*. alia exempla addit, in quibus et pro radiis, et pro diebus pluralis ἥλιοι ponatur. Sed et alia Graeci interdum in plurali adhibent, quae videntur plur. carere, ut αἱμάτων ap. *Lycophr.* 804. et 1249. Ἀέρων, *Diod. Sic.* III. c. 34. ter. Κεναῖς φήμαις, idem XI, 40. Πίστεις ἐνόρκους, ibid. cap. 58. Ταῖς ἀληθείαις, *Phal.* Ep. 41. Φυγαὶ, ib. Ep. 19. Θανάτοις ἢ φυγαῖς, *Dion. Hal.* VII, 472, 10. Ἐν ταῖς εἰρήναις, *Diod. Sic.* II, c. 41. Προσώποις de facie unius virginis, *Achill.*

Tat. I. p. 8. *Ὕπνους* vulgatissimum *Dion. Halic.* VII, 473. pr. et apud quosvis. *Ἐλπίδων*, quod et Latinis usitatum, *Diod. Sicul.* p. 297. v. 7. Ed. *Bas.* et passim. *Θελήματα Psalm.* CX, 2. *Act.* XIII, 22. *Eph.* II, 3. Sic *πλούτους* supra Icarom. c. 4. Et Fugit. c. 20. Reitz.

ead. l. 10. *Ὑποβεβρεγμένος*] Non ausim damnare Nominativum. Ne quid de locis Luciani dicam in hac ipsa editione emendatis, statim Somn. c. 1. *τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε — τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τῆς τέχνης.* Nempe in optimis quibusque talia invenias. *Herodot.* I, 28. *Νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο, ἢ — λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ.. Aelian.* V. H. IX, 26. *Ἤξιον τι αὐτὸν προστάξαι, ὁμνὺς μὴ ἀτυχήσειν αἰτήσας.* Ipse canon *Homer.* Iliad. *B*, 353. *Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα — Ἀστράπτων ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων.* Ubi *Eustathius* ἀνακόλουθον quidem et *σολοικοφανέστερον* agnoscit, sed studio quaesitum ad vim orationi addendam et speciem novitatis. *Ὑποβεβρεγμένον* Lucianeum esse, Index docebit. Est autem diminutivum, ut *pitissare.* Sic *Plaut.* Aul. III, 6, 36. *Ego te reddam madidum probe.* Gesn. At locus ex Prometh. §. 16. ab *Gesn.* in Ed. Philop. adlegatus, merito etiam *Hemsterhusio* est suspectus. Vide, quae ad Fugit. c. 2. notavi. Reitz. Liberiorem hunc Nominativi usum non quidem sine cupiditate quadam, nec tamen sine injuria, locis nonnullis veterum, nec non huic Philopatridis loco, vindicat *Fritzschius* Quaeststs. p. 103. Lehm.

ibid. Πώγωνα τηλικ.] Barbam etiam promissam Jovi suo objicit Juno, ap. *Lucian.* Dial. Jovis et Junonis, quod nihilo secius astragalis cum Ganymede luderet. Gesn.

ead. l. 11. *Ἀετοῦ — Ἴδης*] In aquilam transformatus Jupiter ab Ida monte Ganymedem rapuit. In Idae item montis vertice lascive cum Junone concubuit: quod paullo post iterum tangit Noster. Gesn.

ead. l. 12. *Κυοφορεῖν καθ' ὅλου τοῦ σώμ.*] *Τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ μηροῦ.* Guyet. In Dial. Neptuni et

Mercurii, ille εὖγε, inquit, ὡς ὅλος ἡμῖν κυοφορεῖ ὁ γενναῖος, καὶ πανταχόθι τοῦ σώματος. Jam dictum, in femore Bacchum, in cerebro Palladem a Jove gestatam. Gesn.

ead. l. 15. Προφήτης] Ita etiam *Aristoph.* Plut. v. 11. ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις, ὡς φασὶν, σοφός. Paullo ante λοξίαν vocarat Comicus, unde est ἀμφιλοξος, quod hic apud Nostrum statim sequitur. Comparanda, quae de λοξίᾳ (quasi obliquum dicas) doctissimi interpretes ad *Aristophan.* l. c. et quae *Macrob.* Saturnal. I, 17. *Lucian.* Dial. Junonis et Latonae, Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντεύεσθαι· et in Decret. Deorum, quod ipsorum Comitiis subjungit pag. 716. cavetur, ne tam multa solus faciat Apollo, sed unum aliquid eligens, aut vatem, aut citharoedum, aut medicum denique agat. Gesn.

ibid. Ἰητρὸς] Cur a vulgari lingua hic omnes recedant libri, ego sane non intelligo; servavi tamen. Solan. Affectat auctor, ut solet, poëticam linguam. Lehm.

ead. l. 16. Ψευδόμαντιν] *Lucian.* et haec vox est, qui dialogo, quo Alexandri praestigias detexit, in nominis fecit. Gesn.

ibid. Τὸν Κροῖσον διολωλεκότα] Adscripserat *la Croze:* Vid. acta Achatii episcopi in actis martyr. sel. p. 140. Non vero satis distincte, ad quae verba id pertineat, quod illo libro destitutus indagare nequeo. Reitz.

ibid. Κροῖσον] Utrumque oraculum profert *Lucian.* Jov. Trag. c. 20. De Croeso quidem pervulgatum illud, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει, ubi hostiumne foret imperium, an Croesi, incertum: de Salaminiis autem, ὦ θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν, ubi nota, Lucianum adjicere, καὶ Πέρσαι γὰρ οἶμαι, καὶ Ἕλληνες, γυναικῶν τέκνα ἦσαν· ut adeo haud obscure applicet ad cladem Salaminiam, qua Persae navali proelio victi sunt: ex *Herodot.* vero VII, 141. seq. *Plut.* in Themist. p. m. 212. et omnium copiosissime ex *Oenomao Cynico* apud *Euseb.* Praepar. Evang. V, 24. de tota historia satis constat. Quid

igitur Noster sibi vult, cum Salaminios hoc oraculo periisse dicit? Scilicet, superficiariam valde hominis fuisse doctrinam, judicium fere nullum, ex tota commentatione apparet, et nos in dissertatione nostra monuimus. Gesn.

Pag. 228. *l.* 5. Ὅσον..] Homerus ὅσσον, metri caussa, quod et servari debuit. Solan.

ibid. Ἐννεάχιλοι] *Hom.* Iliad. *E*, 869. et *Ξ*. 148. Solan. Nescio, an hic quoque memoria lapsus sit auctor, cum tantum Neptuno clamorem tribuit. De Marte enim *Hom.* Il. *E*, 860. ὃ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης [Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι.] Quid igitur ad hunc Stentor? Il. *E*, 786. Ὅς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. Caeterum ἐννοσίγαιος, et ἐνοσίχθων saepius apud Homerum: ita autem appellarunt veteres Graeci Neptunum, quod terrae motus, aquarum subter in terrae cavis undantium fluctibus accidere putarent, quorsum vid. *Gell.* N. A. II, 28. Gesn.

ead. l. 6. Σεισίχθωνι] Non est Homerica vox, sed vere tamen. Homero passim ἐνοσίχθων et ἐννοσίγαιος. Solan.

ead. l. 8. Τὴν Τυρώ] Vide *Lucian.* Dial. Neptuni et Enipei. Gesn.

ead. l. 9. Δημαγωγὸς] An προαγωγός; Guyet. Demagogi enim non tantum vi injusta oppressis auxilio erant, sed saepe, ut major esset apud populum gratia, etiam qui malo digni essent, poenae subtrahebant, quale etiam in Romana rep. improbos Tribunos plebis, aliosque, qui populares videri vellent, videmus interdum molitos. Et pridem ex *Budaeo* observavit *H. Stephan.* de verbo δημαγωγεῖν, latius patere ejus significationem, et simpliciter pro *concilio*, seu *allicio*, sive *emereor gratiam*, poni. Fabula ipsa est apud *Homer.* Od. Θ, 268. *Lucian.* Diall. Deor. 17. *Ovid.* Art. Am. II, 561. seq. Amores Neptuni recensentur *Clem. Alex.* Protr. pag. 20. Quam inepte cohaereat narrationis hujus filium, in disputatione jam indicatum §. 25. Gesn.

ead. l. 13. Ἐκλαυσε] Antea in omnibus legebatur

ἔκλυσε; quod palam corruptum rejecimus. Sententia lecta emendationis rationem satis aperiet. Solan. Alludit ad mare, quod terram inundat. *Guyet.* Nexus non admittit hanc allusionem. Sed *Solani* conjectura vera est: neque quisquam dubitabit, *κλαίειν τινὰ* recte dici, qui legerit *Homer.* Iliad. *Ω*, 511. — *κλαῖεν ἑὸν πατέρ'* — *αὖτε Πάτροκλον.* Et *Aelian.* V. H. VI, 1. *νεκροὺς κλαίειν.* Ignoscet ergo *Gesner.* quod versionem hic mutaverim. Reitz. *Gesnero* humani quid accidisse videtur, qui verterit: *liberavit.* Sic ἔκλυσε nescio an ἔλυσε, aut ἐξέλυσε, cogitaverit. Nec vero de ἔκλαυσε res adeo est certa, ut visum *Solano* et *Reitzio.* Quippe ineptior, etiam pro hujus auctoris ingenio, videtur mihi junctura ἔκλαυσε δακρυρροῶν, *deflevit lacrymando*, quasi etiam siccis oculis deflere queas alterius sortem. Quidni ergo ἔκλυσε retineamus? tropo quidem non solum, ut *Guyeto* placuit, ad deum maris, sed etiam ad loquentis indolem ac praesentem sententiam, quamquam non sine affectato quodam tumore, satis convenienti. Lacrymis effusis quasi *eluit* adulteriorum patronus difficultate consilii laborantes. Imaginem vinculis constrictorum desertam in hoc scriptore non est quod mirere. Lehm.

ead. l. 15. *Ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφ.*] Odyss. *Θ*, 354. Solan.

Pag. 229. *l.* 1. *Πρεσβύτην*] *Πρεσβύτατον θεῶν* vocat ipse Jupiter Od. *N*, 142. Vid. *Spanh.* ad *Aristophan.* Plut. 1051. ubi *πρεσβυτικοὶ θεοί.* Gesn.

ead. l. 5. *Μή μοι*] Ellipsis τοῦ λέγε, vel similis. Ita fere Chorus apud *Sophoclem.* Ajac. Flagellif. 192. *μὴ, μή μ' ἄναξ κ. τ. λ.* ubi Scholiasta: *τὸ πλῆρες, μὴ, μή μοι. Aristoph.* Equit. 19. *μή μοι γε, μή μοι, μὴ διασκανδικίσῃς.* Sed respexisse proprie videtur auctor *Aristoph. Nεφ.* 83. seq. *ΦΕΙ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἵππιον. ΣΤΡ. Μή μοι γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἵππιον.* Gesn. Explanat hanc ellipsin locus Hermot. c. 40. Omnino vid. Commentt. ad *L. Bos.* Ellipss. p. 636. *Schäf.* Lehm.

ibid. Κακόδουλαν] Lepide miseram servitutis suae

conditionem, apud matrem deplorat Mercurius in Dial. Majae et Mercurii. Gesn.

ead. l. 6. *Ἀσελγομαν.*] Specimen ejus *ἀσελγομανίας* habes Od. *Θ*, 335. seq. *Lucian.* Dial. Apoll. et Mercur. Gesn.

ead. l. 8. *Προδιαβληθῆναι*] Cum in *Thucyd.* VI. c. 75. f. edatur *προσδιαβαλεῖν*, ubi Codd. omnes rectius *προδιαβαλεῖν*, et *πρὸ* non *πρὸς* in hoc composito usitatum, addito hoc Philopatridos testimonio fateatur *Duker.* miror, quare hoc isthic in textum non fuerit admissum. Interim *προσδιαβάλλομαι* adfert *Steph.* ex *Plut.* Pericl. quod suo loco non spernerem. *Τῷ προδιαβάλλω* utitur et *Herodian.* II, 1. 7. aliique. Reitz.

ead. l. 11. *Τὴν Γιγαντολέτιν*] *Τῆς Γιγαντολέτιδος θεοῦ* dicere debuit: nam *τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν γιγαντολέτιν* vocari, non placet. Guyet. Gorgonis caput vocare Deam gigantum interfectricem, non placet. Menag.

ead. l. 16. *Γοργόνος*] Adscripsit frater: *usitatius Γοργοῦς.* Sed et hoc indicium puto, non scriptum a Luciano hunc Dialogum. Reitz.

ibid. Τοῦτο] Non habet hoc *τοῦτο*, quo referatur, nisi forte *τὸ τῆς Γοργόνος χρῆμα* velis intelligere. Gesn. Nihil difficultatis video, si *χρῆμα* intelligas, vel quasi demonstrative, ut apud *Aelian.* X, 10. *τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος.* Reitz.

ead. l. 18. *Ἑτεραλκέα*] Schol. ad Il. *H*, 26. *ἑτεραλκὴς ἡ νίκη καλεῖται, ὅταν οἱ νικῶντες νικῶνται, ἢ ἀνάπαλιν οἱ ἕτεροι τοῖς ἑτέροις τὴν ἀλκὴν καὶ δύναμιν παρέχουσιν·* et ad Il. *Θ*, 171. *ἑτεραλκέα, ἑτεροκλινῆ, τὴν τοῖς ἐναντίοις ἀλκὴν καὶ δύναμιν περιποιοῦσαν.* Consentit etiam *Hesychius.* Recte igitur, puto, sensus hujus loci in versione est a me expressus. Gesn.

Pag. 230. *l.* 5. *Μηρία*] *Μηρία* inprimis seu *μηριαῖα ὀστᾶ* Diis grata putabant, et in sacrificiis adhibebant; vid. Il. *A*, 40. 41. quem locum false *παραφράζει Lucianus* de Sacrif. cap. 3. Gesn.

ead. l. 13. *Αὕτη χώρη*] Gorgonum historiam praeter reliquos diligenter recitavit Scholiast. *Pindari* ad Pyth. XII. p. m. 253. b. *Ἀποδειροτομεῖν. Hesiodi* verbum est in *Θεογον.* v. 280. ubi similiter hanc historiam narrat, cujus si physicas explicationes desideres, affatim tibi nugarum Scholiastae ad eum locum dabunt. Doctiora sunt et veriora, quae copiose de iis disputat *H. Dodwellus* in diss. de vero Peripli Hannonis tempore Tom. I. Geographorum *Hudson.* §. 2. ad 7. ubi totam rem ab *Hesiodo* confictam docet. De narrationis hujus ineptiis dixi in diss. §. 25. *Περιῳδεῖν*, dubito, an apud alium veterem legatur. *Προσεταιρίζεσθαι* honestam alias vocabulum. GESN.

ead. l. 15. *Ἐπαοιδαίς*] An *ἐπαοιδαῖς*; GUYET. *Ἐπαοιδὴ Homericum* quidem Od. *T*, 455. Sed *ἐπαοιδία Hesychio φαρμακεία, γοητεία.* Quare nihil mutaverim. REITZ.

ead. l. 17. *ΤΡΙΕΦ.*] L. *Fr. Hag.* et *Bas.* 2. recte. In reliquis *Κριτ.* mendose. SOLAN.

Pag. 231. *l.* 4. *Νὴ τὸν ἄγνωστον*] Ignotus ille Atheniensium Deus, si a Christianis abeas, vix cuiquam memoratus reperietur. Sed sic homo incaute admodum suas frandes obtrudit. SOLAN.

ead. l. 7. *Μυρίας. .*] Hic, quisquis est, larvatus Lucianus palam jam ad *undecim millium virginum decantatam fabulam* alludit; nam quod Cretam nominat huc minime facientem, ob versum ex *Homero* concinnatum hoc factum est: nec adeo solliciti sunt mendaces de suarum fabularum circumstantiis. Fabula enim narrat, Ursulam ex Britannia Coloniam Agrippinam vectam ibi cum undecim millibus virginibus ab Hunnis trucidatam. Haec autem fabula seculo demum XII. saltem quod ad undecim millia illarum virginum, quas hic spectamus, attinet, in orbe Christiano narrari coepit; quamvis res gesta ponatur circa IV. seculi finem. Rem hanc ulterius prosequi nec vacat, nec lubet; sed vel hinc mihi satis constare videtur, auctorem inficeti hujus libelli mille ad minimum post Lucianum annos vixisse; donec vir

aliquis doctus aut in Creta insula, aut ubi gentium volet, *decem nobis millia virginum trucidatarum* erunt. Solan.

eod. l. 8. *Νήσῳ ἐν*] *Hom.* Od. *A*, 50. Solan.

ibid. Κρήτην] Neque *Jo. Meursius* in Creta, neque quisquam alius, quidquam, quod sciam, protulit, unde lux certa inferri huic loco possit. Suspicabatur *Maturinus Veyssiere la Croze*, hoc accidisse Aureliani Imperatoris anno tertio, quo Gothi Europam et Asiam caedibus et incendiis vastarunt. Utitur testimonio *Zosimi*, cujus I, 46. haec sunt: *Πρόσω δὲ τῶν Σκυθῶν ἐλασάντων, καὶ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπακολουθούντων, οἱ Κρήτην καὶ Ῥόδον περιπλεύσαντες βάρβαροι, πράξαντες οὐδὲν ἀφηγήσεως ἄξιον, ἀνεχώρησαν.* Conjecturam damnare plane non ausim: charactera autem temporis hinc peti non patiar, (vid. diss. §. 26.) sed cum omnino sit conjecturis agendum, satis quoque probabiles afferri a me posse arbitror. Cretam cum Palaestina saepe confundi, notatum *Huetio*, Dem. Evang. IV, 8, 9. Ipsa Gaza Minoa dicta teste *Stephano Byzant.* h. n. ut prope illam Minois. De magna Cretensium et Gazaeorum cognatione *Bochart.* Canaan. I, 15. et *Lakemach.* Observatt. II, 2, 6. seq. qui colonos Cretensium Gazaeos et caeteros, qui (כרתי) *Crethi* in Scriptura S. appellantur, autumat. Porro cum Imperator Julianus aperte ad gentilem superstitionem relapsus esset, pluribus in locis imperii Romani, magna licentia gentiles adversum Christianos insurrexere, impune scilicet, quidquid ausi forent, sub tali Imperatore laturi. Cujus rei tum alia sunt exempla a nostris, qui tum vixere, scriptoribus relata, tum haud parum ad rem nostram facere videtur, quod *Gregorius Nazianzenus* habet oratione *στηλιτευτικῇ* prima pag. 87. ubi de Arethusiorum, Gazaeorumque in Christianos saevitia hoc inter alia refert: *οὗτοι λέγονται, ΠΑΡΘΕΝΟΥΣ ΑΓΝΑΣ καὶ ὑπερκοσμίους, ἀψαύστους μικροῦ καὶ ὀφθαλμοῖς ἀῤῥένων, εἰς μέσον προαγαγόντες καὶ τῆς ἐσθῆτος γυμνώσαντες, ἵνα τῇ θέᾳ πρότερον ἐνυβρίσωσιν, εἶτ' ἀνακείραντες καὶ ΔΙΧΑΣΑΝΤΕΣ — οἱ μὲν ἰδίοις ὀδοῦσι καθεστιαθῆναι — οἱ δὲ σπαίρουσιν ἔτι*

τοῖς σπλάγχνοις συώδη τροφὴν ἐπισπείραντες, συῶν τοὺς θερμοτέρους ἐπαφιέναι κ. τ. λ. Tradunt eadem *Sozomenus* V, 9. et *Theodoritus* III, 6. Ad eadem tempora pertinet, quod in Martyrologio Ro. ad VIII. Sept. refertur: *Gazae in Palaestina sanctorum Martyrum Eusebii, Nestabi, et Zenonis, fratrum, qui tempore Juliani Apostatae, irruente in eos turba gentilium discerpti atque necati sunt.* Habemus ergo apud Cretenses Palaestinae virgines castas membratim dissectas sub Juliano. Haec quidem magis ad h. l. facere mihi videntur, quam illa, quae e *Zosimo* vidimus. Quod obscure ita Gazam signat auctor, vel eruditionis ostentandae caussa fecisse potest, vel studio obscurare factum, quod invidiae adhuc multum haberet, voluit. Neque vehementer contra dixerim, si quis in ipsa Creta insula tale quid tum contigisse putet. Nam quod μυρίας dicit, nihil nos debet morari, qui insanas hominis hyperbolas plures in exigua commentatione deprehendamus. GESN.

ibid. Κρήτην δέ μιν] Κρήτην δέ τέ μιν. GUYET. Optime. Et sic jam versus restitutus. REITZ.

ead. l. 14. Τάφον] De sepulcro Jovis agit *Jo. Meursius* in Creta III, 4. Add. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Jov. v. 8. Cave autem putes, aliunde de Jovis sepulcro constare Nostro, quam ex *Luciano*, quem semper prae oculis habuit, quique ejus meminit, tum alias, tum in Jov. Trag. cap. 45. GESN.

ead. l. 15. Λόχμια] Hanc vocem emaculavimus: antea enim in omnibus δόχ — legebatur. SOLAN. Λόχμια] Λόχμιον πλάγιον seu obliquum significare, Lexicographi dicunt, quorsum equidem in versione respexi; *valles*, quas interpres etiam adhibet, ex rei natura adjeci: antrum enim esse, communiter traditur. Si quis tamen λόχμια legere velit, Λ in Δ vel λ in δ mutato, ut est facilis harum literarum confusio, non repugnaverim: tum enim lucos virentes significaret, quorsum sequens λόχμαι pertinet. *Platonis* L. I. de Legibus principio commodissimam et amoenissimam ad hoc antrum (Idaeum, in quo educatus Jupiter, ab altero Di-

ctaeo, in quo natus est, distinguendum) a Gnosso adeuntibus viam laudat. Gesn. An λόχμια; *Guyet.* Bene, et hoc recepi. Reitz. Et ego feci. Verum sic jam interpretatio quoque Latina: *obliqua vallium* mutanda erat. Ut autem τὰς λόχμας de *fruticibus* cepi, ita τὰ λόχμια mihi erant totum illud *fruticetum* in valle cum antro. Lemm.

eod. l. 18. *Τὰ ὄργια*] Adscribam verba *Servii* ad *Virg.* Aen. IV, 302. valde huic loco opportuna, cum non adeo obvia sit, quae hic requiritur, *orgiorum* significatio. *Orgia apud Graecos omnia sunt sacra, ut apud Latinos caerimoniae. Sed jam abusive sacra Liberi orgia vocant, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, a furore, vel ἀπὸ τοῦ ὄρους a monte.* In qua quidem etymi ratione alleganda, si modo ipse illam approbat, videtur tollere, quod paullo ante posuerat: utraque enim ratio ad Bacchica sacra respicit. Melius igitur, qui ἀπὸ τοῦ εἴργειν, ab arcendo, vocem natam volunt: occultabantur enim cerimoniae, arcebanturque ab illis curiosorum tum aures tum oculi. Caeterum hoc vult Critias, ignorato illo carmine et cerimoniis, ex Cretensium virginum capitibus non posse Gorgonas fieri, Palladaque eximium aliquid sibi retinere. Gesn.

Pag. 232. *l.* 7. *Ἀσελγ. — μίξεως*] Respicitne ad Il. Ξ, 197. seq. ubi Juno meretriciis artibus Jovem ad concubitum, medio die, in Idae montis vertice, impulit? Jam objecerat hoc Homero *Minucius Felix* XXII, 4. quod narret, *Jovem cesto Veneris illectum, flagrantius, quam in adulteras soleat, cum Junone uxore concumbere.* Et σύγχρονος Nostro *Gregor. Nazianz.* Orat. στηλιτ. I. p. 104. *τίς δὲ ἡ θαυμασία μίξις τοῦ νεφεληγερέτου, καὶ τῆς σεμνῆς Ἥρας, ἡνίκα ἀσχημονεῖν αὐτὸν ἀναπείθει μεσούσης ἡμέρας.* Interpres Gallus ad incestas cum fratre sororis nuptias refert. Sed fere est, ut turpius etiam quiddam suspicer, quod hic Junoni objicitur, de quo *Theophilus Antiochenus* III, 3. *τήν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν μὴ μόνον τὸν Δία γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀῤῥητοποιεῖν.* Et III, 6. *Χρύσιππος δὲ πῶς οὐχ εὑρίσκεται σημαίνειν,*

τὴν Ἥραν στόμασι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διΐ; Haec profecto ἀσελγεστάτη μῖξις, quam etiam in Samo depictam, et a Chrysippo interpretatione physica excusatam memorat *Origenes* contra Celsum lib. IV. p. 196. Gesn.

ibid. Καὶ τοῖν ποδοῖν — ἐκτεταμένην] An leg. καὶ τοῖν ποδοῖν καὶ χεροῖν ἐκτεταμένοιν; i. e. manibus pedibusque fuge, τῷ χεῖρε παρασείσας. *Theophr.* Char. Guyet. Jupiter Junoni suae, quod natum ex se et Alcmena Herculem quovis modo persequeretur, et novissime naviganti boream immisisset, iratus, manibus illius aureo vinculo ad caelum alligatis, a pedibus incudes duas, uxoremque adeo in aethere et nubibus suspendit, fere ut solent, de quibus per carnificem quaestio habetur. Fabula est Iliad. *O*, 18. seqq. Allegoria, quam proferunt Scholiasta ad eum locum, et *Phurnutus*, non nimis videtur inepta, quibus Ἥρα ἀὴρ est, sive aër, ut alias; vincula aurea, stellae; incudes duo, terra ac mare. Tetigit fabulam etiam *Seneca* in Ἀποκολοκ. pag. m. 404. Gesn.

ead. l. 9. Ἐπομόσομαι] Ignotum Grammaticis futurum, qui ὀμόσω tantum et ὀμοῦμαι agnoscunt. Gesn. Nihilominus *Gesnerus*, nescio unde et quam ob caussam, recepit insolens Futurum, et secuti temere sunt *Reitz.* et recentt., quum tamen Edd. vett., quas inspicere mihi licuit, omnes ἐπομόσωμαι recte praebeant. Novum hoc ex multis documentum, quam parum fidei festinantiae et imprudentiae *Reitzii* sit habenda. Lehm.

ead. l. 10. Ὑψιμέδοντα] Quo Luciani personam melius agere videretur, parodias etiam in rebus gravissimis nebulo inserendas duxit. Solan.

ead. l. 12. Πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορ.] Haec, ni vehementer fallor, aetatem auctoris certius, quam quae de Parthorum cladibus habet, dabunt. Sed ista iis relinquimus discutienda, qui historiam dogmatum in ecclesia Christiana curiose perscrutantur: quippe qui aliunde argumentum hisce longe validius ad cap. 9. protulerim, quo res haec mihi plane confici videtur. Solan. Πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορ.]

Ex formula solenni, qua Spiritus S. ex Patre dicitur procedere, quod eo deinde ab Orientalium plerisque tractum est, ut negarent utique a filio etiam progredi. Sed hoc Theologis relinquimus, ut illud etiam, quod hic particula ἐκ et ἐξ, ad unitatem essentiae, personarumque distinctionem indicandam, adhibetur. GESN.

eod. l. 13. Ἓν ἐκ τριῶν] Conf. 1. Epist. *Joan.* V, 7. ubi haec sententia. REITZ.

ibid. Ἐξ ἑνὸς τρία] Distinxi, prout sensus postulat, et prout legitur hoc *Euripidis* carmen apud Lucianum in Jov. Trag. c. 41. ubi habes reliquos. Add. *Stob.* Ecl. Phys. I, 3. *Heracl. Pont.* de Alleg. Hom. p. 441. GESN. Olim scilicet in Edd. sic distinguebatur: Ταῦτα νόμιζε, Ζῆνα τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Ceterum cf. *Gesner.* ad Jov. Trag. c. 41. Tom. VI. p. 603. LEHM.

eod. l. 14. Ταῦτα νόμιζε Ζῆνα] *Euripidis* fragmentum notissimum, quod in incertis exstat v. 3. SOLAN.

eod. l. 15. Ἀριθμεῖν με διδάσκεις] *Moliere* hoc imitatus est in fabula *Le festin de Piere*, Act. III. Sc. 1. Vid. *Theophrast. Raynaud* de bonis et malis libris part. I. Erotem. I. §. 331. pag. 195. LA CROZE.

Pag. 233. *l.* 1. Νικόμαχος] Hujus de Arithmetica libri exstant hodieque duo. Vid. etiam *Phot.* 187. SOLAN. De *Nicomacho* hoc, ejusque arithmeticis, vid. *Fabricius* Bibl. Gr. IV, 2, 1. Quando vixerit, nostra nihil interest, nisi quod ex iis, quae *Fabricius* disputat, apparet, ab eo, qui Trajano victoriam gratularetur, (quod Philopatridis auctorem hoc schediasmate fecisse, quidam volunt) laudari Nicomachum vix ac ne vix quidem potuisse. GESN.

eod. l. 2. Τετρακτὺν] De *tetracty* Pythagorica plena omnia. De octonario *Macrobius* in Somn. Scip. I, 5. qui reliquorum etiam numerorum pandit mysteria. Ὀκτάδα frequentius dici putat, quam ὀγδοάδα *Sa. Tennulius* ad *Jambl.* in Nicom. Geras. p. m. 115. Caeterum inter Valentinianorum somnia fuere tetractys, ogdoas et triacas. Vid. *I. Fr. Budeus* de haeresi Valent. §. 5. p. 424. et reliqui, qui de

hac haeresi egere. Gesn. De tetracty Pythagorica vid. supra Vit. Auct. c. 4., et pluribus ad Dial. pro Laps. c. 5. Reitz.

ead. l. 4. *Σίγα*] Senarium esse, adscripsere *Guyet.* et *Menag.* Reitz.

ibid. Σίγα τὰ νέρθε] Christianorum formulae formulis gentilium longe notiores huic exstiterunt. Unde hanc habeat, incertum; ex *Euripide* tamen videtur desumta. Vide Joy. Trag. cap. 3. Solan.

ead. l. 5. *Τὰ ψυλλῶν ἴχνη*] Respicitur procul dubio ad *Aristophan. Νεφ.* 143. seqq. ubi quanta arte, quibusque machinamentis, culicum vestigia et saltus demensus fuerit Socrates, multo cum sale enarratur: quod ipsum forte in proverbium deinde abiit. Gesn.

ead. l. 8. *Γαλιλ. — ἐς τρίτον οὐρανὸν ἁρ.*] Quis ille *Galilaeus in tertium caelum raptus?* Priora Jesum Christum, posteriora ad Paulum spectant. Cujus caput et faciem describit? nonne Pauli? certe non Christi, cui soli sequentia tribui par fuit. Solan. *Γαλιλαῖος — ἀναφαλ.*] De appellatione Galilaei expositum in diss. §. 37. Hic illud monere satis fuerit, neque Paulum, neque ipsum Jesum Christum hic intelligi videri, sed quemcunque doctorem, cui derisor hic descriptionem, quam ipse ridiculam credit, accommodat. Gesn. *Γαλιλαῖος*] Sic Christianos et Celsus et Julianus Apostata vocabant; vid. *Dodw.* diss. Cypr. XII. Quae Paulo objiciebant Ethnici, vid. acta Phileae et Philoromi in *act. martyr.* sel. p. 549. La Croze.

ibid. Ἐνέτυχεν] Vid. acta Theclae in Spicilegio *Grabii* T. I. p. 95. in ima pag. et p. 120. it. p. 334. med. La Croze.

ibid. Ἀναφαλαντίας] *Reburrus, recalvaster.* Conf. T. I. Tim. §. 47. ibique *Hemsterh.* Reitz.

ibid. Ἐπιῤῥινος] Vix credo, alias hanc vocem occurrere, cum *Pollux* pariter atque *Camerarius*, ubi de naso tractant ex instituto, ille II, 72. hic p. 110. seq. Comment. utriusque linguae, nullam ejus mentionem faciant. Nec

Coelius Rhodiginus cum Antiqq. Lect. III, 30. de naso agit, quid hoc sit, vocabuli explicat. Sed Gloss. Gr. Lat. Vulcan. ἐπίρινος, nasutus. GESN.

ead. l. 9. Ἐς τρίτον οὐρανὸν] Manifeste ridet Pauli ἔκστασιν, quam phrasi *Aristophan.* ex *Nεφ.* 225. exprimit. Ibi enim Socrates caelestium rerum contemplationi intentus, et quid rei ageret, interrogatus, ἀεροβατῶ, inquit, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. GESN.

ead. l. 10. Δι' ὕδατος] Neque hic obscurum est, baptismum rideri. GESN.

ead. l. 11. Ἴχνια] Forte ante oculos habuit auctor illud, quod inter *aurea*, quae vocantur, *Pythagorae carmina* relatum est: Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει. Quamquam si sensum magis, quam verba sequamur, in nostris libris etiam *Luc.* I, 79. scriptum est, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, pro eo, quod alias conversionem vocant Theologi. GESN. Cf. etiam *Homericam* dictionem — ὁ δ' ἔπειτα μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο. Odyss. *II*, 406. LEHM.

ibid. Παρεισώδευσε] Praepositiones, quibus junctum est hoc verbum, clandestinum quid, et fraudulentum alias significant, ut in παρεισάγειν et παρείσακτοι, παρεισβάλλειν, παρεισδύεσθαι, παρεισέρχεσθαι, παρεισπίπτειν, παρεισρεῖν, apparet. Forte id sibi vult Triepho, magistrum illum suum suo jure caelum ingredi, discipulos magistro adhaerentes una clam irrepere. GESN.

ibid. Ἀσεβῶν χώρων] Possis quidem ad coetum seu communionem impiorum referre, quam πονηρὸν αἰῶνα κ. τ. λ. nostri vocant; sed tamen secutus mihi videtur auctor *Lucianum* suum, qui et de Luctu. c. 8. et Ver. Hist. cap. 17. et alias forte, de inferis, ubi mali puniantur, hac ῥήσει usus est. GESN.

ead. l. 12. Ἐπ' ἀληθείας] Quid ἀλήθεια apud sacros scriptores sit, nemini ignotum est paullum θεολογήσαντι. Sed forte illud sibi voluit Triepho, pro homine habendum non esse, qui humiliter adeo et abjecte de Diis sen-

tiret; per disciplinam autem, quam ipse profiteretur, ab belluino ingenio ad humanum cultum posse traduci, qui non repugnarent. Quod quidem philosophi fere pollicebantur universi. Gesn. Nescio, an aliud mysterium lateat, quam ut vulgo accipitur pro *re vera*, uti apud *Demosth.* de cor. pag. m. 520. f. vel ἐπ' ἀληθείᾳ apud *Aristoph.* Plut. 892. Reitz.

ead. l. 14. *Διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι*] Verba sunt *Euripidis* in Or. v. 757. Solan. Quapropter et *Reitzianum* commentum ἔχομαι prorsus est rejiciendum. De formula ipsa διὰ φόβου ἔρχεσθαι et similibus consulendus *Matthiae* Gr. Gr. §. 580. e. Lehm.

ead. l. 17. *Ὀρνιθας ποιημάτια*] Quamquam drama unum est, idque satis longum, quod ὄρνιθες seu Aves vocatur, haud immerito tamen *τῶν ποιηματίων* nomine insignitur, ob crebras per choros, systemata, odas, epirrhemata etc. concisiones, quae bonam partem sententiam etiam per se absolvunt. Locus, qui prae manu est, habetur v. 696. seqq. Gesn.

ead. l. 19. *Ἐγχεχάραχται*] Utitur voce et *Noster* infra c. 17. et *Lucian.* in Catapl. seu Tyranno c. 4. Gesn.

Pag. 234. *l.* 1. *Χάος*] Exstant etiamnum carmina ista apud *Aristophan.* Av. p. 573. Ed. *B.* quod miror fugisse eruditissimum *Grotium*, qui not. 5. ad L. I. de ver. Rel. Christ. c. 16. ait a *Luciano* et *Suida* conservata, cum ipse in Avibus esse dixisset, quam fabulam *Aristophanis* exstare adhuc, eum latere non poterat. Vid. *Gall.* ad *Lactant.* p. 22. Solan.

ead. l. 7. *Βραδύγλωσσος*] Mosem haec non dubia nobis nota indicat. Solan. *Moses* Exod. IV, 10. *kabar leschon* (כבר לשון) sese ipse vocat, quod οἱ ο′ transtulere *βραδύγλωσσος*, et ab his Noster ad insultandum divino vati mutuatus est. Gesn.

ead. l. 8. *Γῆν ἔπηξεν*] *Ps.* XXIV, 2. Deinde ex *Jes.* XLIV, 24. *ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν.* Caeterum observarunt pridem viri doctissimi, vel ideo etiam siderum in hexaëmero creatorum mentionem

a Mose fieri, ut eo magis hominum animos ab eorum cultu, id est, antiquissimo pariter et absurdissimo idololatrias genere averteret. Si enim creata sunt a Deo sidera, quidni, relicto architecto, honorem opificio deferre, extremae foret stultitiae? GESN.

ead. l. 9. *Δρόμον*] *Τούτων* hinc forte excidit negligentia librarii. GUYET. Quid operarum negligentiae in hoc libro describendo, quidve ipsius auctoris corrupto judicio tribuendum sit, difficile est ubique definire. Nec h. l. equidem quidquam definiam. LEHM.

ead. l. 10. *Ἐκ μὴ ὄντων*] *Hebr.* XI, 3. dicitur *ἐκ μὴ φαινομένων*. Nota est *Exucontiorum* haeresis, quod nominis in eam Arianorum sectam dicebatur, qui affirmabant, Christi servatoris divinam etiam naturam *ἐξ οὐκ ὄντων* a Deo esse productam. Unde satis constat, Christianos illorum temporum de creatione ita, ut hic noster, loqui solitos. GESN.

ead. l. 12. *Ἐν βίβλοις*] Haec sumta ex *Apoc.* XX, 12. 2. *Thess.* I, 6. *Act.* XVII, 31. quivis videt. GESN.

ead. l. 13. *Ἦν ἡμέραν*] Subaudi *καθ' ἣν ἡμ.* GUYET.

ead. l. 14. *Τὰ δὲ τῶν Μοιρῶν*] Cum de providentia Dei loquentem audit Triephontem Critias, haud immerito in mentem illi venit absurdi istius Parcarum commenti. Caeterum quod plurium numero dicitur *ἐγχαράττουσιν*, illud absolute et quasi impersonaliter positum arbitror, fere ut Ebraei, cum de Deo etiam loquuntur, pluralem numerum saepe adhibent, cui tamen phrasi aliquid arcani sensus, et umbram saltem Trinitatis inesse, non est cur negemus. Fieri etiam potest, ut respexerit Critias ad expressam trium in divinitate hypostaseων mentionem. Caeterum postea et hoc idem verbum plurium numero recurrit, et exemtae actionis verba, quae vocant Grammaticorum filii, eodem numero efferuntur: *ἐκπέμψουσι, ἐπιστρωννύσουσι, καταξουσι*, κ. τ. λ. GESN.

Pag. 235. *l.* 2. *Μαθητιῶν*] *Aristoph.* verbum *Νεφ.* 183. Gesn.

ibid. Παρὰ] Sic rescripsimus ex Ed. *Salm.* pro vulgato *περί*. Vid. nott. ad Asin. c. 3. Vol. VI. pag. 509. hujus Ed. ad v. *περὶ Δεκριανοῦ*. Add. supra cap. 9. pr. ubi pro *περὶ σοῦ εἰδέναι*, quod habent Edd. quaedam, recte ex *J.* et *Salm.* itidem repositum *παρὰ σοῦ εἰδ.* Bip.

ead. l. 4. *Μοῖραν*] *Hom.* Il. *Z*, 488. allegat etiam *Lucian.* Apol. pro Merc. cond. c. 8. et *Diogenianus* Peripateticus apud *Euseb.* Praep. Evang. VI, 8. p. 263. Gesn.

ead. l. 6. *Οὐδὲ γὰρ*] *Hom.* Il. *Σ*, 117. seq. Gesn.

ead. l. 8. *Ἥρης*] Quae tanquam Jovis sui ex pellice spurium, muliebribus odiis eum et plus quam novercalibus prosequeretur. Gesn.

ead. l. 11. *Ἔνθα δ'*] *Hom.* Il. *Y*, 128. et Od. *H*, 196. seqq. Solan. Od. *H*, 196. seq. *Lucian.* Apol. pro Merced. cond. cap. 8. Utroque autem loco pro *γιγνομένῳ*, quod noster habet, est *γεινομένῳ*. Et ita etiam *Diogenianus* ap. *Euseb.* Praep. Evang. VI, 8. p. 263. Caeterum paullo aliter eandem sententiam poëta efferi Il. *Y*, 127. *Ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται ἄσσα οἱ αἶσα Γεινομένῳ ἐπέκλωσε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μητήρ.* Gesn.

ead. l. 12. *Κατακλῶθες*] Scholia parva ad Od. *H*, 197. et inde *Suidas* ita explicant: *αἱ κατακλήθουσαι καὶ καταμοιροῦσαι ἑκάστῳ τὸ εἱμαρμένον*, id est, ipsae Parcae: paullo aliter atque est in Lexico Basileensi, ubi per *accumulationes flaminum* vox explicatur, quamquam ipsa *Suidae* verba modo adducta Graece subjuncta sint. Gesn.

ead. l. 15. *Ἡδ' ὡς Αἴολον*] Ex Od. *Ψ*, 314. sed immutata. Solan. Od. *K*, 1. seq. historia ipsa narratur, sed quos Noster adducit versus, mutata persona leguntur Od. *Ψ*, 314. seq. *Ἡδ' ὡς Αἴολον ἵκεθ', ὃ μιν πρόφρων ὑπέδεκτο, κ. τ. λ.* Gesn.

Pag. 236. *l.* 2. *Τὸν υἱὸν*] *Τὸν Σαρπηδόνα.* Guyet.

ead. l. 3. *Θανάτοιο*] Il. *Π*, 442. et mox v. 459.

seq. ubi versus suppletur vocula δὲ post αἱματοέσσας inserta. GESN.

ead. l. 8. *Διὰ τοῦτο*] Id est, evidenter adeo doctrinam de Parcarum numine ex *Homero* tibi probatam dedi, ut cum omni tua sapientia non habeas, quod contra dicere possis. GESN.

ead. l. 9. *Τοῦ διδαχάλου*] *Χριστοῦ* scilicet. GUYET.

ead. l. 13. *Συγκῦρσαι*] Epenthesis Aeolica in hoc verbo frequens. Dicitur enim ita pro *συγκῦρμι*. Infra tamen cap. 23. *συγκυρῆσαι* eodem sensu a *συγκυρέω* formatum reperio. Cogitare aliquis poterat, legendum forte esse quarto casu, *πράξαντα, ποιήσαντα*, ut paullo post pro *ἐπιβαλλομένῳ, ἐπιβαλλόμενον*, certe structurae id ratio exigebat. Sed potest intelligi *μοῖραν*, vel *εἱμαρμένον εἶναι*, vel potest pendere ab *ἐπιλέγει*. GESN.

ibid. Ποιήσαντι] Nondum certum mihi est, an *πράξαντι* et *ποιήσαντι* culpa librarii scriptum, pro *πράξαντα, ποιήσαντα*, cum ellipsis possit esse *τοῦ εἶναι*, vel *ἀνάγκη*. Sed c. seq. *ἐπιβαλλομένῳ* aliud est. REITZ.

ead. l. 15. *Διχθαδίας*] Il. *I*, 410. seq. GESN.

ead. l. 18. *Ἵκωμαι*] Additur apud *Hom. φίλην δ' εἰς πατρίδα γαῖαν*. GESN. Particulam δ' post *φίλην* alieno loco positam repetiit hinc *Schmiederus* in hemistichio sine idonea caussa adjecto. Ceterum juverit notasse, *ἵκωμαι* legi in omnibus Philopatridis nostri Edd., praeter unam *Bas.* 3., ubi mendose *ἵκομαι*, quum in *Homero* ipso *ἵκωμαι* habeant aliae Edd., aliae *ἵκοιμι*, de qua formae varietate adeundus *Thierschius* Gramm. dialecti Hom. maj. §. 216. 47. LEHM.

Pag. 237. *l.* 1. *Αἰὼν*] *Benedictus* in hoc versu *Homerico* intercidere passus est *αἰὼν*, quod servant antiquiores. JENS.

ead. l. 4. *Ὅς ῥ' ἐΰ*] Il. *N*, 665. seq. GESN.

ead. l. 5. *Πολύϊδος*] *Τὴν Πολυΐδου μαντικὴν* inter ea, quae saltatorem nosse deceat, et saltando opporteat exprimere, refert *Lucian.* de Saltat. c. 49. Meminit etiam

Dial. ad Hesiod. pr. (Tom. VIII. huj. Ed. p. 142.) Mirabilis de Polyido historia est apud *Apollod.* Biblioth. III, 3. quam credibiliorem explicando facit *Palaephatus* περὶ ἀπίστων cap. 17. Add. *Hygin.* fab. 186. Caeterum Πολύϊδος forte dictus διὰ τὸ μάντιν ὄντα πολλὰ εἰδέναι. Gesn.

ead. l. 10. Οὐχὶ τῷ Αἰγ.] Lego, οὐ μοιχῷ Αἰγίσθῳ. Palm. Od. *A*, 35. seq. *Palmerius* legit, οὐ μοιχῷ Αἰγ. Gesn.

ead. l. 12. Ἐπιβαλλομένῳ] Pendet hoc verbum a καθέλμαρται. Gesn. Non video, rectius dici ἐπιβαλλόμενον, ut vir cl. p. praec. vult; nam dativus ille cohaeret cum praemisso εἴρηκεν et καθέλμαρται. Et licet accusativus, praecedente etiam dativo, recte sequatur, (vide supra ad Electr. c. 3.) tamen id perpetuum non esse, quin vel minus frequens, quam eundem casum continuari, facile patet; sed jam ipse hoc agnovit. Reitz.

ead. l. 14. Τὸν πλησίον] Ut in sacris, pro quovis homine, qua notione aliquoties etiam a *Luciano* adhibetur, e. g. Necyom. c. 16. et Tyran. cap. 15. Gesn. Adde Nostrum. de Calum. c. 7. et 10. Et *Long.* Past. I, 15. ubi recte τῶν πλησίον ed. princeps, πλησίων recentior; licet vicini ibi intelligantur. Reitz.

ead. l. 15. Παρὰ τῆς Δίκης] Compara *Act. Apostol.* XXVIII, 4. prorsus enim eadem res utrobique agitur. Neque hodie multo aliter nostri homines. Videtur autem quasi προσωποποιεῖσθαι hoc loco δίκη, ut saepe a multis, et a Luciano in Bis Accusat. factum, ubi loquentem et jus dicentem introduxit. Add. *Clemens* Protrept. pag. 16. *Hesiod.* intra octo versus huic vocabulo quatuor diversas potestates subjecisse observat *Cleric.* Ar. Crit. P. II. s. 1. cap. VI. §. 15. ubi provocat etiam ad Silv. phil. c. 5. Gesn. Proxime compara Dissert. c. Hes. c. 7. 8. Tom. VIII. p. 146. notante etiam *Fritzschio* Quaestst. p. 214. Lehm.

ead. l. 16. Οὐδέ σ' ὦκα θέμις] Locum *Homeri* qui inspexerit, facile illud θέμις expungendum esse, mecum

sentiet; quod unde aut cur invectum sit, miror. Solan. Versus distortus ex Il. *I*, 416. ita posset restitui, *οὐδέ κε σ' ὦκα θέμιστι τέλος θανάτοιο κιχείη*, qua ratione sensui etiam consultum foret melius. Vix enim, nominativum *θέμις* posse adverbii vicem sustinere, arbitror. Gesn.

Pag. 238. *l.* 3. *Βίβλοις τῶν ἁγ.*] Liber vitae ex nostra disciplina vocatur. Vid. *Phil.* IV, 3. *Apoc.* XX, 16. etc. Gesn.

ead. l. 4. *Ἀναχυκλεῖς*] Supra cap. 2. Noster, et *Lucian.* Nigrino cap. 6. eo sensu hoc verbum adhibent, ut significet recolere memoriam rei, eamque quasi ruminare, quae solennis etiam est significatio, (an enim distinguant veteres duo verba *ἀναχυκλέω* et *ἀναχυκλόω*, non habeo certi quid dicere;) sed est aliquid apud *Longinum* *περὶ ὕψους* Sect. 22. quod huic loco et rei melius videtur convenire. Nimirum de hyperbato agens, *εἶτ' αὖθις*, inquit, *ἐπὶ τὰ πρῶτα ἀναχυκλοῦντες*, ad institutum rursus sermonem reversi. Hanc proinde rationem in interpretatione secutus sum. Gesn.

ead. l. 5. *Τὰ τῶν Σκυθῶν*] Forte cum respectu ad *Coloss.* III, 11. Gesn. Vid. nott. *Gaulmini* in vitam Mosis p. 213. La Croze.

ead. l. 7. *Χρηστὸς*] De hac voce disputatum in dissert. §. 21. Gesn. Vid. *Huet.* Dem. Evang. p. 61. Et *Lactant.* L. IV. c. 7. la croze. Ac Dissert. *Rossal.* de Christo in Chrestum mutato. Reitz.

ibid. *Ἐν ἔθνεσι*] Vel hinc manifesto Christianum arguere licet. Sed errant mea quidem sententia omnes, qui vocem *χρηστὸς* a vulgari et trito sensu aliorsum trahere conantur. Solan. *Ἐν ἔθνεσι*] Vox sacris fere scriptoribus propria, eos, qui extra ecclesiam sunt, significat. Qua ratione novum sententiae nostrae, de *χρηστῷ* neque Christo neque Christiano, argumentum accederet. Si enim *ἔθνη* seu gentes sunt, qui non sunt Christiani, qui dicere potest Triephon, illos ex gentibus scribi in libro vitae, qui sint Christiani? Bonos autem viros esse inter gentiles, quis neget? et notum est, Christianorum etiam multos iis gentilium, qui

honeste viverent, salutem aeternam denegare non ausos. GESN. Adeo luculenter haec, et quae idem *Gesnerus* noster in Dissert. §. XXI. disputavit, exposita sunt, ut jam vix amplius de Christo aut Christianis h. l. cogitari possit. Quod autem *Belinus* in eo offendit, quod sic proborum tantum vita in libris coelestibus describi videatur, quum et supra et infra idem Triepho dicat omnium hominum, sive proborum, sive improborum, vitas commentariis illis contineri, id certe non hanc vim habet, ut *Gesneri* argumentatio irrita reddatur. Nec *Wielandius*, quem eadem observatio offendit, ea est permotus, ut secus statueret, ac *Gesnerus*. Merito autem a *Wielandio* inconstantia quaedam in hac caussa ipsi Triephonti tribuitur; qua nunc omnium, nunc tantum proborum, hominum vitam a deo consignatam dicat. Verum et haec inconstantiae species minui aliquo modo possit, siquidem id agas, ut argutando, non argumentando, subvenias Triephontibus. LEHM.

ead. l. 10. *Εὐστόμει*] Ex *Aristoph. Νεφ.* 831. seq. ubi legitur *εὐστόμει, καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιούς*. Unde suspiceris, et hic legendum *θεὸν δεξιόν*. Syntaxeos certe ratio id exigebat; nisi dura satis ellipsi *τὴν κατὰ* omissam dicamus. Caeterum nomen *δεξιὸς*, Dei epitheton, illustravit *Spanh.* ad *Callim.* H. in Cerer. v. 32. GESN.

ead. l. 11. *Κατηχούμενος*] Proprium Christianorum verbum. Res notior est, quam ut ei diutius immorari opus sit: observo tamen, in Asino de animali usurpari, cum docetur; et in Jov. Trag. quod opusculum certe Lucianeum est, de pueris c. 39. qui locus probe observari meretur. SOLAN. Manifeste ad Christianorum Catecheses alludit, et Catechumenos. GESN.

ead. l. 12. *Ὡς δέῤῥῖνν*] Ex scriptura sacra petita haec imago. Vid. *Ps.* CII, 25, CIV. *Hebr.* I. et *Es.* XXXIV, 4. Quamquam aliis paullo verbis res eadem repraesentatur. *Clem. Alex.* p. 30. C. SOLAN. Ita οἱ ο′ *Ps.* CIV, 2. *ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥῖνν*. GESN.

ead. l. 15. *Σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι*] Dativi absolute positi, ut alias genitivi. Vid. *Er. Schmidius* ad *Matth.* VIII, 1. Ita *Lucian.* Prometh. c. 6. *ἐπιτραπέντι σοι μοιράσαι τὰ κρέα.* Vix enim est, ut ad sequens mox *σεαυτῷ* referas, cum nescio quid inconcinni pariat, et redundans, atque a facilitate Luciani alienum. Caeterum argumentatio ipsa nimium quantum vacillat. Quam multa servorum fugiant dominos, qui ex vita quotidiana nondum didicit, discat ex Comicis, quotquot sunt, omnibus. GESN.

ibid. Κατασκευάσαντι — σε διέλαθεν] Ut *ἀνακόλουθον* in his cum *Gesnero* agnosco, ita in illis Prometh. 6. non opus credo idem statuere: nam cum *ἐγὼ ἐπιτρέπομαι τοῦτο* amet construi, adeoque et *σοὶ τοῦτο ἐπιτραπέντι* regulariter dicetur, quando aliud verbum dativ. postulans accedit. Itaque ibi nexus erit, *ὅτι ἐφύλαττες σεαυτῷ ἐπιτραπέντι σοι μοιράσαι τὰ κρέα*· adeoque abundantia pronominis fuerit potius, quam *ἀνακόλουθον*. Si cui tamen secus videtur, ei non magno opere contenderim. REITZ.

Pag. 239. *l.* 2. *Διαδραμεῖν*] Frequenter veteres Deo illum percurrendi omnia actum tribuunt; quidam etiam *θεὸν ἀπὸ τοῦ θέειν* dictum volunt. *Plato* in Phaedro, atque ex illo *Athenagoras* Legat. pro Christ. p. 94. Ed. *Dechair.* *ὁ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα*, κ. τ. λ. in quam ejus *ῥῆσιν ἀποσκώπτει Lucianus* Revivisc. c. 22. Forte ita si non sentiendi, certe loquendi occasionem dedere vetustissimi idololatrarum, qui in sole, unico aut summo numine, cursus inprimis velocitatem incredibilem, omniumque rerum curatissimam quasi inspectionem mirabantur, (Il. *Γ*, 277. *Ἥλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις*) unde ille etiam *πάντα θεὸς βλέπει, θεοῦ ὄμμα*, et similia forte orta sunt. Plura habet in hanc sententiam *Macrobius* Saturnal. I, 17. seq. inprimis c. 24. et *Julianus* laudatione in Solem. Minime autem haec ea a me disputantur, ut providentiae Divinae vel ex rerum creatarum consideratione, vel ex traditione, notitiam gentiles habuisse, negem. Taceo, quod per metaphoram haud insolentem locus,

qui prae manibus est, aliique id genus explicari commode possunt, quemadmodum de mente humana Thales apud *Diog. Laërt.* I, 35. *τάχιστον νοῦς, διὰ παντὸς γὰρ τρέχει.* Unde nec sacrae literae Deo currum tribuere dubitant. Gesn.

ead. l. 3. *Κόττα βος*] An *τῷ μάνει ἀνθρωπίσκῳ* similes? *Tzetzes.* Guyet. Converti *cottabus*, auctore *Plauto*, quamquam ille facetiarum magister ad aliam rem vocabulum detorquet. Locus est in Trinum. IV, 3, 4. *Cavesis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent.* Scilicet ludi genus est, cum vini reliquiis de poculo ad solum vel pelvim subjectam elidendis, sonus certa arte excitatur. Res vel ex Lexicis et *Plauti* Commentatoribus nota. Id igitur vult Triepho: Dii tui, o Critia, adeo contemtui sunt et deridiculo sapientioribus, ut inde, quod illi rerum omnium sunt ignari, progredi ad negandam veri numinis providentiam minime fas sit; ea ratione, ut illi, qui a muribus negat domum magnificam posse exstrui, mirum non videri debet, si id possunt homines. Gesn. De formula dicendi ipsa omnino cf. Varr. Lectt. ad Demosth. Encom. c. 32. a). Lehm.

ead. l. 4. *Καί με — παθεῖν*] *Ἀνακόλουθον* est, vel ellipsis satis dura verbi *ἐποίησας*, qua ratione etiam locutus videtur magister nostri, *Lucian.* in Contemplant. cap. 2. *σὲ δὲ αὐτὸν κωλύσει*, (*τὸ πρᾶγμα* vel *ἡ διατριβὴ*) *ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν* (*ποιήσει*). Si enim *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* verbum *κωλύσει* subaudias, contrarius dicentis scopo sensus emerget. Aliter tamen vir doctiss. *Jensius* in Lect. Lucian. pag. 132. qui *ὡς* post *ἔργα* putat excidisse: quod magis probarem, si legeretur *ζημιοῦσθαι*. Gesn.

ead. l. 5. *Παθεῖν*] Sed vid. *Hemst.* ad Contempl. §. 2. Reitz.

ibid. Ἄνθρωπος ἀναπέφηνα] Refertur ad id, quod supra Critiae promiserat Triepho, *καὶ σὲ ποιήσω ἐπ' ἀληθείας ἄνθρωπον.* Gesn. Similiter Diall. Mortt. X, 9. *ἀνθρωπινώτερος γὰρ νῦν ἀναπέφηνας.* Lehm.

ibid. Ὥστε τοῦτον τὸν θεὸν] Jam demum igitur

post longissimam quasi digressionem ad propositum sermonem reditur. Cum enim per Jovem jurare vellet Critias, id, quod narraturus esset Triephonti, non esse magicum aliquod carmen, locum ille nactus totum Deorum concilium caelo exturbat, Parcisque sua eripit cum ipso fuso stamina, doctrinam denique de Deo et providentia veriorem profert, quibus ita transactis, redit denique Critias ad jusjurandum, dicitque hunc a Triephonte sibi indicatum Deum se adjicere tentato superius aliquoties jurijurando, ut scilicet firmum tandem aliquando fiat. GESN.

ead. l. 8. *Εἴπερ ἐκ καρδίας*] Vid. *Aristoph. Νεφ.* pag. 45. SOLAN. Aristoph. *Νεφ.* 86. *Ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῆς καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς.* GESN. Locutio scriptoribus sacris familiaris; vid. Evang. *Joan.* VIII, 37. *Rom.* VI, 17. etc. REITZ.

ibid. Ἑτερεῖόν τι] *Γρ. ἑτεροῖόν τι.* GUYET. Alias *ἑτεροῖον* scribi solet, neque altera forma usquam, quod sciam, apparet. Cum tamen, quos videre licuit, editi eam servent, mutare nolui, licet saepe in sphalmata eadem consentiri deprehenderim. De re ipsa quod est, videtur hic auctor argutari voce *ἕτερον*, quae sequitur, ut supra fecerat verbo *ἐπωμόσατο.* GESN.

ead. l. 9. *Ἕτερον*] *Homericum*, e. g. Il. *I*, 313. *Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ βάζει. Lucian.* Apol. pro Merc. Cond. cap. 6. *Ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγων.* GESN.

ibid. Κεύσῃς μὲν] *Μὲν κεύσῃς* Ed. *Gesneri*, forte errore operarum; nam in al. Edd. recte *κεύσῃς μὲν* ad versum. In *Amst. μὲν κεύσῃ*, quod ad versum etiam bonum. In *Hom.* l. d. est: *Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει.*— Et *Lucian.* pro Merced. cond. c. 6. *ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγων.* Sed et ego *μὲν* ante *κεύσῃ* collocatum malim; modo in media forma locum haberet. REITZ. Error iste operarum, quem suspicatur *Reitzius* in *Gesn.* Ed. inesse, nullus est: nam *μὲν κεύσῃς* cum *Gesnero* habent omnes, quas inspexi, Edd. vett. Sed *κεύσῃς μὲν* unde *Reitzius* habeat,

quem, ut solent, recentt. confidenter secuti sunt, nequeo didere. Jam licet κεύσῃς μὲν magis sit ad versum, ut ait *Reitzius*: alterum tamen, licet turbet numeros, praeferendum editori duxi, non tantum, quod, quam auctoritatem *Reitzius* sibi sequi visus est, parvi prorsus facio, sed imprimis ob similitudinem loci Lucianei Pro Merc. Cond. c. 6., ubi auctor scribens: καὶ ἕτερα μὲν κεύθων etc. eadem libertate usus a verbis *Homeri* recessit. Quod autem in *Amst.* Ed. μὲν κεύσῃ legi traditur, hoc vero aut errori operarum factum puto, aut profectum ab eo, qui numeros turbatos restituendos hunc in modum sibi persuasisset. Lehm.

ead. l. 12. Κατωχριάσω] Pertinet ad illud, quod ab initio Critiae dixerat Triepho, ὠχρός τέ σεν εἶλε παρειάς. Sed quae haec est insania? prius caveri jurejurando sibi jubet, ne malum ex auditione nanciscatur, jam eadem omnia vult ipse in se experiri, quae ante Critias. Gesn.

ibid. Ἀλλοιωθῶ] Supra ὅλον σεαυτὸν ἠλλοίωκας. Gesn.

ead. l. 13. Ἀπαυδήσω] Peculiarem apud Graecos vim habent dicendi verba, si cum ἀπὸ conjungantur. Praeter enim abnuendi vel negandi significationem, quae prima est et naturalis, defectionem aliquam virium notare videntur, ut aliquis cogatur *renuere* laborem, vel longiorem etiam vivendi moram. In praesentia tantum ex *Luciano* quaedam in hanc rem afferemus. Igitur hoc ipso ἀπαυδᾷν qua diximus ratione usus est de Merc. Cond. c. 39. πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα καὶ ἀπηυδηκότα. Ἀπαγορεύειν autem idem auctor ita adhibuit: in Cataplo s. Tyranno cap. 18. οὐ γὰρ δέδια μὴ ἀπαγορεύσας ἀποπνιγῶ de Gymnasiis c. 24. πρὸς κρύος ἀπαγορεύειν. Ita in Icaromen. c. 20. Luna conqueritur: ἀπείρηκα πολλὰ καὶ δεινὰ παρὰ τῶν φιλοσόφων ἀκούουσα. Vid. Pe. Fab. Agonist. I, 8. Gesn.

ibid. Ἀλλ' ὡς] Senarius. Guyet.

ead. l. 14. Ἐκπλῆξιν] Ut supra c. 6. κατάπληξις, pro sermonibus ἐκπληκτικοῖς. Gesn.

ead. l. 17. Παρὰ τοῦ πνεύματος] Mirum, nisi

respicitur ad *Act.* I, 8. λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. GESN. Conf. *I. Elsner.* ad Evang. *Matth.* X, 20. REITZ.

Pag. 240. *l.* 2. Δέγμενος] Il. *I*, 191. de Patroclo Achilli lyram tractanti auscultante. *Lucianus* etiam utitur in Amoribus fin. GESN.

ead. l. 5. Ἔφυντο] *Lucianus* Hermot. c. 9. f. προσφὺς ἂν ἀπέτραγε τὴν ῥῖνα. Et ita in Lapithis cap. 44. Adeo igitur auribus ora admovebant, de quibus Noster loquitur, ut viderentur eos morsu sibi decerpere invicem voluisse. GESN.

ead. l. 6. Τὴν χεῖρα τοῖς βλεφάροις] *Athenaeus* XIV, 7. inter saltationum genera, Ἦν δὲ σκῶψ τῶν ἀποσκοπούντων τὸ σχῆμα ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων. GESN.

ead. l. 8. Πολιτικὸν] *Politicum* vocat, quod tanquam Peraequator seu ἐξισωτὴς aliquam τῆς πολιτείας partem administraret. *Gregor. Nazianz.* epistola 197. scripta est ad τοὺς πολιτευομένους, quos objurgat, quod Theotecno ex arte, quam profiteretur, ζημίαν, ut odiose vocat, hoc est, tributum imponerent. Ita oratione IX, p. 155. eidem Episcopo τῆς πολιτείας ἐπώνυμοι, et p. 156. οἱ ἐν πολιτείᾳ, sunt ἐξισωταὶ, seu Peraequatores. GESN.

ead. l. 10. Ἐξισωτὴν] Vid. *Suid.* et not. et *Plut.* v. 1464. 1. SOLAN. Recentiores Lexicographi hanc vocem, ceu labentis, puto, Graecitatis, omittunt: *Suidas* et *Hesychius* per ἐπόπτης simpliciter explicant. *Varinus* addit ἀναγραφεύς, cum quo conveniunt Glossae MSS. apud *Cangium* in glossario, qui caeteroquin ex adductis auctorum locis vim vocabuli satis explicat. Antiquiorem non laudari *Eusebio*, in disputatione jam dictum §. 28. Inscriptio, quam ad *Eusebii* l. c. ex *Grutero* 361. I. profert *Valesius*, Constantini M. aevo non potest esse antiquior. Siquidem L. Aradius Valerius Proculus, cui posita est, consul fuit A. D. CCCXXXX. Collega Acindyno, quod probavit *Th. Reinesius* classe VI. Inscript. 122. p. 459. Rem ipsam diligenter ex-

posuit *Jac. Gothofredus* ad tit. 11, 13. Codicis *Theodosiani de Censitoribus, Peraequatoribus et Inspectoribus.* Eo autem summa redit: Peraequatores, Gr. ἐξισωταὶ, fuere, qui quantitatem seu modum census aequarent, ut aequabilitas inter tributarios servaretur. Erant igitur quasi retractatores census, unde ἐπανόρθωσιν illis tribuit *Gregor. Nazianz.* Ep. 198, cujus exstat etiam peculiaris oratio, nona scilicet, quam, ut titulus habet, εἰς τοὺς λόγους, καὶ εἰς τὸν ἐξισωτὴν Ἰουλιανὸν, amicum suum, habuit, quem rogat, ut et alias aequum se praebeat, et speciatim τῷ τῶν ἱερῶν χορῷ, qui nihil pro Caesare haberent, omnia pro Deo, parcat. Caeterum in ipsa oratione ἐξισωτὴν eum non vocat, sed γραφέα. In notis monetur, alios ἀπογραφέα legere, φόρων γραφέα alios, quo confirmantur, quae paullo ante de nomine diximus. Huc facit etiam illud, quod Epist. 166. eundem Julianum rogat *Nazianzenus*, ut aliquot Clericos ἀπὸ τῆς γραφῆς liberet. Ex Epistola autem 168. apparet, Julianum voluisse, κοινωνὸν sibi esse Gregorium τοῦ κατὰ τὴν ἐπανόρθωσιν σχέμματος, quod ille tum renuit, eumque hortatur, ut, si quid male ante constitutum sit, id corrigat. Ex his satis puto constare, qui fuerint illo tempore ἐξισωταὶ, et quam parum accurate *Jac. Gutherius* de Offic. domus Aug. 3, 27. scripserit simpliciter ita: *Peraequator est, qui desertos agros patrimoniales aliis in emphyteusin dat, Censitor alibi dictus.* GESN.

ead. l. 12. Παραγκωνισάμενος] *Lucian.* Jov. Trag. c. 16. καὶ δὴ παραγκωνισάμενος τοὺς πολλούς. GESN. De hoc verbo vid. si quid opus, *Hemsterh.* ad Timon. Ed. min. p. 115. quae majori non inseruit. REITZ. Inserta huic Editioni Tom. I. p. 473. LEHM.

ead. l. 14, Χαρίκενος] Manifesto jam Christianos irridet. Quae repentina haec mutatio est? Dicam. Ab homine gentili non crederetur scriptus Dialogus, nisi aliquid in eos inclementer dictum foret. SOLAN. Ad hoc irridendi Christianos consilium etiam pertinere videtur fictio nominis Χαρίκενος, sive illud a χαρὰ, sive a χάρις, sensu Christi-

ano vocabulis his acceptis, repetere malis. Quod igitur *Fritzschius.* De Atticismo etc. Comment. I. p. 12. *Χαρίξενον* potius hominem istum ad exemplum loci Toxar. c. 22., quam *Χαρίκενον* vocari jubet, non audiendum equidem arbitror. Cf. quae infra etiam *Gesnerus* de nomine *Χλενόχαρμος* notavit. Lehm.

ead. l. 16. *Ἐπισεσυρμένον*] *Tractim et languide.* Guyet. Navigio s. Votis p. 492. de Aegyptio puero: *ἐφθέγγετο ἐπισεσυρμένον τι.* Interpres: *dissolutum et incompositum quiddam.* Quam recte, non disputo. Hic autem de screante sermo est: non absurde igitur a me versum esse arbitror. In Gallo c. 10. *ὑπέβηττε, καὶ ἐνεχρέμπτετο μύχιόν τι.* Gesn.

Pag. 241. *l.* 1. *Ἐπιφθέγγεσθαι*] Forsan *ὑποφθέγγεσθαι.* Guyet.

ibid. Οὗτος ὡς προεῖπον] Obscurissimus hic locus, et, ut Nostri verbo utar, *διενειλημμένος.* Videbo tamen, an clarior opera mea possit fieri, veniam praefatus, si non ubique rem acu tetigisse visus fuero. Videtur igitur hoc velle Critias: convenerant Christiani aliquot, Monachi forte et Ascetae, de injuriis Juliani Apostatae in Christianum nomen, Clericos imprimis, conquerentes, et spe meliorum temporum praesentia mala levantes, seu meliorem Juliano, cui interitum vovebant, successorem spoponderint, et jam animo destinarint, cujus eos insimulat Critias; seu, quod probabilius videtur, Christi servatoris opem, quam verbis, ad rem, de qua conquesti fuerant, accommodatis, exprimunt, certa spe praeceperint. Horum, vel unius ex his, verba quaedam a se, ut solent, qui alterum exagitant, interpolata et calumniose detorta profert jam Critias, quae accuratius erunt consideranda. Gesn.

ead. l. 2. *Καταλείπει ἐλειπασμοὺς*] Forsan *καταλέγει.* Et *ἐλλειπασμοὺς* ab *ἐλλειπάω*, quod est ab *ἐλλείπω.* Guyet. A posteriore vocabulo videtur pendere sensus verbi prioris. *H. Stephanus: ἐλειπασμὸς dicitur legi alicubi apud Lucianum, sed perperam, ideoque Lascaris pro eo repo-*

nendum censuit ἐλλειπασμὸς, *reliquiae*. *Alii* ἐλλιπασμὸς, *saginatio*, *a* λιπαίνω. Ego putaverim, similem vim habere apud Nostrum ἐλλειπασμοὺς, ei, quam habet conjugata vox ἐλλείμματα, qua utuntur Graeci scriptores, cum dicere volunt id, quod Latine sunt *reliqua*, quomodo appellantur ea, quae fisco ex praeterito debentur, ut fuse docuit *Jac. Gothofredus* ad L. I. Cod. Theod. *de indulgentiis debitorum*. Add. *Spanh.* de Usu et Praest. Num. diss. XIII. p. 552. seq. ubi inter alia observat, quod ad rem nostram facit, ἐλλείμματα esse Constantinei aevi, Juliani, Themistii etc. reliquos λοιπὰ et λοιπάδας dicere. Dico similem; non plane vim eandem. Ἔλλειπασμὸς, puto, est conniventia circa ἐλλείμματα, cum patitur Peraequator, quosdam nihil dare, et immunitatem illis indulget, in describendo et peraequando censu. Haec de Peraequatoris sententia, et spe eorum, quibus ille indulget, plane non debentur in posterum. Alii, quibus iniquum id videtur, vocant *reliquationes*, ἐλλείμματα, et Peraequatoris factum ἐλλειπασμόν. Constat caeteroquin, parce satis Julianum indulsisse reliqua, quod Ep. 47. de se testatur. Et *Ammian.* Marc. XVI, 5. *Denique id eum ad usque imperii finem et vitae scimus utiliter observasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariae rei concederet* RELIQUA. *Norat enim, hoc facto se aliquid locupletibus additurum* etc. Imprimis autem Clericis durum valde et iniquum eum fuisse, non ignotum, cujus rei insignia aliquot specimina profert *Jac. Gothofredus* ad l. 4. Cod. Theodos. *de lustrali collatione*, et locis, ad quae ibi lectores remittit: cum tamen quasi suo quodam jure immunitatem a publicis oneribus sibi dari postulaverint, quod praeter plurimas *Codicis* tum *Justinianei* tum *Theodosiani* leges, testantur aliquot *Nazianzeni* loca modo a nobis adducta, in ἐξισωτῶν declaratione, quibus petit a Peraequatoribus, ut Monachis atque Sacerdotibus velint parcere, qui pro Caesare nihil, omnia pro Deo haberent. Ad has igitur quasi praeteritiones τῶν ἐξισωτῶν, ubi incensos praetermittebant Clericos, τοὺς ἐλλειπασμοὺς refero, et τὸ καταλείπειν ex-

plico de non novanda, sed in statu suo relinquenda, ista praeteritione. Hoc quidem proprie significat *καταλείπειν*. Quod praesens posuit auctor pro futuro, rem certam forte indicare voluit, aut dedit futuro secundo *καταλιπεῖ*. *Καταλύσει Heumannianum*, aut, quod alias suspicabar, *καταλείψει* a verbo *καταλείφω*, ad *abolitionem reliquorum* pulchre conveniunt; sed non ita bene ad *ἐλλειπασμοὺς τῶν ἐξισωτῶν*, quales descripsimus: quos quidem legibus posteriorum Imperatorum relictos, quin confirmatos et auctos, immunitate ecclesiis et bonis ecclesiasticis concessa, satis constat. GESN. *Καταλύσει* legit *Heuman.* Poec. p. 252. REITZ.

ead. l. 3. *Τὰ χρέα τοῖς δανειστοῖς*] Studiose, puto, hic cavillatur, cum Christiani non de novis tabulis, dissolvendoque per unam epistolam aere alieno, locuti sint, sed de *debitis*, quorum in dominica oratione mentio est. GESN.

ibid. Ἀποδώσει] Lege *ἀποδίδωσι*. GUYET.

ibid. Καὶ τά τε] Hocce *καὶ* delendum monet *Heumann.* Poec. p. 252. f. REITZ.

ibid. Ἐνοίκια] Proprie conductarum aedium merces, quam dissolvere et privatae et publicae liberalitatis genus fuisse, docet v. g. *Lucian.* Cronosol. p. 617. Vid. *Casaub.* ad *Sueton.* Jul. c. 38. *Gron.* de Pec. Vet. I, 2. p. 57. GESN.

ead. l. 4. *Εἰραμάγγας*] Et hoc conclamatum est, nisi forte in glossariis recentioribus aliquid restet subsidii. Barbariem harum vocum miratur mecum *Kusterus.* Vid. Lexiph. cap. 4. *κατόπιν τῶν Καριμάντων*, et an huc pertineat. SOLAN. Varia in mentem venere viris doctis de emendanda hac voce. Ac *τοὺς*, non *τὰς*, omnes volunt, pro *εἰραμάγγας* autem *ἱερομονάχους Heumannus*, ingeniose, ut solet; sed vereor, ne Juliani etiam aevo sit illud nomen recentius. *Εἰρωνευτὰς Neuburii*, viri et ipsius ingeniosissimi, ferrem, si de Socraticis Philosophis sermo esset. *Ὀνειρομάγτεις* huic loco apti, sed quis capite deminuit et prima illos syllaba truncavit? *Εἰρηνάρχαι* aliquamdiu mihi placebant, nec

sine caussa, quod praemium Sophistis dari solitum εἰρηναρχία, ut ex Aristidis vita constat. Vid. *Masson.* ad A. 169. n. 13. Et generatim *Jac. Gothofredus* ad C. Theod. de Irenarchis. Putabam ergo, promittere sibi Sophistas, qui hic inducuntur, Christianos a successore Juliani Irenarchias. Sed post annos XXV redeunti ad prima nostra cogitata, visum est, nihil adhuc illis prolatum esse vel a me vel ab aliis melius. Non fieri hoc solitis φιλαυτίας vitio, inde conjicio, quia recentior cerebri nostri foetus sunt εἰρηνάρχαι. Reponantur itaque φροντίδες πρῶται, jam τρίται, atque adeo δευτέρων forte σοφώτεραι. Compositum nempe arbitror nomen ex εἶρα et μάγγανον, vel μαγγανεύειν. Ac posterioris quidem haud obscura est significatio; de praestigiis enim faciendis, aliisque dolis aut machinamentis adhiberi solet. Εἶρα vel ἴρα autem concionem significat, locum, ubi conciones fiunt, forum etc. apud *Homer.* e. g. Il. Σ, 531. ἰράων προπάροιθε κ. τ. λ. et *Hesiod.* Theog. 804. Esset igitur εἰραμάγγης concionem integrarum deceptor, praestigiator. Sed magis fere mihi arridet, quod *Eustath.* ad *Homer.* l. c. pag. 1218, 15. *Bas.* non ἐκκλησίαν tantum, sed μαντεῖαν etiam τὸ εἶρα ex quorundam mente ait significare, ut adeo εἰραμάγγης dicatur, qui vaticinia crepat, iisque tum se, tum alios decipit, quod quidem auctoris consilio apprime convenit, qui divinationes et mala omina Christianorum de republica dedita velut opera deridenda sibi sumserit. GESN. Vid. *Senec.* Ep. 95. p. 474. Et *Greg. Turon.* hist. Franc. L. V. §. 29. Lege καὶ τοὺς χειρωνάκτας. LA CROZE.

ead. l. 5. *Μὴ ἐξετάζων τῆς τέχνης*] Intelligo per ellipsin praepositionis ἀπὸ vel ἐκ. Plene *Philo*, vel quisquis auctor est libri de mundo in fine, p. 1172. A. *Παντελὴς εὐήθεια τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν τεχνῶν ἐξετάζεσθαι, aestimare antiquitatem generis humani ex artibus.* Ad locum nostrum hoc pertinet: ad artem, quam quis exerceret, respiciebant in censu constituendo οἱ ἐξισωταί. *Nazianzenus* Epistola 197. ad τοὺς πολιτευομένους, quos eosdem esse ac Peraequatores, antea dictum est, lepide illos

incusat, quod neque a Diogenis pera sibi temperaturi essent, sed et illi manum injecturi, *τέχνην ἐπικαλοῦντες αὐτῷ τὸν τρίβωνα, καὶ τὴν βακτηρίαν, καὶ αὐτὸ τὸ κεκτῆσθαι μηδὲν ἐκ τῆς φιλοσοφίας*. Ille igitur, quem Charicenus exspectat, quisquis etiam sit, tantum abest, ut propter artem tributis quemquam vexaturus sit, ut ne de arte quidem sit interrogaturus, sed promiscue omnes (etiam pravissimos impostores) in beneficiorum communionem et ad vacationes munerum recepturus. Gesn. *Τὰς τέχνας* emendat *Heum.* Poec. p. 254. artesque liberales, praecipue Rhetoricam, *τέχνας* vocatas probat. Reitz.

ead. l. 7. *Χλευόχαρμος*] Utrique Prophetarum ab inanitate hinc gratiae, hinc gaudii, quod futurum annuntiarent, nomen facit: respicitque ad *κενὰς ἐλπίδας*, quas supra c. 4. iis exprobrarat. *Χαρίκενος*, qui *κενὰς χάριτας* pollicetur *Χλευόχαρμος*, cujus nugax et illusorium est gaudium. Gesn.

ead. l. 8. *Τριβώνιον*] Habitus asceticae, quem etiam describi puto verbis, quae sequuntur: *κακοείμων, ἐξ ὀρέων παραγεγόμενος, κεκαρμένος τὴν κόμην*. De tonsura post erit agendi occasio. Gesn.

ead. l. 9. *Ὡς ἐπεδείξατο*] *Ὡς* hic, et inferius c. 23. *ὡς εἴ τινα λυγρὰν ἀγγελίαν ἀγάγοιμεν*, accipitur *ἀντὶ τοῦ ὅτι ἀφηγηματικοῦ*, eum obliquam orationem in rectam commutamus. De utroque agit *Devarius*. Quod ad rem ipsam attinet, crediderim respici ad caelestem aureamque Hierosolymam, ut in Apocalypsi divinitus est Johanni repraesentata; sub quo schemate felicia sibi tempora promittunt Christiani. Gesn.

ead. l. 11. *Ἀναγεγραμμένον ὄνομα*] *Τὸ ἔχων* hic desiderari videtur. Guyet. Non desideratur, si *ἐπεδείξατό μοι ὄνομα* conjunxeris. Reitz.

ead. l. 13. *Ἀριστάνδρου καὶ Ἀρτεμιδώρου*] Posterioris liber ad nostram usque aetatem pervenit: de priori *Plin.* XVII, 25. videndus, unde de prodigiis scripsisse discimus; meminit et *Aelian.* V. H. XII, 64. Huic Alexander credulitatem addixerat, ut ait *Curtius*, qui ejus passim

meminit; ut et *Plut.* Alex. sed ab eo de divinatione scriptum aliquid nullibi reperio. Vid. etiam *Pott.* 294, 1. et *Rigaltium* ad *Artemidorum* I, 33. Telmissensibus inventionem artis tribuit *Clem. Alex.* p. 111. B. qua somnia conjectabant. Respicit nempe hunc Aristandrum, cui ea patria cap. seq. et *Plut.* l. c. Lycius dicitur apud *Philostr.* 350. ubi id notae expediunt. SOLAN. *Aristander* Alexandro magno in itineribus et bellis comes. Meminit ejus *Clem. Alex.* Strom. I. pag. 334. d. *Curtius* I, 11, 14. *Arrian.* Ἀναβάσ. III, 2. *Artemidorus* Onirocrit. I, 26. p. 217. Ed. *Rigalt.* GESN.

ibid. Ἀρτεμιδώρου] *Artemidorum* quando scripsisse putemus, in dissert. nostra §. 10. dictum. Respicit autem forte Noster ad Onirocrit. II, 5. ubi aurum mali esse omnis dicitur, non propter se quidem, sed propter quantitatem; si nimium appareat, aut supra dignitatem somniantis. Eod. libro cap. 63. p. 149. τὰ πολλὰ, inquit, χρήματα καὶ νομίσματα ἔχειν φροντίδας καὶ λύπας σημαίνει, et c. 64. p. ead. ὁ πολυχρήματος θησαυρὸς λύπας καὶ μερίμνας σημαίνει, καὶ θάνατον προαγορεύει. GESN.

ead. l. 15. Τὰ χρέα πληθυνθήσεται] Itanon somniorum tantum conjectores, *Artemidorus* II. cc. et *Astrampsychus* p. 144. Mantissae *Meursii* ad lib. de Luxu Romanorum, χρυσὸν κρατῶν, ἄπρακτος ὢν θέλεις ἔσῃ· sed etiam, tanquam in vulgus nota res in proverbium abiit. *Lucian.* Gallo c. 1. σὺ δὲ ὅρα, ὅπως μὴ ὄναρ πλουτῶν, λιμώττῃς ἀνεγρόμενος. *Theocritus* Idyll. 22. s. Piscatores ita claudit: μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ, καί τοι χρυσοῖσιν ὀνείροις. Alias, qui magnas opes dicere volebat, tantas esse dicebat, quantae in insomniis apparere soleant. *Theocrit.* iterum Idyll. IX, 16. — ἔχω δέ τοι, ὅσσ' ἐν ὀνείροις Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας. Schol. ad h. l. ὡςεὶ ἔλεγε περιουσίαν ἄφθονον, τοιαῦται γὰρ αἱ ὀνειρωτικαὶ φαντασίαι. καὶ Ὅμηρος,

Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψεύδονται ὄνειροι. GESN.

ibid. Ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως] Nisi scriptor hic alias parum accuratus esset, suspicarer illum dedisse ἀνὰ

λόγον, cum praesertim notae, quibus ον et ως exprimitur, tenui discrimine distent. Sententia aperta: quo quis plus reddidisse et dissolvisse aeris alieni somniat, tanto profundius aere alieno mergetur. GESN.

Pag. 242. *l.* 2. *Λευκάδα πέτρην*] *Eurip.* (pag. 568. B.) SOLAN. *Homer.* Od. Ω, 11. de animabus procorum Penelopes ad inferos euntibus: *Ἦρ δ' ἴσαν ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ λευκάδα πέτρην. Ἠδὲ παρ' ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων. Eustath.* p. 821, 4. *Bas. ἰστέον ὅτι λευκάδα μὲν πέτραν ὁ μῦθος πρὸς τῷ ᾅδῃ πλάττει, ἢ κατ' ἀντίφρασιν. μέλας γὰρ ἐκεῖ σκότος· ἢ καὶ διὰ τοὺς ἐσχάτους τῆς ἐκεῖ γῆς τόπους, οὓς εἰκὸς τὸν ἥλιον ἔτι διαλευκαίνειν δυόμενον. Aristarchus νεκυΐαν* universam, i. e. *τὴν ω' ῥαψῳδίαν Odyss.* obelo confixerat, et hoc inter alia argumento fuerat usus: *ἀλλ' οὐδὲ ἔοικεν εἰς ᾅδου λευκὴν εἶναι πέτραν·* huic respondet Scholiasta minor sub initium *ῥαψῳδίας, τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν ἐστραμμένα αὐτῆς λευκαίνεσθαι.* Audiamus etiam *Hesychium*, qui, quae hac de re habet, ex *Homeri* Schol. antiquis descripsisse videtur. Ita autem ille: *λευκάδα πέτρην. διὰ ταύτης λέγεται τῆς πέτρας τὸν ὠκεανὸν φέρεσθαι. ἢ ἀλληγορικῶς τὸ στόμα ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὸ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς εἶναι. αἱ γὰρ ψυχαὶ τῶν τελευτώντων διὰ τοῦ στόματος ἀνέρχονται.* Haec *λευκὰς πέτρα* forte est *Manalis lapis*; de quo *Festus: Manalem lapidem putabant esse ostium Orci, per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur Manes.* Hanc *λευκάδα πέτραν Albion Insulam* s. Britanniam suam interpretatur doctiss. *Barnesius* ad locum *Homeri*, et ad *Eurip.* Helenam 1692. ubi imprimis *Tzetzen*, *Lycophronis* Scholiasten, suffragatorem citat. Certe hoc illum juvare potest, quod *δῆμον ὀνείρων* subinde beata illa insula et bonarum rerum feracissima emittit, e quo populo forte ipsum hoc est, quod de *Albio* nobis narrat *Barnesius*. GESN.

ead. l. 3. *Δῆμον ὀνείρων*] *Orpheus* Argonaut. v. 1140. *Ἀῤῥήκτους ἀΐδαο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων* conjun-

git. *Eustath.* l. c. τὸ δὲ δῆμον ὀνείρων ὡς ἐπὶ ἐμψύχων καὶ σωματοειδῶν εἶπε, νύκτωρ ἡμῖν ἐκεῖθεν δῆθεν ἐπιφοιτώντων. Schol. min. τὴν νύκτα ἐν ᾗ φαίνονται οἱ ὄνειροι. *Porphyr.* de antro nympharum pag. 121. *Barnes.* δῆμος δὲ ὀνείρων κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαὶ, ἃς συνάγεσθαί φησιν εἰς τὴν γαλαξίαν, τὸν οὕτω προσαγορευόμενον ἀπὸ τῶν γάλακτι τρεφομένων κ. τ. λ. quocum consentit *Diog. Laërt.* in Pythag. 8, 32. εἶναί τε (φησὶν ὁ Πυθαγόρας) πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων, καὶ τούτους δαίμονας καὶ ἥρωας νομίζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τε ὀνείρους, καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας κ. τ. λ. Ego crediderim, de tantis mysteriis ne per somnium quidem cogitasse bonum *Homerum*, sed per ὀνείρους simpliciter intellexisse defunctorum animas, quas εἴδωλα, voce de somniis adhiberi solita, vocat, e. g. Odyss. *Λ*, 212. 601. Od. *Υ*, 355. Adde *Virg.* Aen. IV, 654. et, qui locus vel maxime huc facit, Aen. VI, 696. seq. ubi umbram Anchisae patris complecti vult Aeneas, sed *Ter frustra comprensa manus effugit imago, Par levibus ventis, volucrique simillima somno.* Quod expressum est ex Od. *Α*, 306. Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ ἴκελον ἢ καὶ ΟΝΕΙΡΩι ἔπτατο, κ. τ. λ. — Versu 221. Ψυχὴ δ' ἠΰτ' ΟΝΕΙΡΟΣ ἀποπταμένη πεπότηται. *Populum*, δῆμον, de quavis multitudine dixere. *Ovid.* Met. XI, 634. *At pater* (Somnus) *e* POPULO *natorum mille suorum.* Sed ut tandem ad Nostrum revertamur, cum somnia esse dixisset Chariceni et Chleuocharmi vaticinia, ad illud exaggerandum ait, illos in rupe forte alba, ubi ingens esset somniorum populus, indormiisse, ut brevi adeo nocte tantum somniaverint. Gesn.

ead. l. 4. Ἐν ἀκαρεῖ τῆς νυκτὸς οὔσης] *Lucian.* Scytha p. 596. extr. ἐν ἀκαρεῖ de temporis brevissimo et quasi insecabili articulo dixit. Vid. *Menandri* reliq. n. 283. Hic itaque miratur Critias tam longa somnia tam brevibus noctibus. Contra *Lucian.* Somn. c. 17. de longo somnio, χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτι μήκισταί εἰσιν αἱ νύκτες. Gesn.

ead. l. 6. *Κατεγέλνωσκον*] *Lucianus* Philops. c. 8. *ἐγέλασαν ἐπὶ τῷ λόγῳ μου, καὶ δῆλοι ἦσαν κατεγνωκότες μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν.* Ita etiam c. 32. eod. Noster paullo post *τὸ ὀλισθηρὸν τῆς διανοίας αὐτῶν κατεγνωκώς.* Gesn.

ead. l. 7. *Ἐξεῤῥίνισα*] *H. Stephanus* in Thesauro: *ἐκρινίζω ex Luciano affertur, pro naso suspendo, subsanno, μυκτηρίζω·* et ita *Scapula* et *Basileenses;* veteres, *Pollux, Hesychius, Suidas, Varinus* nihil habent, tacent *Camerarius* et *Rhodiginus.* Putaverim, venatorium verbum esse ab odora canum vi traductum, investigandique adeo seu indagandi significationem habere, quae huic loco apprime convenit. Idem ergo est *ἐξεῤῥίνισα*, quod *ἐξίχνευσα*, de quo verbo illud tantum notari meretur, frequentius alias cum accusandi casu jungi, ut etiam a Nostro factum c. 21. Gesn.

ead. l. 8. *Ἀριστανδρον*] De hoc vide *Rigaltium* ad *Artemidor.* I, 33. L. Bos.

ibid. Τελμισέα] Lege *Τελμισσέα.* Vid. *Plut.* IV, 6, 14. N. Solan.

ead. l. 9. *Ἡ δ' ὃς*] Saepius ita Platonizat *Lucian.* in Philopseude, etiam cum expressa personae mentio adjicitur; ut, *ἦ δ' ὅς ὁ Κλεόδημος κ. τ. λ.* Gesn.

ead. l. 10. *Ἐχεμυθεῖς*] Ex Pythagorica disciplina vocabulum. Gesn.

ead. l. 12. *Μεσορὶ*] Nota, scenam dialogi Alexandriae esse. Guyet. De hoc Aegyptiorum mense vid. *Scalig.* de emend. Temp. 198. Emenda autem *Plutarch.* 678. f. ubi *Μεσορὴ* legitur. Legebatur etiam hic in omnibus impr. *μεσωρὶ*, per *ω*, prave. Solan. Aegyptii mensis nomen, quem recte cum Augusto comparat Scholiasta, et hodie quoque Copti eo loco ponunt, ut ostendit in Menologio *Fabricius.* Aegyptiorum ab antiquissimis inde temporibus propriae erant divinatoriae artes et disciplina somniorum. Mirum igitur non est, Aegyptio nomine hac in re Nostrum uti. Minime vero ex hoc solo loco colligere licet, in Aegypto scriptum Philopatrin, cujus velut theatrum ad Pontum Euxinum esse, satis ostendimus. Caeterum si quis de auctore

atque aetate hujus dialogi mecum putet, ille non nimium falsos deprehendet Christianos, si quid de imperii conversione atque Imperatoris interitu praesagierunt; (praesagiisse autem probabile fecimus in dissert. §. 34. 35.) Siquidem V. Kal. Julii exstinctus est Julianus, ut adeo mense *Μεσορὶ* pacata iterum omnia atque tranquilla, Imperatore Joviano, Christianis essent. Illud etiam notari obiter potest, non male paucis ante versibus dictum *ἐν ἀκαρεῖ τῆς νυκτὸς οὔσης*. Nuntius enim de victoriis Juliani paucis procul dubio ante obitum ejus diebus Constantinopolin allatus, hunc dialogum scribendi occasionem auctori dedit. Incidit ergo colloquium Critiae cum Christianis in viciniam solstitii, ubi brevissimam sol noctem efficit. Gesn. Mensis Aegyptiacus; sed qui etiam inter Syros usurpari potuit. Vid. *Noris.* Epoch. Syromac. Diss. V. c. 11. la Croze.

ead. l. 15. *Δριμὺ καὶ Τιτανῶδες*] *Lucian.* Icaromen. c. 23. *ὁ Ζεὺς μάλα φοβερῶς δριμύ τε καὶ Τιτανῶδες εἰς ἐμὲ ἀπιδὼν κ. τ. λ.* Gesn.

ead. l. 16. *Δραξάμενος*] Conf. supr. Asin. c. 25. Reitz.

ibid. *Ῥήτρην ποιήσασθαι*] *Ῥήτρα eloquium* videtur esse, atque antiquitus adhibitum de oraculis. Docet hoc *Plutarchus* Lycurgo p. 86. *H. Steph.* ubi de legibus Lycurgi, *Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν, ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμοὺς ὄντα.* Et p. 78. *οὕτω δὲ περὶ ταύτην ἐσπούδασε τὴν ἀρχὴν ὁ Λυκοῦργος, ὥστε μαντείαν ἐκ Δελφῶν κομίσαι περὶ αὐτῆς, ἣν ῥήτραν καλοῦσιν.* Add. p. 79. Sed haec significatio parum ad rem nostram. Neque multum illa, qua utitur *Aelian.* V. H. X, 18. ubi synonyma videntur *συνθήκας δὲ ἐποιήσαντο*, et *εἶχον ὑπὲρ τούτων ῥήτραν πρὸς ἀλλήλους.* Verum *ῥήτρα* etiam est facultas dicendi, vel vices. In decreto Byzantiorum apud *Demosthenem* de Corona c. 27. *Δαμάγητος — ἔλεξεν, ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν, facta sibi a Senatu dicendi potestate. Lucian.* Pro Merc. Cond. c. 3. *ῥήτραν λαβὼν, sumtis dicendi partibus.* Id Toxari

c. 35. *σοὶ τὴν ῥήτραν παραδίδωμι.* Hoc itaque vult Critias, quod in versione hujus loci ante hos XXV annos conjectura magis ductus, quam observato post demum usu nominis, expressi. Charicenus, illud *σεσημμένον γερόντιον*, ut vocat c. 16. instigaverat eum, de quo hic sermo est, ut sibi auditores pararet et audientiam etc. GESN.

Pag. 243. *l.* 3. *Παρεκτείναντες*] *Παρεκτείνας* fortasse. GUYET. Non est penitus inauditum, nominativos poni pro genitivis absolutis. *Homer.* Il. *Γ*, 211. *ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεὺς*, *ambobus sedentibus* etc. praecesserat: *στάντων μὲν Μενέλαος ὑπείροχεν εὐρέας ὤμους.* Adde *Aristoph.* Lysistrata versu 13. *Εἰρημένον δὲ αὐταῖς — εὖδουσι*, *cum praedictum sit. Plato* Cratylo p. 236. E. *Laemar.* de Heroibus, *Πάντες δήπου γεγόνασιν ἐρασθέντες ἢ θεὸς θνητοῦ ἢ θνητὸς θεᾶς. Aelian.* V. H. X, 18. *Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ Νύμφη μία·* ubi plura dedit ejusdem *Perizonius.* GESN. Non absolutum hunc habe Nominativum, sed *μερισμὸς* est imperfectus h. l. Quod enim in sequenti verbo finito *πείθει* inest subjectum, inest simul in *παρεκτείναντες*; quod autem praeterea in hoc plurali inest subjectum, narrantis videlicet persona ipsa, procedente narratione forte reticetur. Pleni *μερισμοῦ* complura sunt apud *Lucianum* ipsum exempla; ut Diall. Deor. XII, 1. *οἱ Κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτῶν — ὁ δὲ* etc. Ibid. XVI, 1. *οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν — — ὁ δ' Ἀπόλλων* etc. LEHM.

ead. l. 4. *Ἀποφράδι*] *Lucian.* in Pseudologista, quem *ἀποφράδα* inscribunt, totus in eo est, ut probet, hominem etiam, quod ipse fecerat, per scomma ita posse appellari. GESN.

ead. l. 6. *Σιδηρέας*] Versus scazon s. choriambus ex Il. *Θ*, 15. ubi in descriptione Inferorum: *Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός·* quem laudat etiam *Lucianus* Amor. c. 32. De re ipsa vid. §. 27. diss. nostrae. GESN.

ead. l. 8. *Χρυσόροφον*] *Homer.* Od. *Δ*, 71. Hinc,

quod factum nollem, vir multis nominibus reverendus, quasi serio dicta forent et ab auctore fide digno, quae veteribus Christianis ecclesiarum forma fuerit, adstruere conatur. *Cave* 129. 142. SOLAN.

ibid. Ὅμηρος] Od. Δ. initio, imprimis v. 121. Etiam *Lucian.* de Domo cap. 3. et in Scytha c. 9. τὸν νησιώτου μειραχίου meminit. Telemachum esse Ulyssis filium ex Ithaca insula, ex *Homero* apparet. Scholiastes, qui Protesilaum nominat, memoria est lapsus. GESN.

ead. l. 11. Οἱ δὲ ἰδόντες γήθησαν] Homerica formula ex Il. Ω, 321. et Od. O, 165. GESN.

ead. l. 13. Ὡς εἴ τινα] Ὡς ἀφηγηματικὸν, de quo ad cap. 16. GESN.

ead. l. 15. Ποινοποιοὶ] Ignota Lexicographis vox; furias tamen intelligi, haud obscurum est. GESN.

ibid. Ἐπὶ τὰ θέατρα] Pro ἐπὶ τοῖς θεάτροις. Ita etiam *Hesiod.* Theogon. 531. ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν Herculis gloriam esse dicit, qui in Operibus versu 156. ἐπὶ χθονὶ πουλυβατείρῃ ordinaria construendi ratione dixerat. Tale forte est illud *Matth.* VIII, 9. ὑπὸ ἐξουσίαν ἄνθρωπός εἰμι. GESN.

ead. l. 16. Μετὰ δὲ τὰ] Pro ταῦτα, poët. GESN.

Pag. 244. *l.* 1. Τίς, πόθεν] Versus ab *Homero* aliquoties repetitus, ut Od. K, 325. O, 318. T, 105. Ω, 297. etc. *Luciano* etiam usurpatus Icaromen. cap. 23. item *Senecae* ludo in Claudium. GESN.

ead. l. 2. Χρηστὸς γὰρ] Vid. diss. nostra §. 20. GESN.

ead. l. 6. Χαίρουσί γε] Quorsum hoc pertineat dictum, vid. §. 36. dissertationis. GESN.

ead. l. 7. Δυστοκεῖ] Ex *Aristoph.* Ran. 1470. ἡ πόλις γὰρ δυστοκεῖ. Schol. δυστοκεῖ λέγει ἀντὶ τοῦ ἀγαναχτεῖ καὶ κακῶς πάσχει, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν δυστοκουσῶν γυναικῶν. Ἢ δυστοκεῖ λέγει ἀντὶ τοῦ κακὰ γεννήματα προάγει. Posterius magis placet, imprimis si, ut tunc Alcibi-

ade Athenienses metuebant, Christianos ab Juliano metuisse dicamus. Gesn.

ead. l. 11. Ἡ δὲ σελήνη] Tanquam distinctum phaenomenon allegatur, quod prioris est caussa, nisi simpliciter de plenilunio velis intelligere, ad quod quidem παχυλῶς et ad diem modo praedicendum, non magna opus est Astronomiae peritia. Caeterum Christianis ex eo, quod de interitu mundi, de Antichristo etc. disputarent, objecta Astrologica vanitas. *Minuc. Fel.* XII, 7. Desinite caeli plagas et mundi fata et secreta rimari: satis est pro pedibus adspicere. Gesn.

ead. l. 12. Ὁ Ἄρης εἰ τετραγωνήσει] Hermes Trism. de infirmior. decubitu p. 12. *Hoesch.* ἢ ἀφεμετροῦντος ἢ τετραγωνίζοντος ἢ συνόντος τῇ ☾. Gesn.

ead. l. 14. Ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἤδεσθε] Tristis enim prodigii loco habebatur androgynos, et in mare deportabatur, quod ex *Gell.* IX, 4. constat. Memorabilis etiam est *Livii* locus XXXI, 12. ubi *inter plura prodigia, ante omnia abominati semimares, jussique in mare deportari.* Similia habet idem XXVII, 13. et 39. it. XXIX, 22. Add. *Juven.* 13, 64. seq. Gesn.

Pag. 245. *l.* 2. Κατάξουσι] Καταράξουσι forsan. Guyet. Nil opus emendatione: nam κατάγειν aeque a κάτω ἄγειν, quam κατὰ et ἄγειν, formari potest, ut ex *Plut.* docet *Steph.* Et pro *deorsum ducere, mittere*, ut κατάγειν εἰς ᾅδου apud LXX frequentissimum, quin et κατάγειν δάκρυα *Jerem.* IX, 17. ac ter deinceps. Item κατάγειν ἐξ οὐρανοῦ *Amos.* III, 11. Cumque hic Dialog. ad ejusmodi stilum sit compositus, sufficerent illa testimonia, si vel apud alios non invenirentur. Et cur non aeque descendendi significatus huic verbo inesset, quam in καταῤῥίπτω, dejicio; etsi κατάγειν longe plurimum pro *deducere, perducere quem ad locum*, usurpatur apud antiquos et sequioris aevi scriptt. Reitz.

ead. l. 3. Τὸ βροντοποιὸν δοχεῖον] Forte respicit ad τὰ καλούμενα ἠχεῖα, ὧν ὁ κτύπος (cum Scholiaste *Aristophan.* loquor ad *Nεφ.* 291.) σχηματίζεται εἰς βροντῆς ἀπήχησιν. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ μηχάνημά τι, ὃ

καλεῖται βροντεῖον, ἀμφορεὺς μεστὸς ψηφίδων ἀντιβαλλομένων εἰς χαλκοῦν λέβητα. Quamquam si *P. Victorium* audiamus Var. Lect. 20, 7. alia prorsus fuit τῶν ἠχείων ratio, ad augendam nimirum quamcunque vocem comparata, de quo hic non est disputandi locus. Qualia igitur in scena fuere vasa, talia ad risum captandum caelo affingit Critias, quibus impletis erumpant fulmina cum tonitribus. GESN.

ead. l. 5. Ὡς μεταλλαγῶσι] Vid. §. 34. dissert. GESN.

ead. l. 8. Πρῖνος] Apud *Aristoph.* Ran. 883. ait ad Aeschylum Bacchus, σὺ δ' εὐθὺς ὥςπερ πρῖνος ἐμπρησθεὶς βοᾶς· ad quem locum *Bisetus*: ὅτι ἡ πρῖνος καιομένη ψόφον ποιεῖ. GESN.

ibid. Διάτορον] *Lucian.* Gallo init. de galli cantu, διάτορόν τι ἀναβοήσας. GESN.

ead. l. 10. Θήγοντες ὀδόντας] Formula *Aristophan.* Βατρ. 829. Θυμολέων Homericum Herculis epitheton. Πνέοντας δόρυ καὶ λύγγας καὶ λευκολόφους τριφαλείας, *Aristophan.* Βατρ. 1048. GESN.

ibid. Κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων] Parodia *Homer.* Od. Λ, 266. SOLAN.

ead. l. 11. Τριφαλείας] Lege τρυφαλείας. GUYET. Et hoc malim. Sed cum prius etiam reperiatur alibi, nihil mutem. Et licet τρυφ — ερ. *Homer.* perpetuo scribatur, tamen Scholiast. ad Il. Γ, 372. τρυφαλείης exponit — τρεῖς φάλους ἐχούσης· adeoque τριφαλείας ad originem propius accedens eo minus mutandum. REITZ.

ead. l. 12. Ὡς] Lege οἵ. GUYET.

ead. l. 13. Κατατρύχετε] Proprie *vexare* est, *atterere*. Sed ipse deinde explicat per ἐπαρᾶσθαι τῇ πατρίδι. GESN.

ead. l. 14. Μαθηματικὴν] Astrologiam judiciariam, quae vocatur, *Mathesin*, et qui eam profiterentur, *Mathematicos* appellatos esse, non opus est ut hic moneatur. Hanc artem *tractare* non negat Christianos, sed κατωρθωκέναι, *recte tractasse*, *edidicisse*. Verum fuit saltem primis

temporibus ista laus Christianorum, quod a conjectoribus, ariolis, vatibus, mathematicis, et id genus hominibus abhorrerent, infensis propterea odiis ab illis excepti. Vid. inter alios *Arnob.* contra gentes p. 13. it. *Tertullianus* Apol. c. 43. Laudanda et hic est incomparabilis viri *Jo. Alb. Fabricii* industria, qui Bibl. Graec. III, 20. p. 518. seq. concinnavit catalogum selectum scriptorum, qui astrologiam apotelesmaticam oppugnarunt, quos inter primo loco Christianos veteres collocavit. Qui ergo factum dicemus, ut ea tamen per posticum quasi recepta ita diu in Christiano etiam orbe viguerit? Gesn.

eod. l. 16. *Γραϊδίων*] Etiam hodienum edentulae potius mulierculae, quam viri, magiae et incantationum crimine traducuntur. Scilicet judicii virilumque imbecillitas, quae sexui, cum avaritia, quae aetati quodam modo naturalis est, conjuncta, superstitionum foecunda mater esse solet. Gesn.

Pag. 246. *l.* 4. *Κεκαρμένοι τὴν γνώμην*] Mirabilis loquendi forma, *detonsus mente sive sententia.* Sed lucem hic etiam affundit *Lucianus*, qui Paphlagonas in Pseudomante c. 15. vocat *τοὺς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας προεξυρημένους*, id est, ut interpretor, ovium instar lanigerarum, tonderique solitarum, stupido hebetique ingenio praeditos: statim enim subjicit, *οὐδὲν ἐοικότας* fuisse illos *σιτοφάγοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ οὐ πρόβατα εἶναι διαφέροντας.* Etiam cap. 6. dixerat, *τοὺς πολλοὺς ἀποκειροντες*, i. e. *ἀπατῶντες.* Nostri Germani non modo tondere, *scheren*, ponunt pro ludibrio habere; sed quidam etiam *balbiren* dicunt, i. e. barbam radere, pro *Plautino auro emungere.* Ita *οἱ ο′*, quod in *Cant.* IV, 2. est כרר חקצובות, simili ellipsi reddidere *ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων.* In ipsa autem calvitie et raso capite videtur aliquid olim fuisse contemtui obnoxium. Unde graviter adeo irascitur Elisa pueris calvitiem sibi exprobrantibus. *Nonius* verbum *calvere deductum* putavit *a mimis calvis, qui omnibus essent frustratui*, quo loco utitur *Elmenhorstius*, ad illustrandum illud, quod est apud *Arnobium* contra gentes l. 3. p. 239.

delectantur Dii stupidorum (de mimis loquitur) *rasis capitibus.* Quaedam etiam in hanc sententiam annotata sunt ad *Lucian.* Lapith. c. 18. a doctissimo viro *Almeloveenio.* Add. *Juven.* V, 171. *Casaub.* ad *Pers.* p. 109. *Graev.* ad *Lucian.* Solaec. p. 744. Ne quid tamen dissimulem, videtur mihi Triphoni ad clericorum tonsuram respicere, cujus et paullo ante facta mentio clarior, ubi *καχοείμων τις, ἐξ ὀρέων παραγενόμενος, κεκαρμένος τὴν κάρηνα* memoratur. *Gregorii* enim *Nazianzeni* aetate tonsuram in usu fuisse, non improbabili conjectura ex *Maximi Cynici* constitutione elicitur, de qua loquens *Nicephorus* H. E. 12, 11. p. 240. *καὶ τὰς κείνου*, inquit, *κηνικὰς τρίχας περιελὼν κ. τ. λ.* Et ne nugari suo more putemus *Nicephorum*, praesto est *Theodoritus*, qui H. E. 4, 8. *Τιμόθεος*, inquit, *ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐπίσκοπος — ἀντὶ τοῦ θαυμασίου Γρηγορίου* (Nazianzeni puta) *Μάξιμόν τινα κεχειροτόνηκε κυνικὸν, αὐθὺς αὐτοῦ τὰς κυνικὰς ἀποκείρας τρίχας.* Nec parvi momenti sunt, quae *Jac. Gothofredus* ex fontibus monuit ad l. 38. Codicis Theod. de Episcopis, ubi ob *ξύρισμα γυροειδὲς coronatos* appellatos esse clericos, et clericalis reverentiae nomen *coronam* fuisse jam circa haecce tempora, luculenter probavit. Sed de his aliter *Salmas.* de coma p. 158. Viderint, qui dedita opera hujus antiquitatem ritus tractant. GESN.

ead. l. 6. *Ἀσιτοῖς*] In ipsa Scriptura S. aliquorum mentio fit, qui jejuniis et cibi abstinentia ad visiones apparitionesque sese praepararuht. Et cacozelia quadam rerum sacrarum factum est, ut apud gentiles etiam quidam, Pythagorici imprimis atque Platonici, variis *καθαρμοῖς*, lustrationibus, jejuniis, animas suas ad commercium cum Deo spiritibusque aptas reddere vellent. Jam apud *Herodotum* II, 40. *προνηστεύουσι τῇ Ἴσι.* Ex recentioribus sufficiat in praesentia laudare *Jamblichum* III, 11. p. 74. Edit. *Oxon.* ubi inter praeparationes ad vaticinandum reliquas, *τριῶν ὅλων ἡμερῶν ἀσιτίαν* refert. De Christianis omnium fere temporum nota res est, imprimis si in censum veniant, quae

in Vitis Sanctorum Patrum, et Actis Sanctorum, larga manu afferuntur. Sed non sunt praetermittenda *Gregorii Nazianzeni* verba, quibus mirifice totus hic locus illustratur. Vocabantur a Juliano Christiani, ait vir ἔνθεος, p. 122. seq. Orat. 11. in Julian. οἱ τοῖς γραϊδίοις συγκαθεζόμενοι καὶ συμψάλλοντες, οἱ ταῖς μακραῖς νηστείαις ἐκτετηγμένοι, καὶ ἡμιθνητες, οἱ μάτην ἀγρυπνοῦντες, καὶ ταῖς πανυχίοις στάσεσι παραληροῦντες. GESN.

ead. l. 14. Σεσηρὸς] De iratorum canum rictibus adhiberi solitum verbum. *Aristoph.* Pace v. 635. ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας. Schol. ἀπὸ τῶν κυνῶν ἡ μεταφορά· ὅταν γὰρ ὀργίζωνται, σεσήρασιν ἀλλήλοις. Possis forte convertere *sarcastice subridentes*: σαρκάζειν enim et σαρκασμὸς ἀπὸ τοῦ σαίρειν, unde et σέσηρα. GESN.

ibid. Ἔξω — τοῦ κλινιδίου] Id est, non ut alia somnia e somno et in lectulo ducunt originem, sed aliunde et extra lectulum nobis obtingunt. Ita *Jamblichus* de mysteriis XIII, 23. probare conatur, a principio aliquo extra hominem constituto provenire divina illa et futuri praesaga somnia. GESN.

Pag. 247. *l.* 8. Ἐπιφημίζειν] Uti nos vertimus, αὐτῷ subaudiendum, ut scilicet ad Deum referatur. Non negaverim tamen, posse aliter etiam accipi, ut tantum *divulgare* vel *differre rumoribus* significet: ita nulla opus fuerit ellipsi. GESN.

ibid. Ἓνα θυμὸν ἔχοντες] *Hom.* Il. *N*, 487. SOLAN. Suspicabatur *Heumannus*, ἅπαντα θυμὸν ἐχέοντες. Superest, ut addicant libri, sine quibus in tolerabili sententia nihil mutem. GESN.

ead. l. 2. Θυμὸν] *Iram* volebat verti *Heumannus* Poec. 249. bene, si ἐχέοντες legas; minus recte, si vulgatum serves. REITZ.

ead. l. 13. Σίγα, ὦ Κριτία] Poteratne autem aliquid in dramatico genere esse absurdius, quam post magna proœmia et ingentissimarum promissionum hiatus, denique, cum ad ipsam rem perventum est, frustrari lectores, et dimittere

longe quam fuerant incertiores, quidnam tantis dignum hyperbolis cothurnisque fuerit? *Κενὰς* quidem *ἐλπίδας*, et *ὕθλους* forte vidimus, sed ubi *δεινὰ βουλεύματα*; quorum aeque mentio facta cap. 4. Si quid tamen licet conjicere, ipsam forte mortem Juliano portendi dixerunt Sophistae, quos Noster appellat, quo referenda sunt, quae §. 35. diss. nostrae diximus. Hoc itaque ut nimis mali ominis et blasphemum plane reticet. Inde forte est, quod Critias deinde vitam longam spondet Imperatori, quamquam id alia etiam de caussa poterat fieri. GESN.

ead. l. 14. *Ὡς ἐξώγκωται*] Nimirum quod ante in Critia effecerant nugae Sophistarum, id jam in Triephonte producunt. Illud de morsu canis rabidi est etiam in fine Nigrini, item Philopseudis, ubi etiam de ventre auditis magis inflato ita *Lucian.* pag. 353. *τοιαῦτα ἀκούσας, ἥκω νὴ τὸν Δία, ὥςπερ οἱ τοῦ γλεύκους πιόντες, ἐμπεφυσημένος τὴν γαστέρα, ἐμέτου δεόμενος, ἡδέως δ' ἂν πόθεν ἐπὶ πολλῷ ἐριύμην ληθεδανόν τι φάρμακον, ὧν ἤκουσα, ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτῶν ἐνοικουροῦσα.* Quod est de ultimo verbo, conf. Abdicat. cap. 6. *οὐ γὰρ ἁπλοῦν, οὐδ' ἐπιπόλαιον τῆς μανίας τὸ εἶδος, ἀλλά τι παλαιὸν ὑποικουροῦν ἐν τῇ ψυχῇ κακὸν ἀπέῤῥηξε κ. τ. λ.* GESN.

Pag. 248. *l.* 4. *Τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς*] *Nic. Rigaltius* ad *Tertull.* de Oratione non procul ab initio, *notam etiam*, inquit, *Luciano fuisse dominicae orationis formulam, declarant ista Triephontis ad Critiam;* et deinde haec verba subjungit. Cui merito assentitur *Fabric.* Bibl. Gr. IV, 16. p. 504. GESN.

ead. l. 5. *Πολυώνυμον ᾠδὴν*] Vid. *Th. Smith.* de hymno matutino Graecorum, in miscell. pag. 139. LA CROZE. Per hanc intelligit *Jo. Gregorius* clausulam orationis dominicae: *quia tuum est regnum* etc. Observationum Sacrarum c. 38. quem tamen falli, praeclare notavit *J. Alb. Fabricius* l. c. et mavult intelligi *δοξολογίαν* aliquam veterem, ut est v. g. *Clementis Alexandrini.* Deinde in Bibliographia antiquaria c. XI. p. 368. ubi de Christianorum

hymnis exponit, *Ode Polyonymos*, inquit, *cujus meminit Lucianus, sive quisquis auctor, in Philopatride, nihil aliud est, quam doxologia* etc. Ita πολυώνυμον ᾠδὴν vocaveris τὴν μεγάλην δοξολογίαν, ut vocatur, quae tum alias, tum accurate imprimis, et cum variantium lectionum notatione, edita est a *Th. Smith.* in calce libri Anglice editi, *an account of the Greek Church*, ubi statim ab initio canit Ecclesia: Αἰνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προςκυνοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σε, κ. τ. λ. Ἐπῳδῆς πολυωνύμου meminit *Lucian.* Philops. c. 17. magicum carmen intelligens. GESN.

ead. l. 6. Ἀλλὰ] Fingitur interventu Cleolai sermo interrumpi. GESN. Verba: σπουδῇ δὲ ἥκει καὶ κατέρχεται *Fritzschius* Quaeststs. p. 215. ducta esse monet e nobili loco *Aristoph.* Ran. v. 1154. sq. LEHM.

ead. l. 10. Μή τι παραδράμῃς] Vid. §. 21. dissert. Studui hic quidem, ne quid in interpretatione hujus versus inepto poëtae concederem. GESN. Umbras has esse versuum, quibus jam utuntur vel abutuntur amici eleganter scilicet eruditi, nemo non videt. Quapropter minus mireris, quod vel Editores distribuerunt versus, vel Interpretes imitari conati sunt, quam quod *Fritzschius* Quaeststs. p. 215. perfectos numeros exspectasse videtur ac vituperasse editores, qui etiam mancos et illegitimos versus pro versibus notarint. LEHM.

ibid. Μηδὲ παρέλθῃς] Ex Tragico aliquo, ut mihi videtur; nisi forsan, uti et sequentia, hujus ipsius, quisquis demum est, et haec sint. SOLAN.

ead. l. 12. Καλὴ ξυνωρὶς] V. diss. §. 28. GESN.

ead. l. 15. Πέπτωκεν ὀφρῦς] Iterum Jambi, sed interrupti. De re ipsa vid. omnino §. 33. et 34. dissert. Non puto autem opus esse, ut ὀφρῦν peculiariter de urbe quacunque capiamus, ut Palmyram intelligebat *Crozius.* Vid. diss. §. 24. Ὀφρῦς, *supercilium*, est superbia e rebus gestis et felicitate superioris temporis contracta. GESN.

ead. l. 17. Σοῦσα] Quia sub Trajano a Cassio Seleu-

cia et Ctesiphon captae sunt et incensae, sunt qui eo tempore scriptum hunc dialogum putent; sed illi ad sexcenta recentiora non attenderunt. SOLAN.

ibid. Ἄστυ] Τὸ Περσίδος hic deesse videtur. GUYET.

ead. l. 18. Ἀραβίας] Τὸ *A* in Ἀραβίᾳ anceps. Propert. *Aut si qua Arabiae lucet bombyce puella.* GUYET.

Pag. 249. *l.* 8. Πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλήψει] Sic recentiores. Scribe cum prioribus ἐκλείψει. JENS. Ἐκλείψει] Plerique libri ἐκλήψει· quod sic ego mutavi. SOLAN.

ead. l. 11. Βαβυλῶνα ὀλλυμένην, Αἴγυπτον δουλουμένην] Stabat adhuc Luciani aetate Babylon antiqua. Vid. Charon. c. 23. et Navig. c. 34. Audi tamen, quid *Bochartus* ex *Plin.* VI, 26. et *Strabone* XVI. proferat, quo Seleuciam intelligi probet, cum ea aetate et deinceps Babylon nominatur. SOLAN.

ead. l. 12. Δούλειον ἦμαρ] Il. *Z*, 463. — ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ· et ante 455. ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας. GESN.

ead. l. 14. Ἐφευρόντες] Quo jure autem dicit Triepho, modo repertum ab ipsis esse *ignotum Athenis Deum*, cum jam supra c. 18. per eundem juraverit Critias, idque eo tempore, cum quaereretur numen, per quod jurari valide posset; quod tamen, tanquam obiter dictum, silentio transmittebat Triepho. An ex hodierno Gallorum idiomate sensus est: *allons trouver le Dieu inconnu d' Athénes?* GESN.

ead. l. 16. Εὐχαριστήσομεν] Est vox minime Lucianea, i. e. Attica. KUSTER. Apud idoneum auctorem nusquam reperiri pronuntiat *Thomas Magister*, v. χάριν οἶδά σοι· quod aliquatenus verum est; extat tamen in *Arriani* ad Epict. comment. pag. 64. B. 77. C. ut et εὐχάριστος pag. 64. B. C. SOLAN.

ibid. Τοιούτου κράτους] Pro imperatore ipso ponitur κράτος. Ita etiam *Nazianzenus* Epist. 183. p. 893. τῷ παρόντι κράτει, id est, Imperatori, τὰ τοῦ κράτους, quae sunt Imperatoris, praestari jubet. GESN.

Pag. 250. *l.* 1. *Οὐ φρονεῖς Ἱπποκλείδη*] Eodem adagio, quod est ab *Erasmo* explicatum, Apologiam pro Mercede Conductis *Lucianus* conclusit. GESN.

ead. l. 3. *Οὗτος*] Rejecit hanc notam Ed. *Par.* In quibusdam ita adscribitur, ut an ad praecedentem libellum, an ad sequentem, referri voluerint, nescias. Mos receptus ad sequentem referre jubet. Sed vide notam nostram ad simile Scholium fini sequentis opusculi additam; unde patebit, et hoc ad praecedentem Dialogum referri debere. SOLAN. Rejiciuntur haec etiam ab Ed. *Bas.* 4. BIP.

IN CHARIDEMUM.

Pag. 251. *l.* 1. *ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ*] Non esse hunc libellum Luciani, ausim contendere, sed Scholasticam alicujus declamationem prope puerilem; cujus rei documenta quaedam e stilo petita mox dabimus, nempe insignia, ne quis sola putet. GESN. Tam leviter projecto magni ponderis judicio quod *Wielandius* subscribere dubitavit, nihiloque minus *Lucianum* admodum juvenem, Attica venustate et urbanitate nondum satis tinctum, hujus libelli auctorem esse sibi persuasit, tanto minus est mirum, quum sic ei de stylo tantum agi videretur, cujus vel ruditas, vel arte paratus rigor, aliquid excusationis in aetate auctoris habere, ipsi autem censori, linguae subtilitatum minus gnaro, non tanta, quanta *Gesnero*, vitia videri possent. Verum etsi non tenuia sint, quae passim a *Gesnero*, passim etiam a me, animadversa deprehenderis, ut de ineptis verborum transpositionibus, de frequentissimo usu formularum *τοσοῦτον — ὥστε*, *οὕτως — ὥστε*, et mira apostrophi insolentia, et ejus generis aliis styli vitiis, quae nec in adolescentulum *Lucianum*, qualem e genuinis ejus declamationibus et exercitationibus juvenilibus novimus, ullo modo cadunt: longe tamen gravius est illud argumentum, quod ex interna rerum ac sententiarum indole

repetitum nunc paucis saltem proponam: uberius fortassis alio tempore exponam. Totus scilicet dialogus nihil est nisi mediocre mediocris ingenii specimen rhetoricum, concinnatum illud, vel potius inconcinne et imperite consarcinatum a bonae quidem lectionis, sed immaturi adhuc judicii juvene, qui flores et fructus studiorum suorum Xenophonteorum, Platonicorum, maxime Isocrateorum, moderante praeceptore proferre vellet, materia e campo amplissimo desumta, quae largam exemplorum copiam, argumentorum magnam vim, denique etiam aptam formae speciem, tum ex se ipsa, tum e sacra Graeciae historia, tum denique e clarissimis scriptoribus, facile suppeditare posset. Res itaque ac sententias cum ipsis luminibus paene ad verba hic tiro noster repetiit ex *Isocratis* Encomio Helenae, quod ante virum illum doctum in Ephemeridd. literar. Gotting. a. 1791. n. 193., quem *Schmiederus* laudat, jam a *Gilberto Cognato* in Ed. *Basil.* 3. notatum vidi; idque iste ita fecit, ut non imitatorem, sed purum putum compilatorem, non possis non agnoscere. Compares modo locum de Helena ejusque proco Theseo c. 16. sq. cum integrum, tum verba illa cap. 17. *Ἐπανελθοῦσαν δ' εἰς Ἄργος* etc. cum iis, quae apud *Isocratem* leguntur pag. 186. sq. Ed. *Dindorf.* *Μετὰ γὰρ τὴν Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασιν ἐπανελθούσης αὐτῆς εἰς Λακεδαίμονα* etc. et non solum easdem sententias eundemque earum ordinem et cursum, sed plerumque etiam eadem verba, eosdem sonos ac numeros audies, quasi ab Echo jocante, et tamen non jocante, redditos. Fastidies, certo scio, inter alia maxime illud, quod, quum *Isocrates* elegantissime dixisset: *οὔπω δὲ κεκριμένου τοῦ μέλλοντος αὐτῇ συνοικήσειν, ἀλλ' ἔτι κοινῆς τῆς τύχης οὔσης, οὕτω πρόδηλος ἦν ἅπασιν ἐσομένη περιμάχητος, ὥστε συνελθόντες πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις ἢ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις ἀποστεροίη τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτήν, νομίζων ἕκαστος τὴν ἐπικουρίαν ταύτην αὑτῷ παρασκευάζειν. τῆς μὲν οὖν ἰδίας ἐλπίδος πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς ἅπαντες ἐψεύσθησαν, τῆς δὲ κοινῆς δόξης ἧς ἔσχον περὶ*

ἐκείνης οὐδεὶς αὐτῶν διήμαρτεν, jam eadem scholasticus noster vere pueriliter hunc in modum refinxit: γνόντες δ' ὅτι περιμάχητος ἔσται, καὶ δείσαντες μὴ πόλεμος γένηται τῇ Ἑλλάδι, μαχομένων πρὸς ἀλλήλους, ὀμωμόκασιν ὅρκον τουτονὶ ψήφῳ κοινῇ, ἢ μὴν ἐπικουρήσειν τῷ ταύτης ἀξιωθέντι, μηδ' ἐπιτρέψειν, ἤν τις ἀδικεῖν ἐγχειρῇ, ἕκαστος οἰόμενος ταύτην αὐτῷ τὴν συμμαχίαν παρασκευάζειν. τῆς μὲν οὖν ἰδίας γνώμης ἀπέτυχον πάντες πλὴν Μενελάου, τῆς κοινῆς δ' ἐπειράθησαν αὐτίκα, et quae deinceps de judicio Paridis et de communi Graeciae bello adnectuntur; quae et ipsa apud *Isocratem* prope iisdem verbis ac figuris ornata, eadem prorsus serie sese excipientia, legas. Aliis ejusdem generis locis omissis etiam exemplum dabo rationis, qua artifex noster sententiam *Isocratis* brevem ac nudam amplificaverit et illustraverit, nempe locum illum, qui et ipsum *Wielandium* male habuit, cap. 27. in. Quam enim sententiam summus ille rhetorices doctor perspicue his verbis enuntiavit pag. 190. καὶ τοὺς μὲν ὑπ' ἄλλῃ τινὶ δυνάμει γιγνομένους λοιδορῶμεν καὶ κόλακας ἀποκαλοῦμεν, τοὺς δὲ τῷ κάλλει λατρεύοντας φιλοκάλους καὶ φιλοπόνους εἶναι νομίζομεν, eandem per species illustraturus inepte delectas ita obscurat noster l. l. τοὺς μὲν οὖν ἢ δημοκρατουμένοις τὰ κοινὰ διοικοῦντας, ἢ τυράννοις ὑποτεταγμένους, τοὺς μὲν δημαγωγοὺς, τοὺς δὲ κόλακας καλοῦμεν· μόνους δὲ τοὺς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δυνάμει γενομένους θαυμάζομέν τε, φιλοπόνους τε καὶ φιλοκάλους ὀνομάζομέν, καὶ κοινοὺς νομίζομεν εὐεργέτας τοὺς τῶν καλῶν ἐπιμελητάς. ita, inquam, obscurat, ut *Wielandius* vix prolixiore explicatione tenebras dispellat, quod negotium, si *Isocratis* verba novisset et consuluisset, breviore nota absolvere potuit. Verum interius in hanc caussam descendere nunc quidem nec placet, nec licet. Hoc tantum addam, praeter *Platonis* Symposium, id quod *Creuzerus* monuit ad *Plotin.* pag. 184. et Prolegg. p. IV., etiam *Xenophonteum* huic auctori in componendo opusculo suo in mente, et vero ante oculos, fuisse. Lehm.

Pag. 252. *l.* 8. Ἐν Διασίοις] Vid. *Bourd.* not. et Scholia ad Tim. c. 5. et Icarom. c. 24. SOLAN. In marg. *Par.* additum: Festa Jovis fuere Athenis Diasia, ἀπὸ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄσας, ut *Suidas* ait, appellata: et hanc fors. *Bourdelotii* notam intelligit *Solanus*; nam aliam ejusdem hic non invenio. Sed supra T. I. Tim. c. 7. aliquid de Διασίοις dixit, ubi et *Hemsterh.* consulas. REITZ.

Pag. 253. *l.* 11. Περὶ τῶν ἀσταχύων] Quales ludi in Provincia Gallica satis antiqui, *Florales* dicti, quibus de carminum laude certatur, praemiumque est flos aureus. SOLAN.

Pag. 254. *l.* 3. Φίλωνι] De Philone Luciani amico vide Quom. Hist. Conscr. et Sympos. Quamquam hoc quidem opus Lucianeum non esse suspicor. SOLAN.

Pag. 256. *l.* 4. Ἢ πάντα τἄλλα παρέντας] Haec male conjuncta vix cohaerere videntur, nisi interponas articulum τῷ. Πῶς ἂν τὸ καλὸν σώζοιτο, ἢ τῷ λέγειν; ita certe interpretatus sum. Verbum σώζειν hic significat *tueri, adesse, ostendere.* Simili fere ratione *Plutarchus* de facie in orbe Lunae p. 1701. *H. Steph.* de Cleanthe Samio, Φαινόμενα σώζειν ἐπειρᾶτο μένειν τὸν οὐρανὸν ὑποτιθέμενος κ. τ. λ. ubi etiam ad demonstrationem, et conciliationem assensus refertur. GESN.

ead. l. 14. Διόχουροι] Ita et Navig. c. 9. ut alibi plerumque. Sed interdum et Διόχοροι apud Nostrum. V. Dial. Meretr. XIV. REITZ. Omnino vid. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 235. Rigidior est *Fritzschii* sententia, qui in Commentat. I. de Atticismo et orthographia Luciani p. 12. scripturam Διόχουροι in *Luciani* scriptis ubique damnandam arbitratur. LEHM.

ead. l. 17. Αἴτια γενέσθαι] Hic aliquid deesse videtur. An τῆς ἀθανασίας αἰτία γ. etc. GUYET. Facile subaudias, ejusdem rei auctorem Helenam fratribus fuisse, quam ipsa fecit; neque aliquid excidisse credo, si stilum hujus Dialogi respicias. Et si καὶ modo vertas *etiam*, satis

procedit sermo, *ea ipsa hoc fecit*, *fratribus* etiam *suasit*, sive *effecit*. Reitz.

ibid. *Πρὶν αὐτὴν — συνεξηταμένοις*] Ita videtur conciliare velle *Homeri* dicta diversa. Il. *Γ*, 243. cum Helena de fratribus suis tanquam vivis dixisset, subjicit,

Ὣς φάτο· τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα
Ἐν Λακεδαίμονι, κ. τ. λ.

sed aliquamdiu post Od. *Λ*, 299. videt apud inferos Ulysses

Κάστορα θ' Ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
Τοὺς ἄμφω ζώους κατέχει φυσίζοος αἶα·
Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες
Ἄλλοθι μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖ τε
Τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασ' ἶσα θεοῖσιν.

de Apotheosi autem Helenae vid. *Spanh.* ad *Callim.* in Dia. v. 232. et *Dechair.* ad *Athenag.* apol. pr. p. 3. ubi pro Nemesi s. Rhamnusia Dea cultum ostenditur. Gesn.

Pag. 257. *l.* 3. *Πέλοψ*] Vid. et cap. 19. *Hyginus* filii formam praedicat, 271. De Pelopis ipsius forma nihil habet; sed meminit *Clem. Alex.* p. 14. C. et *Philostr.* p. 788. A. Neptuno amatus currum ab eo accepit, vid. cap. 9. et 19. Solan. Conf. infra c. 19. f. Reitz. Pelopem ante Ganymedem pocillatoris Olympii officio functum esse, Neptuni curru in sedem Deorum evectum, nobilissimus testis est *Pindarus* Olymp. I. a versu inde 58. Lehm.

ead. l. 4. *Γανυμήδης ὁ τοῦ Λαρδάνου*] Adpinxit *Hemsterh.* Vid. *Davis.* ad *Cic.* T. D. I. p. 65. Ed. 3. Sed mihi est p. 56. sive c. 26. ubi *Cic.* Laomedontem facit Ganymedis patrem; *Davis.* vero magnas de eodem auctorum discrepantias indicat, quas repetiisse aut conciliasse tanti non habeo. Reitz.

ead. l. 7. *Θήρας*] Atqui adfuit Mercurius rapienti etc. vide Diall. Deor. XX. c. 3. Solan.

ead. l. 8. *Γάργαρον*] Vid. Diall. Deor. XX, 5. Reitz.

ead. l. 9. *Ἐκεῖσε*] *Εἰς τὸν οὐρανὸν* scilicet. Guyet.

ead. l. 12. *Τοῦτο μὲν γενόμενος κύκνος —*

τοῦτο δ' ἓν εἴδει ταύρου] Pessime interpr. τοῦτο μὲν, et τοῦτο δὲ, reddidit *ob eam rem*, et *ob eandem:* notat enim, *cum, tum; modo, modo.* Voluit igitur *Lucian. modo in cygnum conversus, modo in tauri specie.* Exempla videri possunt apud *Vigerum* et alios. L. Bos.

Pag. 258. *l.* 3. Ἑλλήνων ποιητῇ *Hom.* Il. Δ, 39. Solan.

ead. l. 8. Ἅπαντας θεοὺς etc.] Il. Θ, 18. Solan.

ead. l. 14. Καὶ οἷον τὸν ὁρῶντα προσαγαγέσθαι] Interp. *et quia maxime putat intuentem allici posse.* Parum accurate; non enim οἷον est *quia putat,* sed *quae potest, apta est.* Ἀνυατοῦ, ἱκανοῦ alias dicitur. Vitring.

Pag. 259. *l.* 1. Τοῦ Πέλοπος ἡττημένου] Vide cap. 7. et notam nostram. Solan.

ead. l. 5. Παρεσχῆσθαι] I. e. χαρίσασθαι, *dare.* Vis dare, nec dare vis. Guyet.

ead. l. 17. Τοῦ κάλλους περιουσίαν] Potius verterem *pulchritudinis excellentiam, praestantiam,* quam cum interprete *potestatem.* Comicus eleganter dixit, *virtutem formae.* Vitring.

Pag. 260. *l.* 7. Ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν] Ita argumentatur: Si voluisset vincere Jupiter Junonem suam, arbitrum dedisset factiosum et imperii cupidum; similiter, si Minervam, philosophum aut pugnacem: sed dat voluptuarium spectatorem formarum: vult ergo primas deferri formae. Gesn.

ead. l. 13. Λευκώλενος ἡ Ἥρα] *Hom.* Il. Ε, 721. Haec et sequentia apud *Homerum* frequentissime occurrere, vel pueris notum est. Solan.

Pag. 261. *l.* 15. Φίλωνα] Sic rectius legitur, quam eliso α, quamquam in M. Codd. frequenter ita eliduntur vocales; quod in hoc praesertim libello factitatum esse, facile observes. In L. Φίλον, prave. Solan. Duriores multo et quae vix poëtis condonentur elisiones legimus supra c. 10. οὐχ ἑτέρ' ἀμφισβητεῖ, et mox Ἥρ' Ἀφροδίτῃ. Quas quum, ut decebat, credo, bonum editorem, intactas *Solanus* reli-

quisset, et h. l. satius erat retinuisse vulgatam scripturam. LEHM.

Pag. 262. *l.* 12. Ἀκούειν καλλίστην] Supra jam verbo ἀκούειν ita usus est auctor, ut passim Latini suo *audire*, ut nempe *dici*, *nominari* significet. Claritatis caussa tamen verbo illo in interpretatione abstinui, et, quod nihil ambiguitatis habeat, posui. Alioqui, ne alia dicamus, haec certe Aristippi oratio vel a Luciano non est, vel studiose conficta ad charactera inepti hominis ostendendum. Hoc quidem profecto indignum Luciano, *pulcherrime se habet pulchritudinem audire pulcherrimam*, pro eo, quod est, *pulchrum est laudari pulchritudinem*. Ita mox junguntur, οὕτω — ὥστε (ἵνα —) ἀλλ' οὖν οὕτως — ὥστε — οὕτω ὥστε. —. Et statim τοσαύτην — ὡς θ' οὕτως — ὥστε. Emolliri talia interpretando possunt, dissimulari plane non debent, si hoc praestare debet interpretatio, ut quantum fieri potest orationem, et velut speculum animi auctoris, repraesentet. GESN.

ead. l. 15. Περὶ αὐτοῦ] Glossema videtur. GUYET.

Pag. 263. *l.* 12. Ὅσα θεοὶ] Pro καθ' ὅσα. GUYET.

ead. l. 14. Ὥστ' ἔτι τῆς ἡλικίας οὖσαν ἐντὸς] Legend. videtur, οὐκέτι τῆς ἡλικίας οὖσαν ἐντός. Οὐκέτι, *nondum*. *Hesych.* οὐκέτι οὐχὶ, ἢ οὐ. GUYET. Quia mox diserte ait, μήπω ἡλικίας ἡμιένην, ideo et hic forsan negationem addi voluit *Guyet*. Sed male: nam ἐντὸς *intra* aetatem, hic loci negationis est satis; quod emendandi libido accepit pro ἐν. Sed ἐντὸς ita de tempore nondum exacto dici, praeter *Steph.* qui ex *Plat.* ἐντὸς τριήκοντα ἐτῶν γεγονὸς, i. e. qui triginta annos nondum vixit, nondum implevit, habet etiam *Thucyd.* IV. c. 28. ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσιν, aliique. Et qui intra metam versatur, eam nondum attigit. REITZ. Cf. Varr. Lectt. LEHM.

ead. l. 16. Οὕτω τῆς ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη, ὥστ' etc.] Puto legendum ἠράσθη. Nam si ἠγάσθη vere scriptum sit, oportuit et τὴν ὥραν· ut infra cap. 25. Ὁ γὰρ Ὀδυσσέως οὕτως ἀγασθῆναι λέγεται τούτους etc. JENS.

V. *Jens.* sed nihil tamen muta: intelligitur enim *αὐτήν*. Sic plane apud *Philostratum* legitur pag. 789. *αὐτὸν ἠγάσθη τῆς ὥρας*. Solan. Non recusarem *ἠράσθη*, si qui libri exhiberent, propter sequentia, amori propria; sed quia et *ἄγαμαι* de venerabunda admiratione satis tritum, ut apud *Phalar.* Ep. 28. *τὸ μὲν γὰρ εὔνουν καὶ συμπαθές σου ἄγαμαι*, et passiva illa terminatio pro *ἀγάσασθαι* non sit improba, nihil jam immutem. *Aelian.* V. H. V, 6. pr. *Ἄξιον ἐπαινέσαι — καὶ ἀγασθῆναι*. Unde et patet, id plus esse, quam *laudare:* nam gradatio est, quando ait, *Ἄξιον δὲ καὶ τὸ Κολάνου τοῦ Ἰνδοῦ τέλος ἐπαινέσαι, ἄλλος δ' ἂν εἶπεν, ὅτι καὶ ἀγασθῆναι.* Si quis tamen id passive velit exponere, quia *ἀγασάμενος* est frequentius, is meminerit, *Eustathium* tradere, (quod *Steph.* jam notavit) ipsum *ἄγαμαι* praeterit. esse passivum, aeque ac *ἔραμαι*· ideoque nil mirum, si et aliis in temporibus passive formetur, ut idem ex *Plat.* Pol. I. *καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα.* Reitz.

Pag. 264. *l.* 1. *Οὐκ ᾤετο βιωτὸν*] Subaudi *τὸν βίον*, quod saepius additur: sed et interdum omitti, idem *Stephan.* satis jam docuit. Reitz.

Pag. 265. *l.* 7. *Ἡ μὴν ἐπικουρήσειν τῷ ταύτης ἀξιωθέντι*] Perperam redditur *τῷ ταύτης ἀξιωθέντι, qui hanc dicere dignatus fuisset.* Debebat, *qui hac dignus esset judicatus.* Vitring.

Pag. 266. *l.* 5. *Αὐτοὺς ἐάσαντες*] *Αὐτοί.* Guyet. Male, credo; nam *αὐτοὺς* pertinet ad Trojanos, adeoque recte habet. Reitz.

ead. l. 9. *Οὐκ ἀπέτρεψαν μᾶλλον*] Rectius legatur *ἀλλὰ* ante *μᾶλλον*. Solan. At vid. Varr. Lectt. Lehm.

ead. l. 10. *Εἰς τοῦτο*] An *τοῦτον;* Guyet. Frustra rursus, ut arbitror; nam *εἰς τοῦτο* spectat ad *εἰδότες ἀπολουμένους*, idque confirmat sequens *ἀποθανεῖν*· ait igitur *ad hoc ipsum*, sive ob hanc ipsam caussam, ut perirent, missos. Reitz.

Pag. 267. *l.* 8. *Περὶ ταῦτα*] An *ταὐτά;* Guyet.

Hoc probem, et parum abest, quin invitis libris ita edam. Reitz. Edidit ita *Schmiederus*; verum citra necessitatem, et vero probabilitatem. Sunt enim ταῦτα argumenta *haec*, a judicio deorum repetita: ταὐτὰ cogitarem materiam, de qua omnino agitur, ipsam, locum de pulchritudine. Lehm.

ead. l. 11. Ἱπποδάμειαν] Vid. *Philostr.* Lnag. p. 788. Solan.

ead. l. 15. Παρενεγκοῦσαν] I. e. ὑπερενεγκοῦσαν. *Aristid.* Panathen. ὁ δὲ πάντας βασιλέας παρενεγκὼν ταῖς ἐπινοίαις. Guyet. Eadem sibi adscripserat Menag. Reitz.

Pag. 268. *l.* 2. Τὸν γεγεννηκόθ' ὑπηγάγετο παρὰ φύσιν] Emendandum γεγεννηκόθ'. Sermo est de Hippodameia, cujus tanta venustas fuerit, ut et ipsum patrem praeter naturam in amorem sui pellexerit. Jens.

ead. l. 7. Ἦν εἰς] Τὸ ἦν ejiciendum videtur. Guyet. Putavit libelli hujus auctor, quia in proborum scriptorum locis nonnullis, ut in *Xenoph.* Cyrop. V, 4, 3. ὡς δυνατὸν ἦν, τάχιστα, verbum Substantivum gratioris soni vel numeri caussa additum invenisset, et sibi licere idem facere, quamvis caussa deficiente eadem, etiam ubi illud importunum sit ac molestum. Quapropter cum multis aliis, quae sinistra sunt per hunc libellum, etiam hoc rectius tolerabimus nos editores, quam corrigemus. Lehm.

ead. l. 10. Ἄθλον τῆς νίκης παρελθόντας] Laborat locus intemperanti verborum transpositione. Παρελθόντας refertur ad μνηστῆρας et ἠμιλλᾶτο. Sic deinde ἡττηθέντας, ad quod intelligendum et revocandum est προτιθείς. Gesn.

ibid. Παρελθόντας] Παρελθοῦσιν forsan. Guyet. Et ego sic mallem. Verum quia statim etiam subjicitur ἡττηθέντας, (licet hoc ab infin. στέρεσθαι pendeat) nihil potius mutassim, sed παρελθόντας ante ἄθλον collocando intricatae structurae mederer. Licet et sic pro accusativo absoluto possit haberi, i. e. *si praeverterint*, de quo egimus alibi, et *Wessel.* ad *Diod. Sic.* III, 10. N°. 64. quem et vid. ad XI. c. 8. Et *Hemsterh.* ad T. I. *Lucian.* Halc.

c. 8. Reitz. Quae *Wesselingius*, *Hemsterhusius*, et alii Grammatici, passim de accusativis absolutis docuerunt vel praeceperunt, non tangunt ea hanc nostram caussam: alioquin etiam hanc phrasin: *victorem* (*pro victori*) *ei praemium proposuit filiam*. Quod etsi omnino non male judicavit *A. Wannowski* in libello scholastico Rastenburgensi a. 1825. edito, hujus tituli: Initia theoriae casus, qui dicitur absolutus: non tamen ideo concedam eidem hunc locum corruptum esse, siquidem de librariis corruptoribus agatur. Nec cum *Reitzio* cogitaverim de transponendo Participio παρελθόντας ante ἄθλον, nec de inserendo verbo ἔξειν post ἄθλον cum *Abreschio* Dilucidd. Thucydd. p. 722. Sed acquiescam, quia aliam probabiliorem rationem non video, in ea sententia, qua παρελθόντας non minus quam ἡττηθέντας pro accusativo cum infinitivo habeas, structura h. l. ultra modum insolenti, nec tamen ab hujus tirocinii rhetorici indole admodum aliena. Lehm.

Pag. 269. *l.* 4. *Μέχρι τριςκαίδεκα*] Non concordat *Pausanias* de numero procorum ab Oenomao interfectorum: sexdecim enim ponit, quorum nomina vide sis apud auctorem Heliacorum II. Palm. *Philostratus* etiam ἐπὶ τρεῖς καὶ δέκα ἤδη νέους. p. 789. Imag. Solan.

ead. l. 8. *Πέλοψ*] De hac fabula vid. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 153. aliosque, quos adlegat *Davis.* ad *Cic.* Tusc. D. II. c. ult. quem conferendum in marg. monuerat *T. Hemsterh.* Reitz.

ead. l. 9. *Ἅρμα*] Neptunus forma ejus captus, dum in Sipylo vinum Diis ministrat, *Philostr.* l. c. *Cic.* Tusc. II. ult. *Equi Pelopis illi Neptuni, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur.* Solan.

ead. l. 13. *Τῶν πάντων*] Pro τῶν forsan ὑπὸ legendum. Guyet.

ead. l. 14. *Πολλαχόσε*] Hic pro πολλαχῇ sive πολλαχοῦ positum videtur. Guyet. Imo est: *in multas partes, multis modis.* Lehm.

ead. l. 18. *Ὅπως δ'*] Subaudi ὅρα, σκόπει. Guyet.

Pag. 270. *l.* 11. *Τούτοις ἀπαλλάττειν με*] Scholasticus auctor saepe nimia transpositione tenebras legentibus objicit. Construenda ita est oratio: *Βέλτιον ἦν τούτοις ἀγαπῶντα ἀπαλλάττειν με τῶν δυςχερῶν.* Conabar, cum primum legerem hoc opusculum, emendare talia: sed mox sensi, ea ab auctore affectata esse. Gesn.

Pag. 271. *l.* 1. *Ἐτέρωσε*] Pro *ἑτέρωθι*, ut supra *πολλαχόσε* pro *πολλαχοῦ*. Guyet.

ead. l. 7. *Τούτῳ δὲ*] *Τῷ κάλλει.* Guyet.

ead. l. 10. *Λέγειν ἕκαστα δόξαν*] Scio, *δόξαν* posse absolute intelligi, *cum videatur.* Scio, non hic solum tenebricosum esse prae ornandi studio auctorem. Et tamen verisimilis mihi videtur antiqua conjectura mea, legendum esse *δόξαντα.* Certe sic facilius fluere orationem, qui Graece sciunt, sentient: certe sine fraude fuerit Latinam interpretationem eo accommodasse. Neque turbare nos debet illud *δεῖν λέγειν*, pro *λέγεσθαι.* Sic enim auctor etiam supra c. 15. m. *μισουμένων καὶ οὐδὲ προςβλέπειν ἀξιουμένων*, ubi passivo non minus opus erat. Gesn. Aliter *Micyllus*, qui *δόξαν* pro Substantivo nomine accepit, sic locum vertens: *Plurima enim undique circumstant, quae et ipsa eam de se opinionem praebent, quasi singula eorum primo loco dici debeant;* idque secundum distinctionem verborum, quam exhibent *Bas.* 1. et 3. *πλεῖστα γὰρ πολλαχόθεν, αὐτὰ πρῶτα δεῖν λέγειν ἕκαστα, δόξαν παρίστησιν.* Quae ratio, licet valde dura et contorta, adeo tamen non est ab hujus fatui hominis stylo aliena, ut non certe necesse videatur ad ullam confugere emendationem. Absolute autem *δόξαν* capere h. l. nescio an nemini, nisi *Gesneri* monitu, in mentem venerit. Lehm.

Pag. 272. *l.* 3. *Πράττομεν, σχολή*] Lege *πραττόμενα σχολή.* Guyet. Idque omnino necessarium credidi. Reitz. *Πραττόμενα σχολή* legendum esse, facile, credo, quisque videt, et viderunt, puto, superiores interpretes. *Τὰ πράγματα ἔχει εὖ πραττόμενα* significat *εὖ πράττεται.* Gesn.

ead. l. 12. *Τὸν Ἀγλαΐης*] Nireus *Hom.* Il. *B*, 672: *Νιρεὺς Ἀγλαΐης θ' υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος· Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.* SOLAN.

Pag. 273. *l.* 15. *Ζηνός που*] *Hom.* Od. *Δ*, 74. SOLAN.

ibid. Ἔνδοθεν] I. e. *ἔνδοθι.* GUYET. Sic et supra de Dea Syr. c. 31. REITZ.

ead. l. 16. *Πατὴρ*] Ulysses. GUYET.

ead. l. 17. *Μιλτοπαρήους*] *Hom.* Catal. 144. SOLAN.

Pag. 274. *l.* 4. *Ἀνδρίας*] Mendose in omnibus legitur *ἀνδρείας.* SOLAN. *Ἀνδρείας*] Cur mendi hoc insimulat *Solanus?* An quia in emendatioribus auctorum codicibus *ἀνδρίας* potius invenias, teste *Stephano*, qui tamen promiscue inveniri fatetur? An quia sic melius distinguitur ab adjectivo *ἀνδρεῖος, ἀνδρεία;* vel etiam ab *ἀνδρεία*, *virilis aetas*, tradente Schol. *Demosthenis* ad Chersonesianae fin. p. m. 272. C. Tom. postremi. Verum in Edd. tam crebro confunditur, ut nihil mutare ausim. *Ἀνδρίας* hoc Dial. saepius, item supra Patr. Enc. c. 8. et Musc. c. 5. ubi contrariam *Rhodomanni* opinionem addidimus. *Ἀνδρείας ἐπιμελοῦ Epict.* Sent. 78. pag. 128. f. *σοφίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ Aelian.* VIII, 16. f. aliique aequales et posteriores, *ὅσα κόνις.* REITZ.

ead. l. 5. *Τῆς ἰδέας κεκοινωνηκότων*] *Ἰδέα*, *species*, est *forma*, *qualitas*, *notio:* commune quiddam et universale, quod partes plures, *individua* certe, complectitur. *Τῆς ἰδέας τοῦ κάλλους κοινωνοῦσι* vel *κεκοινωνήκασι*, qui sub notione et nomine, sub specie pulchrorum comprehenduntur. *Speciem* aut *formam* nolui ponere in interpretatione, ne quis pro ipsa pulchritudine ea nomina poni existimaret: idque tanto magis, cum auctor felici illa ad mores puerorum et adolescentulorum formandos linguae Graecae confusione, eodem nomine tum pulchrum, quod in corpora cadit, tum generosum illud in animis honestum complectatur. GESN.

Pag. 275. *l.* 10. *Οὐδ' οὗτος δοκεῖ*] Hoc Scholium

ita haud dubie ad praecedentem Dialogum pertinet; cum titulo sequentis additum sit εἰ γνήσιος. Unde clare efficitur, Scholium praecedens ad Philopatridem pertinere. SOLAN. Cum *Junt.* haec verba superscripta haberet Dialogo sequenti, *Solanus* adjecerat, ea pertinere ad Dial. praecedentem; cumque *Fl.* in qua hic Charidemus ultimo omnium loco collocatur, diserte ante τὸ ΤΕΛΟΣ ponat, ea eodem posui. In cett. ita inter utrumque Dialogum medio erant posita loco, ut non distinguas, ad priorem, an ad seq. spectent. REITZ.

IN NERONEM.

Pag. 276. *l.* 1. ΝΕΡΩΝ Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡ.] Neque hic Luciani dialogus est, quemadmodum facile omnibus vestigiis colligi potest, ac praesertim fine dialogi. Scriptus nempe hic dialogus superstite Nerone, ac Luciano necdum nato, ut patet antedictis ad Philopatrin. MARCIL. In *Fl.* Ed. non exstat hoc opusculum. SOLAN. Quisquis est hujus libelli auctor, (Lucianum quidem non puto scabro adeo ac difficili genere scribendi usum) in eo certe non peccavit, quod supervixisse fingit Neroni Musonium. Pulchre ostendit *Olearius* ad *Philostr.* V. Apollo. 4, 36, 2. *Suidam*, qui ἀναιρεθῆναι dicit a Nerone Musonium, non hoc velle, interfectum esse, sed exsilio ejectum et velut e medio sublatum. Porro quam commode hic ad Isthmum statuatur Musonius, inde apparet, quod idem *Philostratus* 5, 19. narrat, hunc philosophum inter vinctos illos fuisse, quorum operis fossa illa duceretur. Verba sunt, Demetrius Philosophus *Μουσωνίῳ ἔφασκεν ἐντετυχηκέναι περὶ τὸν Ἰσθμιὸν, δεδεμένῳ τε, καὶ κελευσαμένῳ ὀρύττων· καὶ αὐτὸν μὲν ἀνενφημῆσαι τὰ εἰκότα· τὸν δ' ἔχεσθαι τῆς σμινύης, καὶ ἐρῥωμένως τῇ γῇ ἐμβάλλειν, ἀνακύψαντα δὲ λυπῶ σε ὦν, ὦ Δημήτριε, τὸν Ἰσθμὸν ὀρύττων τῇ Ἑλλάδι; εἰ δὲ καὶ κιθαρῳδοῦντά με εἶδες, ὥςπερ Νέρωνα, τί ἂν ἔπαθες;* Pro illo

ἀνεψφημῆσαι, quod *lamentari* vertitur, mallem retinuisset *Olearius* vulgatum ante ἀπευφημῆσαι, *detestari*. Caeterum hinc intelligitur, quid sibi velint mox verba, προσεξενγμένων ἡμῶν τῷ Ἰσθμῷ. GESN. In *Fl.* totus hic Dialogus non conspicitur, consulto omissus. REITZ.

ead. l. 2. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡ. ΤΟΥ ΙΣΘΜΟΥ] Vide *Philostr.* in vita Apoll. IV. p. 162. cum notis. SOLAN.

ead. l. 4. Ἡ ὀρυχὴ τοῦ Ἰσθμοῦ καὶ σοὶ, Μουσώνιε] Qui potest Musonius haec ista de Isthmi perfossione disserere, a Nerone interfectus jam olim, ut apud *Suidam* est, atque alios? Hic autem Musonius sic agit, quasi qui Neroni supervixerit, ut cum de Vindice narrat cap. 5. Mitto jam stili indolem minime Lucianicam, aliaque id genus argumenta. MARCIL. Musonius diu vixit post Neronem. Vid. *Philostr.* et *Orig.* contra Cels. LA CROZE.

ibid. Μουσώνιε] A Nerone in exsilium missus, non interfectus est; vid. supra De Mort. Peregr. c. 18. *Tac.* Ann. XV. c. 71. H. III. f. *Philostr.* in vita Apoll. IV. p. 175. cum not. et 187. Deest hic Dialogus in *Fl.* neque Lucianeus censendus est. Neronem quidem ea molitum fuisse, quae hic narrantur, verum est. Quod et in votis post eum Herodes Atticus ὁ πάνυ habuisse traditur a *Philostr.* in ejus vita p. 278. De Neronis in Graeciam itinere et agonibus ibi susceptis, videndi *Suet.* in Ner. c. 22. 24. *Dio* L. LXIII. p. 719. *Plut.* in Flamin. *Dio Chrys.* in Rhodiaca, et *Philostr.* in Apoll. IV, 24. et V, 7. SOLAN.

Pag. 277. *l.* 2. Καὶ γὰρ δὴ χἀχείνας ἀποχρῶν ὁ οἶκοι καρπὸς, ἢν τὰ ἐπιθαλάττια εὖ πράττῃ] Corrige ex Aldina χἀχείναις· πόλεσι scilicet ἐν τῇ μεσογείᾳ, quibus abunde ait esse proventuum, si floreat res maritima. JENS.

ibid. Κἀχείνας ἀποχρῶν] An χἀχείναις ἀποχρῶ; *Bas.* Edit. χἀχείναις ἀποχρῶν ferri potest. GUYET.

ead. l. 7. Βουλομένοις] *Gesnerus* videtur legisse βουλόμενος, qui dedit *lubens*, pro *vobis sic volentibus*. Sed vulgatum aeque bonum. REITZ. Invitus *Gesnerus* a Graecis

recessisse videtur. Quapropter id mihi sumsi, ut castigarem, quod raro tantum facere soleo, ejus versionem. LEHM.

ibid. *Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι χαριζοίμην*] Haec sententiam sanam ut habere possint vereor. Legendum puto, tenui admodum in Mss. discrimine, *οὐ γὰρ οἶδ' ὅ, τι κ. τ. λ.* et sic interpretatus sum. GESN.

ead. l. 8. *Ἐς ἀηδὲς οὕτω φροντιστήριον*] Videtur fingere auctor, Musonium in carcere vel vinculis certe scholam hic habere, circa ipsum forte opus paullo ante relictum a Nerone. GESN.

ead. l. 12. *Τὰ Ὀλύμπια*] Vid. *Philostr.* p. 192. SOLAN.

ead. l. 13. *Τὰ γὰρ Πύθια*] Absolute, ut *Lucian.* Prom. §. 7. *τὸ γὰρ τῆς κλεπτικῆς.* GESN.

ead. l. 17. *Τόν τε βασιλέα τῶν ἐπὶ τὴν Τροίαν*] Rex Achivorum Trojam oppugnantium, qui Euboeam abscinderit Boeotiae, nescio an usquam memoretur. Certe nihil Homerus, nihil Geographi. Contra a natura abscissam omnes affirmant. Suspicari licet aliquid hic excidisse: nempe dixit forte auctor de illa Homerica fossa Il. *H.* Nestoris suasu facta; deinde Neptunum commemoravit, qui Libyam Hesperia, id est, Hispania, circa Gades disjunxerit, Siciliam abruperit ab Italia, a Boeotia Euboeam. Omissis, quae interjecta fuerant, male jam Agamemnoni tribuitur opus Neptuni, hoc est, ipsius naturae. Haec suspicari fas fuerit, ne nimis incredibile aliquid hic dicatur ex persona Musonii. Caeterum qui perfossionem Isthmi Corinthiaci tentarint, vid. *Plin.* H. N. IV, 4. s. 5. Neronis conatum describit, admixtis superstitionis quibusdam, credulitatis certe vestigiis, *Xiphilinus* e Dionis l. 63. p. 722. GESN. Parum sane probabile est, Euripi effossi auctorem h. l. dici Agamemnonem, vel alium Graecorum ducem aequalem. Nec tamen magis probabile mihi quidem videtur, Homericam illam, quam *Gesnerus* vult, fossam, Nestoris suasu factam, h. l. intelligi posse, utpote utilitatis quidem aliquantum, sed parum tamen mirifici aut magnifici (*μεγαλουργίας*) habentem. LEHM.

Pag. 278. *l.* 5. *Καὶ πρὸς τούτοις τὸ δι' ὀλίγου ἀλλήλοις ἐπιμίξαι πάντας εἴσαιτο τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἐστιᾶσθαι τοῖς ἔξωθεν*] Perobscure dictum, ac neutiquam Lucianice. Accessit non notatus interductus post *πάντας*. Nam esse debuit, *καὶ πρὸς τούτοις τὸ δι' ὀλίγου ἐπιμίξαι πάντας, εἴσαιτο τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἐστιᾶσθαι τοῖς ἔξωθεν*. *Praeter haec* cogitavit *etiam, quod si omnes* Graecos *compendio isto sic inter se permiscuisset, videretur extraneis Graeciam splendido quasi epulo accepisse.* Nunc pretium advertere, quemadmodum *Jac. Micyllus* interpres, qui de non pessimis est, rem gesserit. *Supra omnia autem haec*, inquit, *etiam illud putabat, Graeciam per hoc, quod brevi adeo omnes inter se misceri possent, contra exteros splendide adeo stabilitum iri.* Proh Apollo et Musae Pseudolucianicae! Ita? *ἐστιᾶσθαι est stabilitum iri?* Haud vidi magis: miserum Lucianum, qui sub tam lentis maxillis, et hunc Pseudolucianum, qui sub Luciani pelle vapulat. *Ἐστιᾶσθαι* autem *Ἑλλάδα* hic *Ψευδολυκῖνος* dixit ad Olympiorum celebritatem cogitatione se referens. MARCIL.

ead. l. 6. *Τὸ δι' ὀλίγου*] An sic legendum videtur: *τὸ δι' ὀλίγου ἀλλήλοις ἐπιμίξαι πάντας τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἐστιᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἔξωθεν*. GUYET. Legendum arbitror *τῷ*, quod quale sit, ex interpretatione intelligitur. Illud *εἴσαιτο* per *videri poterat* interpretatus sum auctoritate *Hesychii*, apud quem est *εἴσαιτο, δόξειεν*. *Permiscere, ἐπιμίξαι*, est commerciorum societate inter se devincire. *Τὰ ἔξωθεν* sunt merces facilius jam importandae. GESN. Tumultuarium hoc quidem est remedium loci haud dubie depravati. Nec aliter videtur de *Guyeti* commento. *Marciliana* autem non multo praestant *Micyllianis*; imo tanto magis displicent, quanto confidentius et insolentius sunt proclamata. Mihi vitium loci, si in una tantum voce sedem habet, in *εἴσαιτο* esse videtur, et sententiae jam sic capiendae: *καὶ πρὸς τούτοις* (int. *ἐνενόησε*) *τὸ δι' ὀλίγου ἀλλήλοις ἐπιμίξαι πάντας, καὶ τὸ* (pro *εἴσαιτο*) *τὴν Ἑλ-*

λάδα λαμπρῶς ἑστιᾶσθαι τοῖς ἔξω. Verum nec huic rationi multum tribuo. LEHM.

ead. l. 8. Ἀκοῦσαι τοῦτο φθέγμα] Notari debuit asterisco hic locus, et proclamari: hic fossa est ingens! MARCIL. Quid velit *Marcilius*, non satis mihi liquet. Quidquid sit, non sine ratione desiderat *Belinus* illud φθέγμα, quod ament audire tyranni. Antecedentibus quidem non satis distincte illud indicatur. Omnino autem per totum hunc locum difficulter definias, quantum styli laborantis debeatur auctori, quantum librariis. LEHM.

ead. l. 9. Ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης] *Olear.* ad *Philostr.* pag. 159, 7. REITZ.

ead. l. 10. Καὶ ᾆσμα] An καὶ ἀ. οὐ μ. Μελικέρτη τε καὶ Λ. Placet. GUYET. Imo δὲ referendum ad praecedentia ὕμνον μὲν Ἀμφ., quasi jam dictum sit: ᾆσμα δὲ καὶ Μελικέρτη καὶ Λευκοθέᾳ οὐ μέγα. Quamquam μὲν illud, quae hujus styli est perversitas, etiam ad verba: ὀρέξαντος δ' αὐτῷ referri possit. LEHM.

ead. l. 11. Ὀρέξαντος δ' αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν καὶ τὴν Ἑλλάδα ἐπιτροπεύσαντος] Relege, ὀρέξαντος δὲ αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν τοῦ τὴν Ἑλλάδα ἐπιτρ. Intelligi vult Proconsulem Achajae. Non dixit ἐπιτροπεύοντος, sed ἐπιτροπεύσαντος: quia principis adventu finitum Proconsulis imperium. De ritu autem hoc isto principum in operibus novis, ad *Caji Suet.* Vespasian. narravi c. VIII. Ridere autem qui volet, videre illi tempus genium interpretis. *Cum autem aureum ipsi ligonem porrexissent, Graeciamque tanquam in tutelam commendassent* etc. Quid pote capitalius? MARCIL.

Pag. 279. l. 4. Ἑβδόμην — καὶ πέμπτην] Hoc ea aetate scriptum sit necesse est, qua per septimanas numerari jam coeptum esset. Immo vero ἑβδομηκοστὴν καὶ π. legere jubent viri docti apud *Olearium* ad *Philostr.* p. 163. a. 13. Sed quo Codice auctore? quaeve haec licentia? SOLAN. *Quinto sextove die*, reddunt *Belinus* juxta ac *Wielandius*, quasi alter alterum secutus: sed falsus uterque, quoad verba;

ad numeri autem ipsius veritatem propius certe accessisse videntur, quam illi, qui de *septuagesimo quinto* die cogitarunt, *Philostrati* commentatores; qui numerus haud dubie major est pro narrationis hujus Musonianae indole. Quid igitur, si ἑβδόμην intelligas *spatium septem dierum*, ἑβδομάδα, et hanc temporis notationem sic capias: *Septimanam fere et quinque dies occupatis nobis in Isthmo* etc. Hactenus certe sic videtur. LEHM.

ead. l. 6. *Νέρωνος μετεγνωκότος τὴν τομὴν*] In marg. *Ald. Wess.* adscriptum: Vid. *Cael.* L. II. §. 3. Sed nihil ibi invenio. Quare adi *Cael. Rhodig.* L. XXI. cap. 19. ubi enarrat, quinam Isthmum perfodere praeter Neronem conati sint. REITZ.

ead. l. 7. *Αἰγυπτίους*] Idem apud *Philostratum* narratur pag. 163. SOLAN.

ead. l. 12. *Νέρωνα — Ἰσθμοῦ*] *Olear.* ad *Philostr.* p. 162. a. 7. et 8. Item p. 192., ubi idem fere. REITZ.

ibid. Θαλῆς] Corrupte antea in omnibus legebatur *Θαλλῆς*. V. Hipp. s. Baln. cap. 2. ad quem locum haud dubie hic auctor respicit. SOLAN. Cf. Varr. Lectt. LEHM.

ead. l. 15. *Καὶ ὀξύτατος ὢς*] Locus corruptus, arbitror, quem ita forte emendare liceat, *καὶ ὁ ὀξύτατος*, (int. *ἀνὴρ*) *ὃς τῶν ἐκεῖσε ἦν ἁπτόμενος*, eo sensu, quem expressi. Nomen viri est non *Βίνδαξ*, sed *Βίνδιξ*, *Vindex*. De *ὀξύτατος* non dissimulo, mihi in mentem venisse legere, *οὐξύπατος* vel *ὁ ἐξύπατος* Exconsul. s. Exconsule, quae satis blanda fuerit mutatio. Regebat tum Galliam pro praetore Vindex, *Sueton.* Ner. c. 40. et potest fieri, ut consulatu ante functus fuerit, quo respectu sit *ἐξύπατος*. Docet enim *Dio* lib. LIII. p. 504. ab Augusto institutum, quos ipse in suas provincias mitteret, Legatos et Propraetores vocari, licet Consulares essent, *πρεσβευτὰς ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι*. Hactenus itaque mirifice blandiebatur mihi conjectura. Sed refrigeravit istum amorem ex aliqua parte illud, quod inferioris aevi, et vel tum rarissima vox *ἐξύπατος*· itaque in medio interim relin-

quenda res videtur: ac ne in versionem quidem recipere Vindicem Exconsulem ausus sum. Interim nec illud dissimulo, libellum mihi satis recentem videri, quem ἐξύπατος non dedeceat; sed non aliis adhuc, quam stili argumentis. GESN.

ibid. Ὡς τῶν ἐκείνης νῦν ἁπτόμενος] Melius ὁ τῶν ἐκεῖσε νῦν ἁπτόμενος. MARCIL. Malim ὁ τῶν ἐκεῖ νῦν. Vett. Codd. inspiciendi. GUYET. Prudenter monitum: conjectando enim in locis tam male habitis parum proficitur. LEHM.

Pag. 280. *l.* 2. Ὑπὸ τῆς] Lege ἀπό. GUYET. Non opus est, si loca Urbi proxima cum *Gesnero* intelligas; quamquam qui hoc historiae respondeat, non plane dijudico. In ipsa enim urbe multi favebant Vindici; vid. *Suet.* Ner. c. 40. Sed cum, teste etiam *Tacito*, a Galliis incepit motus Vindicis, omnia jam inde ei ad Urbem usque parere, posset hic narrari. REITZ. Assentitur *Reitzio Jacobus* in Quaeststt. Luciann. Spec. I. p. 17. in Ed. Toxar., laudans simul *Valcken.* ad *Herodot.* p. 734, 64. LEHM.

ibid. Ὑποδιδόναι] *Subsidere*, *fondre sous lui.* GUYET.

ead. l. 3. Προπταίσαντος] Scripserat haud dubie προσπλεύσαντος, qua voce statim utitur. SOLAN. Vulgatam vocem non esse sanam, nemo non videt. Longe melius se habere *Solani* conjecturam, negaverit nemo. Sed nunc veram esse, quis praestare ausit? LEHM.

ead. l. 7. Τῶν γὰρ Λήμνῳ προσπλεόντων] Fingitur igitur, nisi hic etiam aliquid corruptum est, Menecratem hunc Lemnium fuisse, neque insula illa ante haec egressum. GESN.

ibid. Λήμνῳ] Ubi scriptor hujus Dialogi, quod et ad Philopatr. c. 3. monuimus. SOLAN.

ead. l. 11. Φθέγγεται δὲ κοῖλον μὲν] De voce Neronis *fusca*, *Suet.* Ner. 20. *Dio* . . . et *Philostr.* IV. c. 44. V, 7. In omnibus impr. μὴ pro μὲν erat, quod ut conjecturam tantum exhibet L. SOLAN. Φθέγγεται δὲ κοῖλον

μὴ φύσει] De voce Neronis *Xiphil.* e *Dione* l. 61. pag. 699. A. βραχὺ καὶ μέλαν φώνημα ἔχων. *Sueton.* Ner. c. 20. *Exiguae vocis et fuscae.* Κοῖλον igitur illud s. *cavum* in voce erat ab affectatione, cum majorem et graviorem, quam a natura habebat, vellet efficere, quod depresso et introrsum adacto gutture hodie etiam conantur interdum adolescentuli. GESN.

ead. l. 12. Κοῖλον μὲν] Ita legendum animadverterat etiam *la Croze.* Cumque et in L. idem adscriptum, sensusque videatur postulare, non dubitavi sic edere. Interim versionem ad μὴ aptatam non attigi. REITZ. Retinui cum *Gesneri* interpretatione etiam lectionem olim vulgatam, quae mihi secus ac *Reitzio* praesidium in ipsa sententia habere videtur. *Praeter naturam* Nero vocem adeo depressit, ut cavum et grave sonaret, introrsum rejecto (ἐγκειμένης, non ἐγκεχρισμένης) gutture, et cantica sic instructa s. parata (non κατεσκευασμένος) susurrum quendam referrent. LEHM.

ibid. Ἐγκειμένης] An ἐγκεχρισμένης; GUYET.

ead. l. 13. Μέλη δὲ οὕτω κατεσκευασμένα] Nihil praecessit de praeparatis carminibus; sed de voce praeter naturam amplificata. Malim ergo legere κατεσκευασμένος. Ita certe interea converti, dum meliora edocear. Statim sequitur βομβεῖ πως — ἐπιλεαίνουσι. Horum verborum interpunctionem pariter atque interpretationem juvat locus *Epiphanii* e libro de mens. et ponder. mox a principio, quem observavi indicio *Casauboni* ad *Suet.* Neron. cap. 20. Ita autem de septuaginta interpretibus loquitur: ἀντὶ τοῦ εἰς δύο τόπους κεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ ἔτους, ἑνὶ τόπῳ χρησάμενοι, τὴν δοκοῦσαν εἶναι βόμβησιν, εἰς λειότητα μετέβαλον κ. τ. λ. Βόμβησις est ingratus ex repetitione sonus: hunc mollierunt voce, quam repetit Ebraeus sermo, semel tantum ponenda. Hoc certe discimus, βόμβος est sonus asperior, qui dicitur junctura λεαίνεσθαι. Hoc ad nostram rem satis est. Nam βόμβον esse *obscurum et raucum murmur*, ut apum et id genus animalculorum, satis constat: quod cum *fusca* Neronis voce pulchre convenit. GESN. Οὕτω

κατεσκευασμένα cantica dicuntur, ista ratione, affectatae et quasi extortae artis vi, modulata. Nec opus esse puto, ut *κατεσκευασμένος* cum *Gesnero* legas, quamquam hoc simplicius dictum sit. Jam seni sic expressi *βομβοῦσί πως*, bombum nescio quomodo referunt. Hunc autem bombum, — *τοῦτον*, scil. *τὸν βόμβον* int. e verbo *βομβεῖ*, ut non opus sit cum *Marcilio* aut *Wyttenbachio* Animadvv. ad *Plutarch.* Opp. Morr. T. I. p. 513. Ed. *Lips.* corrigere *τοῦτο* — *laevigant*, *leniunt*, *accentus sonorum musicorum.* (non, ut perverse *Wyttenb. soni accentuum.*) Quid autem *ἐπιλεαίνειν* sit de hac re dictum, erudite illustrat idem *Wyttenb.* ibidem. LEHM.

ead. l. 14. *Τόνοι τῶν φθόγγων*] Nempe huic etiam loco lucem affert illa inter *φωνὴν* et *φθόγγον* distinctio, quam docet *Arrian.* Epict. III, 6. *Κοινή τις ἀκοὴ λέγοιτ' ἂν ἡ μόνον φωνῶν διακριτική, ἡ δὲ τῶν φθόγγων οὐκέτι κοινή, ἀλλὰ τεχνική.* GESN.

ibid. Ἐπιλεαίνουσι τοῦτον, ἐπεὶ μὴ θαῤῥεῖ] Melius *ἐπιλ. τοῦτο, ἐπεὶ μὴ θ. τοῦτο.* Nempe *τὸ βομβεῖν.* Alia erant, et quidem *ψαμμακοσιογάργαρα*, quae in Luciano et Pseudolucianis notarentur; sed operae non est. Haec autem qualiacunque illa, ex paginis libri mei fimbriatis olim stilo aetatis meae verno, nunc *παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν* exscripsi. MARCIL.

Pag. 281. *l.* 3. *Μόνου τοῦ*] Lege *μόνου τοῦ.* GUIET. Non displicet, etsi et vulgatum defendi potest. REITZ. Non defendi tantum potest Genitivus *μόνου*, sed cum severissima lege optime et unice convenit, ut vix quisquam de mutatione, quae foret in pejus, cogitare potuerit. LEHM.

ead. l. 4. *Μιμοῖτο τοὺς κρείττονας*] Apollinem videri voluisse Neronem loquuntur historiae, et numismata. GESN.

ead. l. 14. *Ὥσπερ οἱ ὑποπαλαίοντες*] Quid sit *ὑποπαλαίειν* doceat *Plutarchi* Periphrasis de discr. Amici pag. 58. F. *οἱ δὲ κόλακες τὸν πλούσιον — ἀποφαίνουσι*

ῥωμαλέον, ὑποπίπτοντες ἐν τῷ παλαίειν. Et — κολακεύει — ὁ προσπαλαίων ὑποκατακλινόμενος. GESN.

ead. l. 15. *Τὸν τῆς τραγ. ὑπ. ὡς Ἰσθμοῖ*] Vid. *Plut.* in Flaminio. SOLAN.

Pag. 282. *l.* 4. *Ἰσθμοῖ γὰρ νόμον κειμ.*] Musicos agonas ex Isthmis ante exsulasse, hinc observarat *Casaubonus.* (ad *Suet.*) *Spanhemius* de Comicis Tragicisque ludis concedit, de musicis, qui non nominantur, non item; (Ep. ad *Morell.* I. pag. 41.) adducitque, ut suam sententiam fulciat, *Philostratum* vit. Apoll. Im. IV, 24. Cui loco doctissimus interpres addi jubet et VIII, 18. *Julianique* ad Argivos epistolam; quorum locorum primus et tertius *Casauboni* sententiam non tangunt, quippe qui de temporibus, quae Neronem antecesserunt, non de sequentibus, statuat. Secundus *Patrium* Musicum ibi agonem vere facit. SOLAN.

ead. l. 5. *Μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι*] Moverat forte Isthmiorum judices, quod postea Praesides Pythiorum, ubi sua adhuc aetate Tragoedorum certamen fuisse, sed de eo abrogando, propter judicum molestias, actum, memorat *Plut.* Sympos. V, 2. p. 674. qui ibidem docet, in Sicyonio thesauro dedicatum fuisse *χρυσοῦν βιβλίον, Ἀριστομάχης ἀναθήματα — ποιητρίας Ἴσθμια νενικηκυίας.* GESN.

ibid. Μήτε τραγῳδίαν] *Olear.* ad *Philostr.* 163. a. 12. et 15. REITZ.

ead. l. 8. *Ἐπ' αὐτὴν*] Lege *ἐπ' αὐτῇ.* GUYET. Recte, cumque et *Pell.* ita haberet, non haesitavi ita edere. REITZ.

ead. l. 16. *Τοὺς ἑαυτοῦ ὑποκριτὰς*] Forte ex illo plausorum suorum numero, quos describit *Sueton.* c. 20. *Adolescentulos equestris ordinis, et quinque amplius millia e plebe robustissimae juventutis undique elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent* etc. Hi quidem plausuum *ὑποκριταὶ* fuere. GESN. Recte hactenus *Gesnerus.* Sed quae deinceps sequuntur verba: *οἷόν προσήκοντάς τι* (olim *τε*) *τῷ πράγματι*, minus recte idem interpres reddiderat: *tanquam qui negotio huic apti essent.* Imo sic debebat:

tanquam quorum partes aliquae essent in negotio, i. e. in fabula, quam Epirota modo agebat. Et sic illud quoque ipsum, quod miserrimum cantorem miserrime trucidabant, videbatur ad fabulae ipsius cursum et ordinem pertinere. LEHM.

Pag. 283. *l.* 9. *MEN. Εἰ δὲ*] *MEN.* delendum censeo. SOLAN.

ibid. Τραγῳδίαις] Lege *τραγῳδίας*. GUYET. Idem notarat *la Croze*. Omnino ita corrigendum duxi, quidquid ad excusandum vulgatum possit adferri, quasi esset plur. pro sing. et ellips. *τῆς ἐν*, uti apud *Sophocl.* Oed. Tyr. 19. *ἀγοραῖσιν ἔθακε*, bene habet; vel ut supra *ἐν* omittitur Asin. c. 24. quod tamen et ibi suspectum dixi; vel ut ib. c. 52. f. *πάντων ὀφθαλμοῖς ἀναβήσεται*. Ne plura similis ellipseως alibi adlegata repetam, quibus effici posse videatur, ut *τραγῳδίαις* sit, *in tragoediarum quadam*; uti, *Isthmiis, quinquatribus; Ludis, munere, Circensibus*, et similibus spectaculis dici amat. (vid. *Suet.* Jul. cap. 39.) At haec omnia nihil ad rem facere mihi visa; ita simplicitate ac veritate sese commendat genitivus *τραγῳδίας*· nec displicebit mediocriter peritis, sed ignoscent postremae huic et parcius antea usurpatae audaciae. Sin minus, culpam deprecor, neque in Luciano faciam iterum. REITZ.

ead. l. 13. *Εἰς τοὺς Ὀρέστας τε*] Versiculum proscriptum refert *Sueton.* c. 39. *Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι*. Sed nihil de oraculo. Inimicitias furiosas Neronis contra oraculum describit ex *Dionis* l. LXIII. *Xiphilinus* pag. 721. C. *Τοῦ δὲ δὴ Ἀπόλλωνος (εἴτ' οὖν ἀγανακτήσας ὅτι λυπηρά τινα προεῖπεν αὐτῷ, εἴτε καὶ ἄλλως μανείς) τήν τε χώραν τὴν Κιρῤῥαίαν ἀφείλετο, καὶ στρατιώταις ἔδωκε, καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ἀνθρώπους ἐς τὸ στόμιον, ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνῄει, σφάξας*. Ultima verba ita intelligo, interfectos, et cruentos palpitantesque adhuc homines abjectos in ostium. Eadem occasione videtur illas quingentas hominum Deorumve statuas aeneas sustulisse, de qua re *Pausan.* Phoc. p. 620, 31. GESN.

ibid. Ἀλκμαίωνας] Vid. Alex. cap. 19. et not. Re-

spicit istud Apollinis secundum quosdam: *Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι.* Vid. *Philostr.* pag. 481. et *Suet.* Ner. cap. 39. SOLAN.

ead. l. 15. *ΜΟΥΣ.*] Et hoc nomen delendum. SOLAN.

Pag. 284. *l.* 2. *Ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλὰς*] Vid. *Spanhem.* ad illud *Aristophan.* Plut. 765. *Κἀγώγ' ἀναδῆσαι βούλομαι εὐαγγέλια σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμάθῳ, τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα.* GESN.

IO. MATTHIAE GESNERI
DE AETATE ET AUCTORE
DIALOGI LUCIANEI
QUI
PHILOPATRIS
INSCRIBITUR
DISPUTATIO.

(Habita *Jenae* A. 1714. retractata et aucta publiceque disputata *Lipsiae* 1730. retractata iterum et castigata *Gottingae* 1741.)

ARGUMENTUM.

De auctore Philopatridis tres classes sententiarum §. 1. 2. I.) Qui Luciano tribuunt 3. 4. II.) Qui antiquiorem Luciano faciunt 5. Examinatur haec posterior sententia 6. Imprimis repugnat laudatus Artemidorus 9. Et similitudo sermonis cum sermone Luciani. Obiter de Baraterio dictum 10. II.) Luciani non esse hunc libellum, ostenditur testimonio antiquae annotationis 12. Quia unius tantum Imperatoris in Persica victoria mentio fit 13. Respondetur Ge. Bullo 14. et Dodwello 15. Major est in Philopatride rerum Christianarum notitia, quam quae in Luciano observatur 16. Obiter quaedam ad Peregrinum disputantur contra T. Fabrum 18. 19. Comparantur notitiae Luciani et auctoris Philopatridis 20. An χρηστοὶ sint Christiani? contra Huetium 21. Stilus Philopatridis Luciano indignus 22—26. III.) Ergo junior Luciano, quod putabat etiam Lacrosius 26. Et Moylius 27. Scriptus videtur Byzantii, cum ea jam esset Constantinopolis 28. Argumento de templorum antiquitate non utimur 29. Post Constantinum M. scriptum esse indicant ἐξισωταὶ, et voces quaedam illius aevi propriae 30. Scriptus videtur ad primum nuncium victoriae Juliani Persicae 31. Christiano Imperatori tali libello gratulari non licuisset 32. Res gestae Juliani satis magnae 33. Et auctae in immensum a laudatoribus 34. De Aegypto in servitutem redigenda, Arabibus ac Scythis 35. Christiani infensi Juliano. De his agi, contra Basnagium 36. Male ominatos Juliano ostenditur 37. Status felix imperii Juliano imperante 38. Galilaeorum appellatio Juliani temporibus propria. 39. 40. Licebat apud Julianum etiam Deos gentilium irridere 41. Qui in Luciani nomen pervenerit? 42. 43.

I. Quo tempore, quove scriptus auctore esset Dialogus, qui Philopatridis nomine inter Luciani libellos a librariis collocari solet, diu multumque a doctissimis hominibus disputatum est. Me ad quaerendum excitavit illud, quod passim

ad hunc libellum in disputationibus de antiquitate fidei Nicaenae, aliisque rebus provocari viderem. Operae itaque pretium esse putabam etiam paullo exquisitioris, si constitui posset aliquid, quod vel usque quaque certum esset, vel eum probabilitatis gradum haberet, quo in tali re acquiescendum sibi viri sapientes putant.

II. Ad tria quasi capita referri possunt, quae adhuc prolatae sunt sententiae. Sunt enim, qui Luciani auctori tribuendum putent: malunt alii antiquiorem Samosatensi credere, quin ad Neronis usque tempora retro ascendentes parentem deformi foetui quaerunt: alii denique juniorem Luciano, quin ipso tertio post C. N. seculo inferiorem ut statuant, adduci se patiuntur. Nos in re non nimis facili ita versabimur, ut primo sententias aliorum proponamus, quam fieri poterit perspicue, adjectis simul caussis, quas vel allegant ipsi, vel quae videntur illos, ut ita sentirent, induxisse; tum quae contra hos ab aliis disputentur, vel dici nostra opinione possint, sine cujusquam insectatione modeste indicemus; denique ut nostram de tota re sententiam et exponamus breviter, et argumentis pro virili parte adstruamus.

III. Igitur qui Luciano tribuunt scelerati partus exclusionem, ab illis ne exigendam quidem esse probationem, videri alicui queat; cum, quod inter reliquas ejus viri commentationes compareat, ex eo ipso satis constet, nisi sit, qui meliori jure eum sibi vindicet, illius esse, cujus per tot annos fuit possessio. Plurima enim esse plurimorum auctorum scripta, quae eorum, quibus tribuantur, esse, nullo alio argumento probentur, quam quod inter reliqua ipsorum scripta referantur. Atque haec cum ita sint, accedere, quod argumentum tale hujus Dialogi sit, quod a dicacitate Luciani et omnia insectandi libidine non abhorreat. Olim enim effecisse Samosatensem illum scurram, ut, si quid in re gravi ridiculum, in seria ludicrum, in honesta denique contumeliose dictum appareat, id haud male, nec levi conjectura ad ipsum auctorem referatur. Neque Christianis pepercisse, sed in ipsos etiam maledicum strinxisse calamum, vel Protea,

seu de morte Peregrini dialogum luculenter admodum testari. Maximam autem omnium fidem huic sententiae facit mira phrasium, sententiarum, earum etiam, quas ex Homero solet depromere, totius denique oeconomiae, quam vocant, et dispositionis convenientia: quae quidem tanta est, ut vix phrasis vel sententia in toto hoc dialogo occurrat, quae non semel, aut saepius etiam in reliquis, quae Luciano nemo abjudicat, deprehendatur; oeconomia autem seu dispositio dialogi, ei, quam in Nigrino ille adhibuit, magis similis sit, quam ovum ovo est simile, de qua quidem convenientia infra adhuc erit dicendi locus.

IV. Jam victoria illa de Persis, cujus sub finem dialogi epinicion quasi quoddam a superveniente Cleolao canitur, nihil vetare dicit celeberrimus Fabricius [a]), quare non sit eadem, de qua Marcus Antoninus et Lucius Verus triumpharunt A. C. 166. Vir doctissimus David Blondellus [b]), quem laudat Fabricius, *Anno Marci quarto*, inquit, *Christi* 164. *Macrino et Celso Coss. Seleucia cum trecentis hominum millibus, et Ctesiphontis regia Veri nomine per Cassium excisa, prisco vere Persarum supercilio nubem ademit Verus, cui spe falsus inani Susae et Arabiae excidium Scythicarumque excursionum cessationem (in bellum Marcomannicum, dum Parthicum geritur, natum, intentus) spondet Cleolaus. Nihil itaque nos cogit, quae Luciano vivente et spectante confecta sunt, ad alium auctorem referre.* Georgius vero Bullus [c]), laudante iterum Fabricio, praeter victoriam de Persis, Marco Antonino imperante reportatam, quam celebrat Cleolaus, illud insuper monet, quae de malorum praedictionibus dicantur in Philopatride, illa apprime etiam in Divi Marci tempora convenire. Huc enim pertinere, quae Sextus Aurelius Victor habet in epitome: *Marcus Antoninus virtutum omnium caelestisque ingenii extitit, aerumnisque publicis quasi defensor objectus est. Es-*

a) Bibl. Gr. L. 4, 16. p. 504.
b) De Episcopis et Presbyteris p. 227.
c) Defens. Fidei Nic. 2, 4, 2. p. 78. seq. ed. *Grabii.*

enim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. Quippe ab armis nusquam quies erat: perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella fervebant: terrae motus non sine interitu civitatum, inundationes fluminum, lues crebrae, locustarum species agris infestae, prorsus ut prope nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante saevierit. Nempe haec esse illa mala, a Sophistis, ut auctor appellat Christianos, praedicta.

V. Qui antiquiorem faciunt Luciano, in diversa abeunt. Est enim, qui ita putet Luciano majorem Philopatridos parentem, ut ipsum Neronem aetate credat attigisse. Nimirum Theodorus Marcilius, *Saperdae autem prorsus illi sunt*, inquit, *qui propter ea, quae in extremo dialogo isto de Babyloniis, Aegyptiis, Persis, Scythis, verba fiunt, hujusce distortissimi foetus parentem ad tempora Imperatoris Trajani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere posse, quivis facile lolio non victitans perviderit. Plane quidem, quiqui tam belli pueri pater est, Neronis principatu eum suscepit.* Micyllum videtur notare, qui Trajano imperante scriptum esse Philopatrin putabat. Sed ipsius verba ponere ex argumento dialogi ab ipso quondam conversi, commodissimum fuerit. *Lucianine sit Dialogus hic, an alterius cujuspiam, dubitari potest. Nam quod ad argumentum attinet, non abhorret ab illius ingenio et dicacitate. Pariter enim et gentilium Deos, et Christianam religionem, ut saepe alias, incessere videtur. Phrasis autem, et tota adeo compositio caeteris illius scriptis haudquaquam similis est. Nam quorsum pertinet excursus iste, reliquo prope toto corpore longior? Aut quid adeo grande aut affectuosum sequitur, quod Tragico isti exordio respondeat? Sed de his doctiores judicent. Caeterum cujuscunque scriptum hoc fuit, videtur is Trajano Caesari ob victoriam in Oriente partam potissimum gratulari voluisse, contra eos, qui per id tempus sive ipsi urbi, sive alteri*

alicui loco, (nam patriam a) *solum vocat) pericula et clades praesagiebant: quos ipse a principio Sophistas appellat, ad finem tamen ita describit, ut propemodum Christianos intelligere videatur. Eo enim pertinet, quod in fine de Persico supercilio, de Susis, de tota Arabum regione meminit. Omnia enim illa a Trajano devicta in pop. Romani potestatem illis tum temporibus rediere, ut apud Dionem, et Eutropium, et caeteros, qui ejus aetatis historiam scripserunt, videre est.* Habet haec Micylli sententia praesidium quoddam in verbis dialogi cap. 10. Ἥνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν, ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας, καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκὼς, δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν, κ. τ. λ. His verisimile Paullum Divum significari, cujus proinde auditor Triephon: jam vero inter magistri mortem, atque hunc sermonem discipuli plus XL annis ad summum intercedere non potuisse credibile est, nisi decrepitum senem Triephontem, cum haec loqueretur, fuisse, dicere velis.

VI. Verum enimvero quo antiquiorem aliquis hunc dialogum statuit, eo magis falli necesse est. Quid enim? Ut hinc incipiamus, Triephontis magister laudatur Γαλιλαῖος, ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας; Divus igitur Paullus intelligendus necessario est? Quid vetat, quemvis alium hac descriptione signari, recalvastrum, nasonem, mysteriorum cognitionem de se, ex vero forte, praedicantem, quam comica phrasi, ad raptum illum Apostoli nefarie accommodata, Noster περιφράζει. Quid vetat, si concedamus etiam, corporis et oris habitum, qualis hic describitur, Paullo fuisse, (quod vix tamen probari posse puto) imaginem summi Doctoris a scurra visam esse, eumque deinceps, ut protervius Christianos insectaretur, hoc schemate magistrum suum deridendum aliis propinasse? David Blondellus, quem paullo ante laudavimus, contra eos, *quibus Galilaei, recalvastri, nasonis, ad tertium usque caelum ra-*

a) Quin urbis κατ' ἐξοχὴν mentio fieri videtur c. 19.

pti, discipulum professus Triepho, Paullum innuere videtur, ita disputat: *His argumentis*, (quae nimirum allata jam jam a nobis sunt) *persuaderi me non posse fateor, (ut credam, Philopatrin ante Luciani aetatem scriptum.) Ut enim nullum Luciani aetate Paulli auditorem superfuisse largior lubens; nec Paullum Tarsi natum Galilaeum dici debuisse constat: utrumque ad majus Christianarum rerum ludibrium a Luciano effictum, non est, quod negemus.* Nec difficile fuit Veuer. MOSHEMIO [a]) refellere ARTEMONIUM, id est, SAM. CRELLIUM, qui ipsi Christo adscribi raptum in caelum, sententiis Socinianis inserviens nimirum, putabat.

VII. Neronis principatu non esse scriptum Philopatrin, non equidem probabo ex RUFI FESTI loco, qui *Armenias duas tunc amissas, Romanasque legiones sub jugum a Persis missas, extremo dedecore Romani exercitus sacramenta* ait *foedasse.* Plura siquidem feliciter, ductu Corbulonis, Neronis auspiciis in Armenia contra Parthos gesta, eademque magnifice celebrata, refert TACITUS [b]): quin neque post cladem iguominiamque, Paeti negligentia acceptam, *decreta a Senatu; integro adhuc bello, tropaea, dum aspectui consulitur, spreta conscientia, omissa sunt,* ut idem TACITUS [c]) auctor est. Quidni igitur et vani cujusdam Graeculi, Paeana ante victoriam, quin post cladem acceptam, canentis, gratulationem Nero acceperit? Firmiora proinde argumenta deinceps erunt afferenda. *Nec vero Trajano convenit,* verba recito DAVIDIS BLONDELLI l. c. *quod sub dialogi finem oraculum recitat Cleolaus: πέπτωκεν ὀφρῦς ἡ πάλαι βωμιένη Περσῶν, κ. τ. λ. Nam nec Susam nec Arabiam totam debellavit, nec quos ex Arabibus subegit, post devictos Persas domuit Trajanus, immo inter belli Parthici initia, anno*

a) Vid. viri magni diss. de raptu Christi in caelum §. IX. seqq.
b) Annal. 13, 7. seq. c. 34. L. 14, 23. seq. L. 15. init.
c) Annal. 15, 18, 1. Ita in Persii 5, 4. ad Corbulonis victorias respici ait *Casaubonus*, quas assentatorie in majus extollerent Poëtae et Historici.

imperii quarto, Christi CI. Trajano quartum et Paeto coss. per Syriae praesidem Palmam, Petraeam Arabiam sub jugum misit; eodemque anno, pereunte Decebalo, Dacicum bellum consummavit. Anno vero imperii nono, Christi CVI. Commodo et Cereale Coss. Seleuciam, Babylonem et Ctesiphontem cepit.

VIII. Sed, ne quid dissimulem, tota illa disputatio nec mihi, nec credo multis aliis, ex omni parte probatur. Prior ipsius ratio est, quod nec Susa nec Arabiam totam debellaverit Trajanus. Sed debellavitne eam Marcus, cui ipse epinicio illo gratulatum fuisse Lucianum putat? Fatetur non debellasse. At paratum est *χρηςφύγετον*. Spe falsus *inani*, inquit, *Susae et Arabiae excidium, Scythicarumque excursionum cessationem, spondet Cleolaus.* Iniquus autem est Blondellus, si, quo ipse effugio utitur, illud eripere velit parti adversae. Ut lubentius concedat, movere eum debet ratio altera, qua adversam sententiam oppugnare sibi videtur, tantum abest, ut ea rem, quam vult, conficiat. Putat enim, quia jam ante Persas, Arabum quosdam subegerit Trajanus, Cleolaus autem ei, qui jam victor esset Persarum, Arabiae subjugationem tanquam futuram spondeat; fieri non posse, ut de Trajano ea gratulatio accipiatur. Quid si autem dicamus, ideo enimvero spondere Cleolaum, ut *ΠΑΣΑ χθὼν Ἀραβίας*, sub potestatem Trajani redigatur, quod parte ejus jam subacta, facilior de reliquis spes esset. Haec, ut mihi quidem videtur, ita sunt manifesta, ut Blondello ipsi, si viveret, assensum extorquerent.

IX. Haecne igitur, dicat forte aliquis, sunt firmissima illa argumenta, quibus Trajani aevo abjudicatur Philopatris? Equidem, ut quod res est fatear, his nunquam mihi persuaderi passus essem, ut non a Paulli quodam discipulo transfuga scriptum putarem. Sed bene res habet. Superest argumentum unum, a nemine, quod sciam, adhibitum, sed omni exceptione, uti arbitror, majus. Narrat nimirum Critias c. 21. se, cum interfuisset deliramentis atque vanis praedictionibus Sophistarum, ita sententiam de illis dixisse: *κατὰ*

μὲν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ, οὐ καλῶς ἀποβήσονται ταῦτά γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν, et reliqua. Quis non videt, ARTEMIDORUM ὀνειροκριτικῶν scriptorem significari? Et ne dubitemus, nec infartum ab interpolatore aliquo Artemidori nomen suspicemur, paullo post interrogat: οὐ κατὰ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισέα, καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ τὸν ΕΦΕΣΙΟΝ ἐξίχνευσα τοῖς ὀνείρασιν; De ipsa re, si quis forte requirat, ARTEMIDORI hujus, ut et ASTRAMPSYCHI, verba in notis posita sunt. Hic illud tenendum, quod hic ARTEMIDORUS EPHESIUS, (qui tamen Daldianum se dici maluit, ut nobilitaret oppidum, unde maternum genus trahebat, obscurius absque hoc futurum) testatur ipse [a]), se nosse homines, qui vixerint Antonini Pii temporibus, qui successor fuit Hadriani, ante quem Trajanus imperavit. Hujus vero inter victoriam Persicam et Antonini initia XXX minimum anni intercesserunt. Nemo igitur sub Trajano scriptum Philopatrida potest asserere, nisi qui crediderit, triginta annis ante, quam scriptus sit liber, eum posse allegari. Quin, cum nihil aliud colligi queat ex Artemidori verbis, quam notos illi fuisse Athletas, qui interfuerint ludis quinquennalibus illis, quos Antoninus Pius Hadriano, a quo fuerat adoptatus, instituit [b]), suspicari licet, post Antonini demum tempora, quin Severi etiam, qui Antonino successor fuit, scripsisse Artemidorum: primum, quod ex prooemio apparet, post longissimam cunctationem animum ad scribendum appulisse, h. e. ad edendas observationes longa peregrinatione experientiaque comparatas. Tum, quod TERTULLIANUS quem sub Severo Imp. in confiniis seculi II. et III. floruisse satis constat, cum somniorum interpretes enumerat [c]), Nostri nullam facit mentionem. Quae ratiocinatio si cui aeque ac mihi probabitur, ut paullo dictum laxius accipiet, cum NIC. RI-

a) L. 1. cap. 28. pag. 2[illegible]. et c. 64. pag. 55. Quae loca allegantur a *Nic. Rigaltio* in notis ad inscriptionem.

b) Videndus *Ael. Spartianus Hadriano* cap. 27. et Commentt. ad h. l.

c) Lib. de anima c. 36.

GALTIUS l. c. atque Jo. ALB. FABRICIUS a) Hadriani et Antonini Pii temporibus vixisse Artemidorum perhibent: tum illud etiam colliget, vix esse, ut a Luciano Samosatensi laudatus Artemidorus, adeoque Philopatris scriptus esse potuerit, de quo infra videbimus.

X. Neque vero illud hoc in loco praetermittendum est, summa rerum verborumque cum iis, quae haud dubie Luciani sunt, convenientia, quam, credo, negabit nemo, qui annotationes nostras vel cursim perlustraverit, facile aliquem induci, ut credat, vel ab ipso Luciano, vel ab homine, qui eum sibi imitandum proposuerit, esse scriptum. Neque enim magis id casu fieri potuisse existimo, quam, ut ex temeraria formularum typographicarum commissione versus Homeri aliquis, aut Ennii possit existere. Sed pluribus in hac sententia confutanda nos immorari nihil opus esse arbitror, cum quae jam nunc adversus primam illam, quae Lucianum Philopatridis auctorem facit, proferemus, ea magnam partem fortius etiam contra hanc secundam valeant. Neque protulit quidquam doctissimus puer (quo nomine honoris caussa hic utor in eruditissimo quatuordecim annorum homine) BARATERIUS b), quod dimovere nos de sententia debeat. Favebam aetatulae hominis in mea patria nati et ista scribentis, ignoscebam puero *absurditatis* accusanti, quae neque cognovisset satis, neque intelligere tum posset: lubens me discipulum illi in re tali praebuissem. Sed nihil dixit, quod non dictum, quod non refutatum sit. Molliter inter rosas violasque quiescant ossa hominis emendaturi, si licuisset, illa *παιδαριώδη κανχήματα*. Nos pergamus.

XI. Quod igitur alterum hujus disputationis caput est, Lucianine sit Philopatris, an junioris alicujus, age, dispiciamus. Qua in re ita versabimur, ut primo contra eorum, qui id affirmant, rationes quaedam in medium proferamus;

a) Bibl. Gr. 4, 13. p. 402.

b) In Anti-Artemonio, Noribergae 1735. 8. edito, cap. 14. §. 2. et 3. p. 84. seqq.

deinde, cur Luciani non esse putemus, generatim dicamus; denique, ut, quibus inducti rationibus, juniorem Luciano auctorem arbitremur, eas rationes, quam fieri poterit breviter et perspicue, proponamus.

XII. Luciano jure tribui Philopatrin, probatum primo inde est, quod is quasi in possessione esset, cum inter ipsius opera jam longo tempore referatur; igitur non nisi validissimis rationibus posse inde exturbari. Verum enimvero, ne jam in locum illum communem de librariorum inertia et fraudibus excurram; ne etiam illud dicam, malae fidei possessorem praescriptione sese tueri non posse: jam Aldina editio CIↃIↃXXII. fol. in fine dialogi haec habet: *οὗτος ὁ λόγος νοθεύεται τῶν Λουκιανοῦ.* Quae procul dubio ex veteri codice adscripta, et post ab aliis repetita sunt. Argumentum non abhorret, fateor, ab ingenio Luciani, si generatim illud spectes, ut ad irridendam cum superstitione religionem pertinet. Sed quam exiguum huic rationi pondus insit, si dicerem, de tua, Lector, prudentia dubitare viderer. Quid si vero insuper negem, illam saltem dialogi hujus partem, ubi vanissima spe tot victoriae, triumphi tot spondentur, quorum nihil, vel parum, quamcunque etiam sententiam amplectare, contigit, cato illi Samosatensis naso ex asse convenire? Certe a prudentia non tantum viri, sed a magna ad credendum res etiam satis certas tarditate, oppido id videtur alienum. Ingens porro illa rerum verborumque in hoc dialogo cum iis, quae indubie sunt Luciani, similitudo, tantum abest, ut a me negetur, ut potius paullo ante ea usus sim ad probandum, Trajani aetate non videri scriptum. Sed potuit ea ex alio etiam fonte profluxisse, imitatione nimirum, satis illa quidem inepta, qua de tum ex annotationibus nostris constare volenti potest, tum infra adhuc aliquid erit dicendum. Nunc reliqua persequemur.

XIII. Victoriam de Persis ingentem reportavit Lucius Verus, ob quam, communicato cum Marco fratre honore, triumphavit. Hanc eam ipsam esse, quam celebrat sub finem Philopatridis Cleolaus, volunt, quos supra laudavi, viri do-

ctissimi, aliique complures. Quibus assentiri ne queam, illud me movet, quod unius tantum *αὐτοκράτορος* deprehendam in illo epinicio mentionem, id quod secus factum oportebat, si ad hunc triumphum pertineret. Ambos enim fratres aequato jure imperium administrasse, notius est, quam ut dici a me debeat. Nec est, quod Lucium Verum solum celebrari dicamus, qui nimirum solus id bellum confecerit, solusque gloriam inde sibi vindicaverit. Praeterquam enim quod per ducès omnia sunt gesta, Vero interim Imperatore in Daphnicis Antiochiae deliciis molliter ventrem, Marco autem Romae rempublicam curante, ut testis est Julius Capitolinus[a]): jam est paullo ante dictum, confirmarique tum aliorum, tum ejusdem Capitolini[b]) testimonio potest, triumphum pariter utrosque celebrasse. Ita enim ille: *Habuit hanc reverentiam Marco Verus, ut nomina, quae sibi delata fuerant, cum fratre communicaret, die triumphi, quem pariter celebrarunt.* Et jam ante c. 7. dixerat: *partum est Vero nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum est.* Illud forte dici ab adversa parte posset, Imperatorem Verum, cum ista scriberentur a Luciano, jam tum fuisse exstinctum, solique adeo Marco hic applaudi. Et sane Eutropius 8, 5. cum triumpho Parthico, Veri obitum conjungit arctissime. Sed certum est, intercessisse aliquot annos inter triumphum istum atque mortem Lucii: nec quae scriptor brevitatis studiosus narratione conjungit, tempore ideo sunt conjuncta putanda. Sed haec cum quaestione careant, apud eos certe, qui aliquam cum historicis illorum temporum familiaritatem habent, lubens dimitto. Illud tamen non possum quin adjiciam, non videri Cleolaum nostrum, qui sui victoria Imperatoris effertur tantopere, Medorum atque Armeniae (ut distinctarum magni imperii partium, suosque sibi regulos habentium) mentionem fuisse omissurum, cum de futuris audacter adeo spondeat, si modo materiem epinicio illi tum praebuissent, quod

a) In *Marco Antonino* cap. 8.
b) In *L. Vero* cap. 8.

Marco imperante contigisse modo vidimus. Denique totum hoc argumentum tale esse meminerimus, ut si nihil etiam sit, quo labefactari convellique possit, (quod tamen minime ita se habere, est, puto, luculenter a nobis ostensum) tamen amplius nihil eo efficiatur, quam hanc quidem *περίστασιν* nihil obstare, quo minus Lucianus pro Philopatridis auctore haberi queat, cujus generis argumenta, plura etiam, ruere statim necesse est, si vel unum quid proferri queat, quod cum reliquis conciliari et redigi in concordiam non possit.

XIV. Quod vero Georgius Bullus putat non parum momenti habere, ad asserendum Luciano Philopatridem, temporum sub Marco Antonino iniquitatem, de eo etiam, dissimulare non possum, alia omnia mihi videri. Mala etenim, quae ab Aurelio Victore enarrata supra retulimus, quorumque mentionem etiam Julius Capitolinus facit[a]), jam inde ab imperio Antoninorum fratrum, atque adeo ante victoriam Parthicam accidisse, totoque fere perdurasse imperii tempore, iidem auctores sunt. Tantum autem abest, ut, qua tempestate scriptus est Philopatris, calamitates publicae orbem Romanum insigniter vexaverint, ut potius eam ob causam Christianis acerbe adeo insultasse auctorem appareat, quod temporum felicitatem infaustis praedictionibus, obscoenisque ominibus quasi contaminarent. Quod ut appareat, audiamus Critiam, qui, ut videtur, ob patriae, quem profitetur, amorem, nomen dialogo dedit, cujusque sub persona auctorem latere voluisse existimaverim. Hic igitur Critias in Sophistarum, ut eos appellat, concilium introductus, interrogatusque cap. 24. *πῶς τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ τοῦ κόσμου; Χαίρουσί γε πάντες*, inquit, *καὶ ἔτι γε χαρήσονται.* Habes gaudium publicum, habes felicitatem temporum. Quid ad haec Sophistae? Non placet illis laetitia effusa gentilium; subjiciunt: *δυστοκεῖ γὰρ ἡ πόλις*, cujus verbi vim ibi declaravimus. Non negant igitur, jam felicia esse tempora, sed mala futura praedicunt. Hos dein proterve ridet Critias, *ὀξυ-*

a) In vita *Marci* cap. 8.

δεῤῥέστατα νοεῖν illos inter alia scommata dicens, qui viderent scilicet, quod nec esset usquam, nec, ut putabat, futurum esset. Tum effunditur in enumeranda varia calamitatum publicarum genera, ita tamen, ut ipsa phrasi ad risum composita manifeste indicet, nihil tale tum quidem vulgo homines timuisse, ne putes fuisse expertos. Confirmant ista, quae sub finem dialogi idem Critias commemorat: Ἡμεῖς δέ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν· et paullo post: τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισὶν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος, πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει, καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπτοήσει. Haec igitur satis, opinor, ostendunt, non eo tempore scriptum Philopatridem, cum calamitates publicae per orbem terrarum grassarentur, sed satis laeto reipublicae statu, secus atque viro doctissimo videbatur.

XV. Magnum nomen Henrici Dodwelli praesertim in suis cuique libro temporibus assignandis. Ille etiam aliquando Luciano adscripsit Philopatrin: sed contra se disputandi necessitatem nobis remisit, qui sententiam ipse mutarit. Itaque satis prope fuerit, diversas viri opiniones referre. In dissertatione de fortitudine Martyrum (quae Cyprianicarum XII. est) §. 24. Luciano et M. Antonini temporibus attribuerat Philopatrin. In dissertatione[a]) de jure Laicorum sacerdotali pag. 284. de eodem dicit, *Quem ego Trajano longe recentiorem fuisse existimo, et ipso fortasse Luciano.* Sed in dissertatione de Isidoro Characeno[b]), §. 5. p. 63. ait, *Anno Christi CCII. quo Severus Imperator persecutionem in Christianos Alexandreae decreverit, huic persecutioni Philopatride scripto quasi praelusisse Lucianum, praevias persecutioni κωμῳδίας memorante Antiocheno Theophilo.* Liceat hic quasi interpellare Dodwellum. Spartianus in Severo c. 17. quem laudat, non Alexandriae, sed *in itinere* e Syria versus eam urbem, decretam ait persecutionem. *Judaeos,* inquit, *fieri sub gravi poena vetuit. Idem etiam de Chri-*

a) Cum *Grotii* diss. de Coenae administratione, ubi Pastores non sunt, et aliis hujus argumenti edita Lond. 1685.

b) In Geographis *Hudsonian.* T. II.

stianis sanxit. Κωμῳδίας illas apud Theophilum non observavi. Sed quid porro Dodwellus? *In eadem urbe Alexandria scriptum Philopatrin argumento esse Alexandrini mensis nomen Mesori* (c. 22.). *Quod autem Arabes hostibus accensentur*, (c. 28.) *id facere, ne quis alius Princeps, praeter Severum, intelligi possit* etc. Similia sunt, quae disputat Prael. Camden. 7. p. 307. seq. Quanti ea sint, cum aliunde ex hac dissertatione et annotationibus ad Philopatrin nostris constare potest, tum ipse indicavit Dodwellus, qui in literis ad Moylium, quas paullo post laudabimus, novam sententiam defendendam susceperit, scriptum nempe libellum A. C. ccccxi. ad recentem nuncium victoriae, quam a Persis Odenathus retulerit. Quae deinde pro nostra dicemus sententia, ea huic conjecturae evertendae putamus sufficere.

XVI. Perduxit nos ordo disputationis institutus ad ea argumenta, e quibus generatim, Luciani non esse foetum Philopatrin, colligi posse putamus. Nam illa, quae juniorem Luciano auctorem suadeant, his subjuncturos nos esse diximus. Ad hanc igitur classem, praeter ea, quae modo contra Blondellum atque Georgium Bullum, viros doctissimos, disputata sunt, non dubito primo loco referre, quod major in hoc dialogo deprehenditur, quam in Luciani scriptis, Christianarum rerum peritia. Quisquis diligentius paullo hujus viri commentationibus legendis attenderit, animadvertet profecto perpetuum fere illius morem, ut, in quarum rerum mentionem inciderit, eas res, tanquam per digressiones, quas vocant Rhetorum filii, perspicue, verbisque negotio, de quo agitur, quam aptissimis declaret, quo ipso, quamquam interdum non taedium lectoribus, si qui sunt delicatiores, creare non potest; facit tamen, ut, cum minime putes, plurima discas, ad omnem historiam, populorum ritus, clarorum virorum pernoscendam indolem, linguae etiam proprietatem, totam denique humanitatis disciplinam nimium quantum profutura. Quin ea ipsa ratio est, ut quoddam Ἀμαλθείας κέρας, aut cornu copiae bonae frugis plenissimum, opera ejus

summo possint jure vocari. Profluxit ista scribendi ratio partim ex charactere Luciani, qui est ἠθικώτατος, et ad comicum in multis accedens proxime, in quibusdam etiam superans: partim, (non est enim infitiandum) ex ostentatione quadam, Polymathianque demonstrandi studio, quod quidem in Sophista, id est, eo, qui dicendi artem pro genio seculi profiteretur, non ferri facilius poterat, sed laudi erat atque admirationi. Igitur nulla fere secta, hominum fere genus nullum est, cujus non historiam, characteres praecipuos, aliaque ἀξιομνημόνευτα consignata ab eo literis deprehendamus: philosophorum autem cujuscunque sectae, rhetorum, adulatorum, parasitorum, divitum, pauperum, senum, juvenum, superstitiosorum, atheorum, Romanorum, Atheniensium, Scytharum, impostorum, histrionum, lenarum, meretricum, militum, rusticorum, regum, tyrannorum, Deorum, Dearumque, et cujus non? velut imagines quasdam ab eo pictas admiremur.

XVII. Sed quorsum ista disputem, quaeret fortasse aliquis? Nimirum ita rationem subduco: quia Lucianus ostentandae occasionem doctrinae nullam solet facile praetermittere; quia nullius non hominum generis characteres, mores, sententias, verbis cuique rei propriis et quasi solennibus describit: probabile non videri, si tantam habuisset Christianismi peritiam, quantam in Philopatride reperimus, non alias etiam eam prae se tulisse; atque eo magis, cum occasio in his ipsis, quae habemus ab eo scripta, non defuerit, tum in bonam, tum in malam etiam partem, ampliorem Christianorum mentionem faciendi. In bonam quidem eo imprimis loco, ubi Alexandrum Pseudomantin illum ab oraculo suo Atheos, Epicureos, Christianos omnes removeri procul jussisse tradit. Verba ipsa subjeci[a]): εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω. Cur Epicureos abesse voluerit, declarat, sed de nostris tacet, nec rationem ullam, cur exesse illos sacris suis

a) In *Pseudom.* cap. 38.

Alexander voluerit, profert: forte quod laudandi erant, hoc quidem in loco; quod a se paganus homo impetrare non poterat? Sed etiam cum ridet Christianos [a]), et res illorum dedita opera narrare videri vult, partim verbis ex gentilium disciplina petitis utitur ad res ipsorum designandas, partim, vulgari errore, Judaeorum et Christianorum miscere negotia videtur; et in universum ita loquitur, ut satis appareat, neque libros sacros legisse unquam, neque etiam aliunde sanctissimae disciplinae rationes satis habuisse cognitas atque perspectas. Quoniam id est parum ab hac disputatione alienum, age, quaedam ad hunc Luciani locum annotemus.

XVIII. Ac primum quidem miror, TANAQUILLUM FABRUM, virum ingeniosissimum ad illa verba [b]), τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον κ. τ. λ. annotasse: *Istaec vocula γοῦν et sensus repente abruptus satis indicant, multa hic a Luciano adversus Christum scripta fuisse, quae a majoribus nostris, hominibus nimium piis, sublata fuere. Hinc itaque est, quod dixerat Suidas, Lucianum καθάπτεσθαι τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν, ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ. Hinc factum, ut in plerisque Mss. Codd. non amplius exstet Peregrinus.* Equidem fateor, si vocalem γοῦν interpretere *itaque*, ut est ab eo, qui hunc dialogum convertit, factum, male haec cohaerere cum iis, quae praecedunt. Sed quid vetat, quo minus vertamus *enim*, frequentissima nimirum, apud Lucianum etiam, vocis significatione, ut quandam notet parenthesin? Qui enim, quaeso, concinnius, quam ita, loqui potuit Lucianus: Peregrinus noster in Christianos etiam incidit, et postquam illorum edidicisset mysteria, subito nimium quantum inter illos nomen et gloriam est consecutus. Nam hodienum durat illa quorundam stultitia, ut celebrem istum in Palaestina suspensum hominem venerentur etc. Pergit deinde, ut videas a parenthesi reverti: τότε ΔΗ καὶ συλληφθεὶς κ. τ. λ. Sensus

a) *De morte Peregr.* c. 11.
b) Cap. 11.

igitur abruptus non magis, quam γοῦν particula, deesse alia quid ostendunt. Suidae verbis sua constat veritas quam planissime, si vel nihil desit. Quid enim sunt blasphemiae in Christum, si hae non sunt, quae hodienum exstant in Proteo? Denique, quis iste foret stupor, dum manum semel injeceris mutilando scripto, illud relinquere, quod ejici vel similiter, vel magis etiam intererat? Deobus potissimum modis ulti sunt Christiani hujus dialogi contumeliam, primum omittendo illo penitus, quod factum facile Fabro credimus; tum acerbe, adlatis in margine notulis, refutando, quod Scholia a Jo. Clerico edita testantur. Omisisse quaedam ex ipsa orationis serie, saltem Fabrum quae attulit argumenta, iis vix persuadebit.

XIX. Sed, ut pergamus strictim quaedam ad Luciani verba annotare, Judaicum sapit, quod ἱερέας et γραμματέας vocet Christianorum Doctores, quamquam non ignorem, de Aegyptiorum etiam sacerdotibus τῶν γραμματέων vocē non semel usum a). Ex ethnicismo est, quod Alexandrum Christianorum θεοσάρχην vocat, et τελετὴν Christianorum disciplinam. Καινὸν Σωκράτην Christianos Peregrinum vocasse, probabile non est: si nota Luciano Paulli Apostoli historia fuisset, hunc dubio procul substituisset. Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος, qui persuasisse Christianis dicitur, ut omnes se pro fratribus invicem haberent, non video, quin ipse servator noster esse queat. Neque hunc legislatorem ἀπὸ τοῦ ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς ubi distinguet Lucianus, reperio, quod utrumque tamen iterum vult Tan. Faber. Contra ea jussit Christus Matth. 23, 8. ut omnes discipuli sui fratrum se loco invicem haberent: et secundum τοῦ ἀνεσκολοπισμένου νόμους vivere Christianos, paullo post Lucianus dicit b). Ad verba c), εἶτα παρανομήσας τι εἰς ἐκείνους, ἔφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων αὐτοῖς, Palmerius con-

a) E. g. de *Sacrif.* p. 369. T. I. Ed. *Graev.* it. in *Philops.* c. 34.

b) Johannem Evang. intelligit *Fabr.* B. G. L. IV. c. 16. p. 500.

c) Pag. 570.

fandi sit Judaicos ritus cum Christianorum lege. Sed forte idolothytorum esus, et suffocati ac sanguinis ab Apostolis etiam prohibitus, obverti huic reprehensioni possit.

XX. Juvat hic in brevem summam colligere omnia, quae de Christianis tradit Lucianus, (tradidisse autem, quae sciret omnia, probabile saltem supra reddere conatus sum) tum similiter quasi in tabulam quandam conjecta cum his comparare, quae in Philopatride de iisdem dicuntur. Lucianus ita Christianos describit l. c. Sunt homines, qui suspensum in Palaestina hominem, novorum auctorem mysteriorum, spretis omnibus Graecorum Diis, colunt et adorant, immortalitatem exspectant, atque propterea corporis cruciatus, ipsamque adeo mortem, subire non recusant, ut potius ultro eam deposcant. Praeterea pro fratribus invicem, sic jubente primo illorum legislatore, se habent, bona fortunae omnia tanquam vilia et vana contemnunt, benigneque iis impertiunt, quos propter superstitionem suam vident aut bonis exturbatos, aut alias male a magistratibus acceptos. Sacros libros habent, quos in conventiculis suis legunt: si quis autem doctiores, etiam interpretantur. Si quem videant leges suas migrantem, eum a communione et coetibus arcent atque excludunt. Haec Lucianus. Audiamus auctorem Philopatridis a). Christiani credunt in Deum unum, qui caelum et terram creavit et omnia, eumque Patrem magnum, immortalem, caelestem, Filium patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus et ex uno tres. Hic Deus, quae est lux incorruptibilis, invisibilis, incomprehensibilis, creavit, (ut didicerunt a Mose tardilingui) cum alta nox abysso incubaret, lucem, quae tenebras et vastitatem illam omnem abegit: tum terram super aquis stabilivit, caelum expandit, stellas formavit, cursus earum disposuit: terram ornavit floribus, hominemque ex iis, quae non essent, ut esset aliquid, produxit: jamque de caelo intuetur singulos, bonos, malos, actionesque illorum in libris describit, ac retribuet ex justo singulis, qua die ipse constituit. Praeterea per aquas sese renovari, atque ex impiorum coetu in beatorum vestigia

a) Cap. 12. 13. 17.

collocari credunt; quidam etiam in tertiam se caelum raptos, resque omnium pulcherrimas ibi edoctos praedicant, orationem quandam a patre incipientem, multisque nominibus refertos hymnos recitant etc. Haec si quis cum iis, quae ex Proteo Luciani prolata sunt, conferat, simulque illud consideret, verbis propriis et ex Christianorum disciplina, quin ipsa Scriptura S. petitis, uti Philopatridis auctorem; illum vero gentili more, nec uti solent nostri homines, loqui: cognoscet profecto, Lucianum ut de re parum sibi cognita, et quam non nisi aliis temere narrantibus audisset; hanc vero, ut qui aut ipse coetibus Christianorum interfuisset, aut satis accurate omnia pervestigasset, de hac secta exposuisse.

XXI. Petrus Daniel Huetius, *Demonstr. Evang.* 3, 20. postquam dixerat, in libello de morte Peregrini, quae in contumeliam Christianorum essent dicta, laudi ipsis esse potius, quam dedecori, haec addit: *Clariora etiam reperias in dialogo, qui inscribitur Philopatris, et Luciani nomen prae se fert: Christi quippe et Christianorum nominatim meminit, plurima profert ex Evangelio et Apocalypsi Johannis, ex actis Apostolorum, et ex epistolis Paulli, cujus os et habitum depingit, et evectionem in caelum refert. Christum appellat Chrestum, pro temporum illorum more, quo nomen id a bonitate, non ab unctione ductum credebatur ab Ethnicis.* Quo de more cum quaedam disputasset, concludit: *Ex Christianarum autem rerum peritia, quae major in hoc dialogo, quam in reliquis Luciani scriptis elucet, colligi potest, eum alterius esse auctoris.* Hactenus ille. Quae ideo adscribenda putavi, quod partim hoc argumentum mirifice confirmant, partim vero dubii nonnihil habere videntur. Christi siquidem et Christianorum *nominatim* meminisse dicit auctorem Philopatridis, ita tamen, ut *Chrestum* pro *Christo* dixerit. Ego vero fateor, illud me in hoc dialogo non reperire. Procul tamen dubio respicit vir summus ad illa c. 17. ἀλλά μοι τόδε εἰπέ· εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν οὐρανῷ ἐγχαράττουσι; Respondet Triepho: πάντα, εἴ τύχοι γε ΧΡΗΣΤΟΣ ὢν καὶ ἐν ἔθνεσι. Interpres, quem

forte aliis districtus secare nimium secutus est HUETIUS: *si quidem et inter gentes* CHRESTUS *fuerit.* Neque vero is ego sum, qui Chrestum et Chrestianos pro Christo et Christianis tam agentilibus, verum ignorantibus, quam a nostris, omen accipientibus, dictos fuisse negem, sed illud dico, non videri Triephontem Christum vel Christianos verbis, quae modo adducta sunt, significare, tanquam proprio nomine, voluisse. Dixerat paullo ante hic Triephon: ὥστε ἔασον ἅπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ἀπογράψονται. Vult nimirum, Critiam, relictis illis gentilium fabularum nugis, ad Christianorum Deum ac religionem esse convertere, ut *et ipse inscribatur in caelestibus illis* BONORUM *libris.* Tum Critias, ἐν πάντα ἀναχυκλεῖς, inquit, ὦ Τριεφῶν, (supra enim jam de libris caelestibus, et in iis inscriptione dixerat Triepho) ἀλλά μοι τόδε, et reliqua, quae modo attulimus, ubi interrogat Critias, *an Scytharum etiam curam gerat Deus, et in librum illos* BONORUM *inscribat? Quidni inscribat,* respondet Triepho, *si modo* BONI *sint?* Cui non apparet, χρηστὸν hic, ut alias apud quosvis scriptores, praesertim eum, quem Noster est imitatus, Lucianum, poni ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ; Ita infra c. 23. χρηστὸς γὰρ ἂν εἴης ἀπό γε τοῦ σχήματος, *nam frugi esse appares utique ex habitu.* Praeterea nescio, an exemplo probari possit, χρηστὸν dictum pro Christiano. Nam Christum quidem ipsum quomodo intelligere quis cum bona bonae mentis venia velit, non video; cum appareat, pro genere hominum, quod plures sub se complectatur, vocem poni, et hanc esse verbi τυγχάνειν vim, ut converti debeat, *si modo contingat esse inter Scythas aliquem* etc. Nec Christi igitur, nec Christianorum, *nominatim* mentionem in hoc dialogo fieri censeo; quod quorsum pertineat, infra videbimus. Hic illud notari velim, quidquid etiam de Chresto sit, Lucianum ita non videri scripturum fuisse, cum Christianorum nomen, quoties opus fuit, adhibuisse, ex *Pseudomanti* pariter atque *Proteo* satis constet.

XXII. Venio ad argumentum satis firmum, ut ego qui-

dem arbitror, sed quod neque tractari bene, neque intelligi nisi ab eo potest, qui ad ingenium his rebus aptum usum etiam aliquem adjunxerit. Modestia hic nos decebat, cum primum scriberemus ante hosce XXV annos: versabatur enim in animo illud LONGINI s. 6. *Ἡ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα.* Sed tamen quam familiaris tum nobis Lucianus fuerit, annotationes nostrae testantur: et non exstabat, cum haec scriberemus, Index in Lucianum. Ab eo tempore nunquam plane abjecimus illum: et nunc, cum tertium tractare ista oportet, recentes sumus ab interpretatione. Credet igitur nobis fortasse aliquis, agnosci a nobis posse vocem et sermonem antiqui a triginta paene annis sodalis, quem nuper demum Latina loqui docuimus. Haec majoris esse debent, quam si quis dicat, lubricum esse, quod a stilo sumitur, argumentum, et similes huic loquatur sententias. Sed in rem praesentem veniamus, et, quantum ejus potest fieri, argumentum, quod melius sentitur et gustatur quasi, quam verbis explicatur, declaremus. Olim jam THEODORUS MARCILIUS, non esse Luciani Philopatrin, contendit, praeter alia id arguentibus ineptiis stili, quas paginis omnibus dicit occurrere. Istae vero stili ineptiae oriri magnam partem videntur ex affectato infeliciter sublimi ac tragico dicendi genere, quod cum non assequeretur, in affine illi vitium *ψυχρότητα* incidit quam saepissime. Tanto id quidem magis, quod poëtarum magnam partem verbis utitur, iisque parum ad rem aptis, qua de caussa indutae leonis exuviis simiae similem interdum fieri necesse est. In utroque autem genere incomparabili facultate gaudet Lucianus, ad effingendum stilo, quidquid libuerit, gravitatem etiam plusquam tragicam, et ad derivandum in suos hortulos, non rivos ex veteribus poëtis, Homero imprimis, sed quasi flumina, adeo quidem, ut, cum male quaedam applicasse videtur, vel inflexione depravasse, tum demum ingenii vis admirabilis eluceat. Unum ex multis exempli caussa afferam: est Euripidis versus decantatissimus, *ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽ ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.* Quam lepide hoc accommodat ad jactatam

Cynicorum ἀναλγησίαν; Ἡ φρὴν, inquit a), σοὶ ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος. Quam festive illud Homeri b),

Ὡς φρήτρη φρήτρῃφιν ἀρήγῃ φῦλα δὲ φύλοις,

ad philosophorum certamen traducit c): ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν,

Ὡς πήρη πήρῃσιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις.

Sed infinita ejusmodi habet Lucianus, Plutarcho hac parte comparandus, nisi quod hic severior.

XXIII. Noster autem, quisquis etiam fuerit, ut utraque in re peccaverit, jam videamus. Quis negabit, esse nimis παρατράγῳδον illud c. 2. quod Marcilio jam bilem movit: φῦ, φῦ, φῦ, φῦ, τῶν ὕθλων ἐκείνων, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, τῶν δεινῶν βουλευμάτων, αἲ, αἲ, αἲ, αἲ, τῶν κενῶν ἐλπίδων; Vix in comoedia vel tragoedia ferimus haec talia, ubi tamen actoris gestu efficitur, ut sint aliquantum tolerabiliora et minus φορτικά. Sed bene tamen est, quod cavet auctor, ne ab tam altissimo cothurno statim desiliat. Triepho enim, apud quem haec eructarat Critias, studet ingentissimo mendacio omnem hanc tragicam supellectilem longissime superare: his enim singultibus Critiam ipsas convertisse nubes, tantumque in Propontide excitasse borean dicit, ut onerariae naves funibus contrahendae sint. Apud nos mentiuntur interdum homines ut trabes inflectantur, quod est in Germanorum nostrorum proverbio; sed hic, ne caelum ipsum et maria pervertat, timor est. Vix Lucianus, cum id agit, ut mentiatur strenue, quemadmodum *in verae historiae libris duobus*, talia proferre monstra ausus est, ut hic bonus vir serio colloquentibus amicis tribuit. In poëtica facultate, qua tamen mirifice placuisse sibi videtur, quam parva operae pretia fecerit, ex his, quae jam, ut ordine percurrenti sese offerent, producam, credo, apparebit. Integra Homeri aut aliorum carmina vix inseruit centoni suo, praeterquam quae Lucianus

a) Vitar. auct. cap. 9.
b) Iliad. B. vers. 363.
c) Ἀναβι. cap. 1.

jam olim attulerat; ut appareat, non ipsos illum magnos auctores cognovisse, sed ex viri suae aetati propioris aliquot dialogis pleraque consarcinasse. Ex Aristophanis tamen Nubibus et Ranis quaedam habet, ut et Homerica pauca, quae apud Lucianum nondum observavi. Ut mox ab initio c. 3. ponit ex Homero, Ἀλλ' ἐπεὶ σὲ πρῶτον κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, ἀπίωμεν κ. τ. λ. Amicus veteranus alteri amico, a quo aliquantum abfuisse non constat, quicum jam plura locutus est, dicit: *quoniam primum hoc loco te reperio, age, illuc abeamus, ubi respirare a malo meo possim.* Inter honoris verba, aulae imprimis incolarum, cum ad epulas aut comissationes pellicere advenas volunt, haec talia esse scimus: apud Homerum pulchre dicitur, ὦ φίλ', ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ· sed in hoc Philopatridis loco sunt prorsus, si quid video, ἀπροσδιόνυσα. Deinde, si carmen esse debet, ut certe apparet, bis in metri leges peccatum est. Primum, cum posterior in ἐπεὶ, contra diphthongi naturam, correpta est; tum quando prima in κιχάνω, brevis apud Homerum et optimos quosque, producta adhibetur. Non defuisse autem apud Graecos malos poëtas, qui vel in syllabis dimetiendis impingerent, ne hodiernis tantum hominibus hanc laudem relictam putes, vel ex nuptiali elegeio miseri cujusdam poëtae, quod Lucianus *in Lapithis* a) affert, constare satis superque possit. Incipit

Ἦ οἵη πότ' ἄρ' ἦγε Ἀρισταινέτου ἐν μεγάροις κ. τ. λ.

Meliorane autem sunt, quae sequuntur, Nostri carmina? Jovem dicit c. 4. συνευωχεῖσθαι Aethiopibus,

Ἀνδράσι μελαντέροις, καὶ τὴν ὄψιν ἐξοφωμένοις.

Euge, septies peccatum in pedibus sex. Vix versum agnoscas, nisi de morbo hominis, et politico illo carminum genere paullatim e talibus orto constaret. In ὄρκῳ c. 12. primum hexameter positus est, tam pauca prosa oratione scripta, mox Jambi sequuntur quinque, et senarius, nisi quod primus pes contra carminis legem trochaeus est. Alibi c. 16. βιώσῃ καλῶς, inquit,

a) Cap. 41.

Οὐδὲ σ' ὥκα θέμις τέλος θανάτοιο κιχείη.

Hic bis metri leges migrantur, et praeterea, quid hoc *θέμις* sibi velit, non apparet: si legas *θέμιστι*, et sensus concinnior paullum erit, et metrum hac parte constabit melius. Sed an ita voluerit auctor, non dixerim.

Ille c. 18. *καὶ ἕτερον μὲν κεύσης ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς*, semel tantum claudicat, et potest reponi, si tantum *μὲν* post *κεύσῃς* colloces. Septem pedibus incedit, c. 25.

Πνειόντων δόρυ καὶ λόγχας καὶ λευκολόφους τριφαλείας, truncatus ex Anapaestico Aristophanis. Qui hunc proxime antecedit,

Θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων,

semel redundat, bis deficit. Claudat agmen deficiens tribus moris, (ut ex veteri ratione loquar, qua longae syllabae duo tempora s. *χρόνους*, brevi unum tribuebant) c. 28.

Μήτε παραδράμῃς γε ποσὶν μηδὲ παρέλθοις.

Si *παραδραμέῃς γε πόδεσσιν* legas, metro erit consultum; sententia ut non sit inepta et *ταυτολόγος*, non efficies. Ultimi Jambici quam parum exacti, quivis non rudis suavitatis poëticae videt. Quam absurdum illud sit, quod poëticis vocabulis flexionibusque, omnibus fere in locis, etiam ubi versus non facit, utitur auctor, malo ex ipsius lectione dialogi, notationumque nostrarum cognosci, quam ejusmodi quisquiliarum congerie hic nauseam lectoribus, si qui fuerint, creari.

XXIV. Copiosus mirum quantum est Lucianus, et varie unam rem, si saepius recurrat, effert. Hic noster autem, quamquam copiam aliquam affectat, et sub initium statim, tum alias etiam exergasiis utitur; tamen quasi effusa semel omni supellectili, eo subinde inopiae redigitur, ut ad ea, quae inconsulte velut prodegerat, recurrere cum dedecore opus habeat. Ita illud *ἄνω καὶ κάτω περιπολεῖν*, intra versus non multos c. 1. et 2. bis ponit: *ἄμπνευσον τοῦ δεινοῦ* vix aliquot interjectis versibus c. 2. repetit: *ὡς καὶ Νιόβη τὸ πρὶν* c. 1. *ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρὶν* c. 2. parum invicem distant: *διάτορον βοᾶν* bis c. 6. et 25. occurrit: *ὥστε ἐάσωμεν τούτους· ὥστε ἔασον καὶ ταύτην· ὥστε ἔασον*

ἅπαντα· ὥστε ἐάσατε τὰς φαντασίας· τοὺς δὲ λοιποὺς λη-ρεῖν ἐάσωμεν, quinquies redire in tam paucis paginis, c. 8. 10. 16. 26. 29. et in dialogo, ad ostentationem, ut videtur, τῆς Ῥητορικῆς δυνάμεως composito, quis ferat? Creationis Universi historia bis, c. 13. et 17. iisdem fere verbis, nulla cogente necessitate, narratur.

XXV. Historia porro de Neptuno, precibus lacrimisque, Martis in adulterio deprehensi liberationem impetrante, c. 6. quam quaeso impedita est, quam a Luciani facilitate aliena! Martem enim indissolubilibus cum Venere vinculis constrictum, reliquisque Diis propter adulterium prae pudore silentibus, equestris Neptunus liberavit. Quam illa deinde taedii plena et a muliercularum narrationibus non abhorrens repetitio: ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα. τὸ δὲ ἀμφίχω-λον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτεῖραν τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν. In illo, c. 8. τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ στήθει τοῦτο ἢ θεὰ ἐπιφέρεται; vox τοῦτο ad Γοργόνα vel κεφαλὴν erat referenda. Reliqua de Gorgone narratio ineptissima, ut in qua per quatuor versus αὕτη semel, ταύτην ter repetitur, et, quae separanda erant, pueriliter miscentur. Quae illa quaeso insania est, quod Triepho introducitur cap. 4. jusjurandum exigens, de non nocitura sibi Critiae narratione, et is tamen statim post jusjurandum c. 18. eadem omnia vult experiri, quae in Critia viderat? Quid de illo existimem c. 17. καὶ γὰρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι — οὐδέποτέ σε διέλαθε κ. τ. λ. dixi ad ipsum locum. Statim sequitur cap. 18. πάνυ εὖ λέγεις καί με ἀντιστρόφως τῆς Νιόβης παθεῖν, ubi ποιεῖς, vel simile, est omissum. Parum etiam Atticum, hoc est Lucianeum, illud est, quod aliquoties (c. 21. ter, c. 25. ter, c. 26. quater) cum neutris pluralibus, non singulare verbum, sed plurale construitur. Quae hactenus a nobis allata sunt, singula forte in optimae etiam notae, optimi auctoris scripto posse occurrere, longiori praesertim, non nego: possim enim quam plurimis praestantissimorum hominum locis, ubi ipsorum humano errore, (neque vero librariorum semper

a talibus culpa abest) aliquid peccatum manifesto deprehendatur, redargui. Illud vero nego, a castigatissimi sermonis et subacti judicii scriptore Luciano, dialogum inquinati adeo stili, judicio autem aut nullo scriptum aut exiguo, potuisse proficisci. Et gaudeo, non Marcilio tantum et mihi ita visum, sed in eadem sententia esse acutissimum virum WALTERUM MOYLE [a]) qui, *infinitis adeo spatiis*, ait, *subsidere infra ingenium, acumen, et elegantiam Luciani, incomparabilis scriptoris, auctorem Philopatridis, ut prope miraculum sit, Ge. Bullo, viro ea doctrina et judicandi vi praedito, in mentem potuisse venire, ut ad eum auctorem referret.* Et (p. 292.) *signa omnia barbari aevi inesse* ait *huic libello, nec virtutem unam, qua commendari possit, cum duabus rebus contineatur, quae possunt esse vel in homine vel in libro, pessimis, stupore atque impietate.* Denique (pag. 362.) *plura esse* ait *in Philopatride, damnata non in Soloecista modo,* (quem Luciani esse negat) *sed in Lexiphane et Rhetorum doctore, qui sine dubio a Samosatensi sint.* Magna cum asseveratione GUIL. WHISTONUS [b]) de verbis jurisjurandi c. 10. *Sermonem,* inquit, *hujus partis dialogi, nisi haereticorum veterum alicujus sit, aperte referendum ad quintum, summum ad quartum exiens saeculum.* Et p. 381. *Si quis affirmet, haec verba esse primi, aut secundi, aut tertii adeo Ecclesiae saeculi, illum se putare cogi nihil plane familiaritatis habere cum sermone prisci illius aevi, cum ipse contra se rem habere, irrefragabili experientia certus sit.* Sed nempe caussae servit vir doctus, et tanto minus nostram rem juvat, quod addit hic etiam, *Nisi tamen ponatur, auctorem incidisse in antiquos quosdam haereticos, eumque ab iis sermonem didicisse* etc. Nempe hoc tantum vult, orthodoxos primorum saeculorum de S. Trinitate non ita locutos: de reliquo sermone libelli non est sollicitus.

a) *The works of Walter Moyle Esq. none of which were ever before publish'd, in two Vol. Lond.* 1726. 8. pag. 388.
b) In *Primitive Christianity reviv'd,* Vol. 4. p. 381.

Nobis contra ea hic non de Christianorum dogmate, sed de stilo Luciani contentio est. De hoc cum Moylio nobis convenire jam indicavimus: illum satisfecisse etiam credibile est Bodwello, qui scripserat ad Moylium (pag. 347.) se non agnoscere barbarismos in Philopatride Luciano indignos. Quod quidem excidisse viro mirarer, nisi illum aliis rebus omnibus, quam λόγων χρίσει, operam dedisse, appareret.

XXVI. Igitur neque Luciano antiquior, neque ipsius Luciani est Philopatris; sed junioris auctoris, et Samosatensem imitati, quod §. 10. monuimus. Juniorem Luciano suspicatus etiam fuerat vir, dum viveret, doctissimus MATURINUS VEYSSIERE LA CROZE, idque indicaverat in specimine observationum historicarum in Lucianum [a]): ac postea declaravit, edita jam hac disputatione, in literis ad veterem et summum amicum meum C. A. HEUMANNUM [b]). Ponit nempe characteres historicos, *virgines Cretae caesas*, non satis, puto, feliciter, ut ad c. 13. ostendisse mihi videor; deinde ex fine dialogi, *Aegyptum in officio non manentem*, *Arabiam et Susam brevi vincendam*, *supercilium Persarum* (Palmyram) *dejectum*: quae quidem commode applicari ad Aurelianum posse, certum est. Superest, ut animadvertant lectores, sintne ea a nobis prolata in his, quae sequuntur, quae excludant Aurelianum. Mihi quidem ita videtur.

XXVII. Quanta cum asseveratione juniorem Luciano faciat Philopatrin MOYLIUS, indicatum est. Etiam hoc rectè vidit, sub imperatore Christiano non ausurum fuisse quemquam in libello, quo illi adulatum veniret, adeo irrisui habere religionem Christianam. Itaque removit a bona aetate quantum potuit Philopatrin, scriptumque Diocletiano rerum potiente voluit. Hic itaque omnium proxime ab ea sententia abest, quam mox proponemus, ubi cur in Diocletianum non videatur competere, ostenderimus. Nam si hoc planum fece-

a) Insertum id est Miscellaneis Academiae Berolin. T. I. n. 4. pag. 27. seq.

b) Qui illas publici juris fecit in Poecile I, 3, 7. pag. 438.

rimus, nihil nobis obstat, si quaedam sint, quae ad Diocletianum et A. C. CCXCVII., hunc enim post fluctuationem aliquam ponit, referri possint. Itaque dicto Diocletiani tempori repugnat primo, quod in dialogo nostro unius modo αὐτοκράτορος fit mentio: Diocletianus autem reportatae victoriae Persicae tempore, quemcunque demum illi annum assignes, collegam habuit potestate sibi aequatum, Herculium. Non videtur autem, quod in monumentis publicis tum observabatur, neglectum a Sophista famelico, quod genus plures adulatione complecti solet. Deinde senex illa tempestate fuit Diocletianus, eamque caussam allegavit deponendae mox purpurae [a]); ut alia argumenta [b]) taceamus, quibus illud potest confici. In fine Philopatridis autem non sibi tantum, sed liberis suis ad felicitatem sufficere ait Critias dies Imperatoris, quod nimis ridiculum est in sene imperatore dicere, qui sibi Caesarem jam assumserat. Sunt caetera in illa parte historiae, quantum ad annorum rationes, valde impedita, et varie a viris summis disputata. Haec duo tamen, quae diximus, in quantum ad nostram caussam pertinent, controversiam, quod sciam, non habent. Sed puto, ipsum Moylium, ut erat vir in summa doctrina candidissimus, si viveret ac legeret, quae jam porro dabimus, sua sententia relicta ad nostram transiturum esse.

XXVIII. Occasio illius nobis fuit, idemque argumentum, ut mihi videtur, minime infirmum, locus, ubi hoc colloquium haberi, scena, in qua haec velut fabula agi fingitur. Hunc locum, hanc scenam Constantinopolin, Christianorum μέγαν οἶκον ἀνάκτων, ut ille ait [c]), fuisse ita colligo. Sub initium dialogi, c. 4. haec Triephontis verba relata sunt,

a) *Lactant.* de Mort. Pers. c. 18, qui etiam passim *senem* et *seniorem* circa haec tempora appellat.

b) V. G. quod apud Vopiscum Numerian. c. 14. miratur Diocletianus, jam eo tempore, quo Aurelianus adipiscebatur imperium, i. e. A. CCLXX, se post multos a se apros interfectos nondum consecutum esse promissum sibi Druidae vaticinio imperium etc.

c) *Dionys. Perieg.* v. 355.

βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέστρεψε, ζεφύρου γὰρ ἐπιπνέοντος λάβρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωθίζοντος, βορέην ἄρτι ἀνὰ τὸν Προποντίδα κεκίνηκας, ὡς διὰ κάλων αἱ ὁλκάδες τὸν Εὔξεινον πόντον οἰχήσονται, τῶν κυμάτων ἐπικυλινδούντων ἐκ τοῦ φυσήματος. Aguntur itaque haec in litore Propontidos: qui loquuntur, a fronte hanc ipsam Propontidem et austrum, a tergo Euxinum Pontum et septentriones habent. Si enim spiritus vehementior ore erumpens boream in Propontide debet excitare, ut haec non ita se habeant, fieri non potest. Igitur ad Bosporum Thracicum res gesta est, seu angustias illas, quae Propontida ab Euxino Ponto dirimunt, verbo Constantinopoli. Non improbabilis autem conjectura est, hunc dialogum in ea scriptum urbe esse, quae tum caput rerum et sedes esset imperii. Imperatori enim victoriam gratulatur auctor, quod majori, credo, celebritate in urbe, quam in provinciis, solet fieri. Quid, quod urbis κατ' ἐξοχὴν dictae aliquoties meminit, aurata item tecta commemorat, qualia ante Constantini profusum aedificandi et exornandi eam urbem studium, Byzantii fuisse, mihi non fit verosimile, licet moenium robora olim celebrata sint. Neque Aegyptii mensis nomen, Mesori, ab hac me sententia potest dimovere: quare enim eo utatur auctor, satis, puto, est ad cap. 22. indicatum. Si igitur in Constantini urbe scriptus est Philopatris, certe actus esse fingitur; non potest non saltem Constantini aevo esse suppar, Luciano autem sesquisaeculo ad minimum junior.

XXIX. Si corradere omnia et congerere animus esset, quae in hanc rem dici queant, forte colore aliquo illud posset imbui, ab auctore dialogi imaginem Paulli Apostoli in templo visam [a]): jam imagines in templis A. C. ccc. adhiberi non solitas: consequens igitur esse, ut post id tempus scriptus sit Philopatris. Sed gratis illud a Theophilo assumtum, apparet. Illud forte majorem speciem habet, quod

a) Quod visum est *Theophilo Raynando* Erotemat. de libris bonis et malis p. 195.

jam Baronius[a]) templum seu basilicam deprehendere sibi visus est in illis dialogi verbis c. 23. *καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας καὶ χαλκέους οὐδοὺς, ἀναβάθρας δὲ πλείστας περικυκλωσάμενοι, ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν κ. τ. λ.* Ac illum quidem non esse audiendum, jam Blondellus[b]) olim demonstravit. Sed melius fortasse procedet, si invertamus argumentum Baronii, atque ita dicamus: quia basilicae sumtuosae meminit auctor dialogi, tales autem basilicae Constantini demum aetate et post aedificari coeptae sunt, inde sequi, dialogum nostrum non ante Constantini tempora fuisse scriptum. Verum enimvero ne ita rationes putem, primo illud obstat, quod non usque adeo certum confessumque est, templa et basilicas majores pretiosioresque ante Constantini imperium non exstitisse: Lactantius[c]) certe meminit ecclesiae, quam editissimam vocat, a Diocletiano et Maximiano A. C. cccIV. destructae, quae aliquot minimum annis ante, forte jam sub Alexandro Severo fuerat condita. Deinde si certissimum etiam sit, post Constantini ad nostros accessum basilicas aedificari demum coeptas, nolim tamen ex hoc loco quidquam de aetate auctoris inferre, cum probabile non videatur, basilicam, quam ecclesiam aetas illa vocabat, intelligi velle Critiam. Atque ita aliquoties nobis laudatus David Blondellus adversus Baronium disputat, *cum nihil occurrere* ait *praeter coenaculum in ipso privatae domus fastigio constratum, affixo nullo crucis titulo insigne, quoque vix per multiplices scalarum gyros Critiae, manuducente alio, evadere licuerit.* Adde, non reperisse Critiam concionem omnis generis hominum, juvenes, mulieres, viros,

a) Ad A. C. 57. §. 101.

b) De Episcopis et Presbytt. l. c. Josephus etiam Mede ex hoc loco probare volebat, templa jam Trajani aevo exstrui solita, refutatus ab IH. Boehemero Dissert. Jur. Eccl. ad *Plinium* et *Tertull.* 2, 13. p. 52. nescio quam bene, cum *aurea* illa *tecta* ironice, pro miseris et pauperibus, accipit; quod etiam ab *Ablancurtio* factum video. Nostra in neutram partem aliquid refert.

c) De mortibus persecut. c. 12.

senes, sed ἄνδρας aliquot ἐπικεκυφότας καὶ κατωχριωμένους, qui obviam procedentes sermones cum illo miscuerunt. Nec ex *Persarum* nomine, quo utitur Noster c. 29. efficere quidquam conabor. Quanquam enim satis constat, anno demum CCXXX. aut CCXXVI, ut ANTONIO PAGI placet, aerae vulgaris, Artaxerxe duce, Persas pristinum imperii decus, ademtum Parthis, qui plus CCCC annis illud tenuerant, recuperasse, minus tamen hac parte sibi constare scriptores, et DODWELLUS monuit a), et infinitis auctorum locis comprobatur. Meliora proinde caussae praesidia circumspicienda sentio.

XXX. Succenturiabo igitur aliud, validum, opinor, et quod non ita facile loco se pelli patiatur. Scilicet bis occurrit in Philopatride mentio τῶν ἐξισωτῶν, c. 19. et 20. Qui vero essent ἐξισωταὶ, quod illorum munus, ibi dictum est. Hic illud monere e re mea est, non occurrere antiquiorem, quantum sedulo inquirenti reperire licuit, qui ea voce usus sit, vel ipsius adeo muneris mentionem fecerit, EUSEBIO b) Nicomediensi, qui originem, ni fallor, exposuit. Subjeci ipsa verba, ne fucum facere lectoribus velle videar: Ἐπεὶ δὲ ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον κρατούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις κατεμέμφοντο, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν καταιτιώμενοι· πάλιν κἀνταῦθα θεσμῷ δικαιοσύνης ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας. Apparet, si nihil aliunde afferatur, quod prohibeat, commode verba EUSEBII de prima hujus muneris origine posse intelligi. Occasio mittendi Peraequatores indicatur, justitia in ea re Constantini laudatur: quod non adeo magnam vim haberet, nisi ille primus id beneficii tribuere oppressis instituisset. At loquitur, tanquam de hominibus olim notis EUSEBIUS. Recte illud quidem. Quo enim tempore haec scribebat, noti fuere. Ante Constantini aetatem potuerunt fuisse incogniti. Eusebium quasi agmine facto deinde sequuntur GREGORIUS NAZIANZENUS, BASILIUS, Impera-

a) Diss. de Isidoro Characeno §. 4. p. 62. Add. *Spanhem.* ad Julian. Or. I. pag. 123. 149.

b) De vita Constantini 4, 3.

tores aliquot in codice Theodosiano et Novellis, et reliqui. Haec ipsa caussa est, quod Lexicographi communiter hanc vocem omittunt, ad glossaria scilicet lapsae Graecitatis eam relegantes. Idem dicendum de nomine *Πολιτικὸς* c. 19. in quantum *ἐξισωτὴν* significat. Atque ista quidem generaliter hic monuisse sufficiat. Ita Galilaeos quod vocat Triepho Christianos, aut recentioris multum Luciano scriptoris, aut antiquissimi indicium credimus: cum vero antiquissimum non esse, vel solus Artemidorus in eo laudatus arguat, consequens est, ut recentiorem dicamus. Sed et hanc disputationem commodius differemus. Caeterum hoc referre fere audeam, quod *πολυάσχολος μαθηματικὴ* vocatur, insolito bonis scriptoribus duplicandi seu componendi genere, et nescio quid affectatae fucataeque dictionis sapiente, quae saeculo quarto, et deinceps paullatim in Graeciam a pristino candore deflectentem irrepere coepit. *Ξυνωρὶς* apud antiquos, quantum constare mihi potuit, tantum de biga equorum vel mulorum adhibetur: apud Nostrum in fine dialogi *ὦ καλὴ ξυνωρὶς* de amicorum pari dicitur, quomodo etiam apud eum, qui vitam Gregorii Nazianzeni scripsit, *ζηλωτὴ ξυνωρὶς* de Gregorii et Basilii amicitia, et saepius deinde apud sequiores dictum reperio. Sic *κράτος* pro Imperatore in ipso fine libelli positum ex Nazianzeno illustravimus. Sed de usu talium vocabulorum nolim profecto contendere vehementius. Fieri enim facillime in tanta scriptorum Graecorum copia potest, quibus legendis vix aetas sufficeret, nedum memoria comprehendendis, et inopia Lexicorum, ut egregie fallatur aliquis, imprimis si non soleat scripto omnia observata sua committere[a]). Arbitror autem, cum multa concurrunt *τεκμήρια*, quae singula quidem possent oratione elevari, quaedam etiam ratione rejici, hominis esse impudentis, omnia velle repellere, praesertim si quaedam illorum ad majorem

a) Sic deprehendi apud *Euripidem* Phoeniss. 1092. *ξυνωρίδα τέκνων*. Et tamen puto, usum nostri auctoris suo, id est, quarto senescenti saeculo deberi.

paullo probabilitatis gradum accedant, et nihil caeteroquin sit, quo sententia, quae hoc modo probatur, everti possit.

XXXI. Igitur venio tandem ad ultimum eorum, quae dicere mihi proposueram, caput, idque in tota hac disputatione praecipuum. Nempe sub Juliani τοῦ ἐν ἀθέοις, ut vocant nostri, vel Apostatae imperio, et eo quidem tempore scriptum ajo Philopatridem, cum primum nuncius de felici expeditionis Persicae successu Constantinopolin afferretur. Scriptum autem a gentili homine, forte Luciano, Sophista et ipso, Lucianeo certe more, qui Christianorum ominibus praedictionibusque explosis, Imperatori victoriam Persicam gratulatus, felices porro successus, victoriasque innumerabiles apprecetur. Cum primum ista ante XXV annos proponerem, faciebam, quod aetatem et conditionem meam decebat, uti deprecarer invidiam novitatis apud Theologos, qui fidem Ante-Nicaenam solent ex hoc dialogo ostendere. Hoc jam opus esse non puto. Nisi enim actus tot annis docendi et vivendi tenor me purgaverit his, quibus me probari oportet, frustra veniam mellitissimis etiam verbis postulem. Quare statim ad probandum, quod suscepi, progrediar.

XXXII. Primum autem illud meminisse te, mi Lector, velim, supra probabile admodum factum a nobis esse, in Constantini urbe, quae jam tum ita vocaretur, scriptum esse Philopatridem. Nunc addendum hoc est, nunquam ausurum fuisse gentilem hominem, Christiano Imperatore, acerbe adeo Christianos, et scripturas divinitus nobis traditas traducere, et deridiculo delectamentoque sibi habere, ac fecit hujus dialogi auctor. Licet enim non vi atque suppliciis in gentiles, si quiete alias se gererent, animadverterint sanctam nostram fidem amplexi Imperatores[a]), vix tamen id videntur fuisse passuri, ut aperte quis illam conviciis proscinderet. Si enim capital esse jusserunt Constantius, Theodosius, Imperatores alii, si quis gentili ritu sacrificaret, aut haruspicinam exerceret[b]); si capite puniendum censuere Theodosius

a) Vid. L. 6. Cod. de paganis et sacrificiis.
b) Vid. tit. Cod. de paganis.

et Valentinianus [a]), qui servum seu ingenuum, invitum seu suasione ex cultu Christianae religionis in nefandam sectam ritumve traduxisset: quid putemus illi factum, qui apertam adeo contumeliam inferre Christianis esset ausus? Relinquitur igitur, sub Imperatore Constantinopolitano, qui idem gentilis esset, venenum suum effudisse Philopatridos auctorem, sub quo scilicet non impune solum id laturus erat, sed favorem etiam et forte dona meriturus. Alius autem non occurrit, quam Julianus Apostata, quo Imperatore et licentiam habuit, et proposita praemia, quisquis has nugas procudit.

XXXIII. Deinde victoria de Persis, quae sub finem dialogi celebratur, et occasionem scribendo dedisse videtur, si in quem alium, in Julianum certe convenit. Jam ab initio suscepti imperii magna vi expeditionem Persicam moliebatur, eosque ab initio successus fortunae habuit, qui epinicio utique essent digni. Si nihil aliud, magnum certe erat, desiisse Romanum imperium vinci a Persis, et vincere posse iterum didicisse, postquam infeliciter adeo Constantius rem adversus crudelissimam gentem gesserat. Placet Eutropii verba X, 6. quia sunt brevissima, adscribere: *Diversa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa et gravia perpessus, saepe captis oppidis, obsessis urbibus, caesis exercitibus; nullumque ei contra Saporem prosperum praelium fuit, nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amisit.* Post has clades utique contemnenda non erant, quae Julianus brevi adeo tempore feliciter gessit. Facilis labor esset, sed nimium lectoribus longus, parum autem, ad hanc quidem rem, necessarius, ex Ammiano Marcellino, Zosimo, Libanio [b]), et reliquis, quo appa-

a) L. 5. Cod. de Apostatis.

b) Orationibus duabus in Juliani necem habitis, quae T. II. locum inter opera ejus, ut sunt a *Morello* edita, obtinent. It. de vita sua p. 44. seq. T. II. Multa de iisdem rebus idem *Libanius* in Orat. de Juliani nece ulciscenda, et altera parentali,

ratu, quas res, quo tempore gesserit, explicare: quare contenti iterum Eutropii erimus brevitate, qui X, 8. *Julianus*, inquit, *ingenti apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida et castella Persarum in deditionem accepit, vel vi oppugnavit. Assyriamque populatus, castra apud Ctesiphontem stativa aliquamdiu habuit: remeansque victor, dum se inconsultius praeliis inserit, hostili manu interfectus est.* Addere fas sit, quod Zosimus post enarratas III, 12. — 29. res gestas Juliani, ἀπέθανεν, inquit, οὐ πόῤῥῳ τῶν Περσῶν ἡγεμονίαν τῆς ἀπωλείας καταστήσας ἐσχάτης. Et c. 18. de Bersabora urbe capta dixerat, Ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης, καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω δὲ ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης. Sublatum igitur Constantii cladibus Persarum supercilium, Juliani cecidit victoriis. Sed in proclivi etiam est illud probare, has ipsas Juliani victorias, mirifice, et hyperbolikῶς etiam ab iis, qui Imperatori faverent, esse celebratas. Audiamus Gregorium Nazianzenum [a]), qui, cum de expeditione Persica sermo est, τὰ μὲν οὖν πρῶτα, inquit, τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ (Juliano) καὶ λίαν νεανικὰ [b]), καὶ πολλοῖς τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων περιβεβοημένα. Alio loco [c]) ita insultat epiniciis et gratulationibus Juliano dictis, ut mihi quidem minime obscure ad hunc ipsum Philopatrin respexisse videatur: ποῦ Βαβυλὼν ἡ ἔνδοξος θρυλλουμένη, καὶ οἰκουμένη πᾶσα περινοουμένη, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; κ. τ. λ. Babylonis interitum spondet noster Cleolaus, cum inter alia hoc relinquere se dicit libe-

quae volumine VII. Bibl. Gr. *Fabricianae* primum editae sunt. Vid. v. g. p. 175. seq. et ibi *Olear.*

a) Orationes στηλιτ. II. inter reliquas orationes IV. pag. 114. edit. Billii.

b) De hac voce vid. *Jo. Andr. Bosius* in exerc. Philol. ad 2. *Tim.* II, 22. p. 13.

c) Pag. 123. ibid.

ris suis, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλλυμένην. Et ipsum etiam Julianum spe praecepisse Babylonis expugnationem, AMMIANUS MARCELLINUS auctor est, apud quem 23, 3. *ostento equi, Babylonii nomine, humi sese prae dolore provolventis, laetior Julianus exclamavit, plaudentibus proximis, Babylona humi procidisse.* Alterum vero illud, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; manifeste cum illis Cleolai verbis conspirat, *Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βοωμένη Περσῶν — Χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει.* Si quis vero nobis objiciat, nec Susa a Juliano occupata, nec in Arabia quidquam rei gestum, nec Aegyptum perdomitam, illi jam est respondendum.

XXXIV. Quin respondit jam bonam partem pro nobis Gregorius, verbis proxime a nobis adductis, quibus vanas hominum spes, et praesumtas animis victorias ridet: imprimis autem id locum habere debet, cum ita loquitur Cleolaus, ut nunc praeeunte La Crozio a nobis versiculi illi interpuncti sunt, ut praeter *collapsum Persarum supercilium* reliqua verbis futuri temporis efferantur omnia. Quis vero nescit, epinicia, panegyricos, et id genus scriptiones, ad adulationem compositas, plerumque, si non mendaciorum, certe spei, omniumque, quam rerum gestarum, plus continere? De iis igitur, quae tanquam futura spondet Cleolaus, GREGORIO ita factum ab adulatoribus confirmante, non erimus solliciti. Quod si quis durior paullo illud δ' vel δὲ perperam omissum dicat, idque indicio esse contendat, incidendum aut interpungendum adeo esse demum post ἄστυ· illi tamen non absurdum videri debet, si dicamus, de Susis aut rumorem falsum tum Constantinopolin allatum, ut hodienum fieri singulis fere diebus assolet, aut imitatum illud esse Cleolaum, quod vatibus, non falsis minus quam veris, in more positum est, ut, quas res certo futuras aut sciunt, aut imaginantur, eas tanquam factas atque praeteritas hominum oculis animisque repraesentent. Quin historicos etiam qui se dicerent, non immunes ab ea vanitate olim fuisse, in conscribendae historiae praeceptis Lucianus memorat cap. 31. Ἤδη

δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφηκότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν κ. τ. λ. De Parthis et hic mentiebatur. Caeterum qua spe prosecuti sint Julianum amici, LIBANIUS [a]) indicat, cum Deos rogat, velint, jubeant, ἡμετέραν στρατιὰν ἐν Σούσοις δειπνῆσαι Περσῶν οἰνοχοούντων. ταῦτα εὔχεσθαι καλὸν, ταῦτα εὔλογον προσδοκᾶν. Nec post obitum Imperatoris, se aliosque ea spe fuisse, dissimulat idem Sophista, cum alteram in necem illius orationem [b]) ita auspicatur: ἔδει μὲν, ὦ παρόντες, ἅπερ ἤλπιζον ἐγώ τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, τὸ τέλος εἰληφέναι καὶ τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν νυνὶ καταλελῦσθαι· τῆς δὲ ἐκείνων γῆς Ῥωμαίους ἄρχοντας ἀντὶ Σατραπῶν ἐπιμελεῖσθαι νόμοις ἡμετέροις κ. τ. λ. et post multa alia [c]), Ἡμεῖς μὲν ᾠόμεθα τὴν Περσῶν ἅπασαν μέρος Ῥωμαίων ἔσεσθαι κ. τ. λ. Nec parum ad rem nostram facit, quod idem LIBANIUS cum feliciter et strenue a Juliano gesta retulisset, καὶ τούτων, inquit [d]), ἕκαστον ἤγγειλε μὲν οὐδείς, τὴν δὲ τῶν ὁρώντων ἡμεῖς ἡδονὴν ἡδόμεθα, πιστεύοντες, ἃ δὴ καὶ ἐγίγνετο, γενήσεσθαι. Si enim oratoris flosculos demas, illud certe relinquitur, incertos et sine auctore rumores, ex studiis, ut fit, hominum ortos, praecessisse tantae felicitatis nuncium. Quod enim Antiochiae factum est, loco Persiae propiori, quin aeque Constantinopoli sit factum, nihil impedit.

XXXV. Quod vero Aegyptum δεδουλωμένην filiis relicturum se sperat Triepho, id mirum alicui videri queat, cum de Aegyptiis imperii Romani hostibus, vel rebellibus potius, in Juliani historia nulla fiat mentio. Sed in hoc ipso etiam praesidium caussae meae invenisse mihi videor. Scilicet Aegyptii, ab innata animis levitate, ad seditiones et res novas fuere semper quam maxime proclives [e]): nec postquam Christiana inter eos religio invaluit, populare hoc vitium exuerunt, ut potius haec ipsa saepe turbarum maximarum et periculosissimarum occasionem, innocens tamen ipsa per se, demta hominum malitia, praebuerit [f]). Aetate Ju-

a) Orat. VIII. quae est Panegyr. in Julian. p. 250. T. II.
b) Tom. II. Xmam. p. 260.
c) Pag. 325. D.
d) De Vita sua p. 45. A.
e) Ita sub saeculi tertii finem Achilleo duce tota fere Aegyptus rebellavit; ab Imperatore Diocletiano ea caussa pervastata, ut testatur in Chronico Eusebius circa A. C. 295.
f) Videnda, quae de hoc Aegyptiorum ingenio *Jac. Gothofredus Lucian. Vol. IX.*

liani, imprimis Alexandriae, aliquoties ingentes turbae, caedes etiam et aedium expugnationes, ex dissensione Arianorum et recte sentientium, sed recte non semper viventium exortae, graviter urbem illam et rempublicam concusserunt: de quibus nemo tacuit, qui de historia Ecclesiastica illorum temporum scripto aliquid mandatum reliquit. Habentur etiam epistolae aliquot Imperatoris Juliani ad populum Alexandrinum, inter reliqua ejus opera editae, quibus graviter ea de caussa illos objurgat. Probabile igitur est, aut agitasse Julianum consilia de compescenda atque opprimenda in perpetuum illa animorum ad seditiones proclivitate, aut Cleolaum certe optasse, grave adeo jugum imponi Aegyptiis, ut sub illius onere superbiae, ex qua oriri fere solent contumeliae atque seditiones, obliviscerentur. Quomodo autem, quae de Aegypto hic dicuntur, cum Dodwelli sententia, (de qua §. 15. diximus) conciliari queant, non video. Lucianus, cum Aegypti procurationem sibi creditam refert [a]), ut pacatae provinciae meminit, eodem tempore, quo ista scripsisse illum vult Dodwellus; et Spartianus [b]), quo loco persecutionis adversum Christianos decretae meminit, statim gratiae Imperatoriae adversum Alexandrinos, Aegyptiorum fere primos, specimen affert, jus *Buleutarum illis attributum*. Sed nondum a Dodwello discedo. Putabat enim vir doctissimus, quod Arabes inter hostes imperii Romani referantur, clare satis indicare, Severo imperante scriptum Philopatrin, ut qui post Trajanum solus Arabas bello petiverit. Et fateor, vim haud exiguam hujus argumenti futuram, nisi aliae rationes adjudicarent Luciano Philopatrin, atque Juliani temporibus vindicarent. Quae cum ita sint, vitio verti nobis non potest, si ad spem Cleolai referamus, quae de Arabibus, inquieta gente et latrociniis infami, Cleolaus spondet: imprimis cum *τὴν οἰκουμένην περινοουμένην* ex Nazianzeno viderimus. Licet enim Petraea Arabia jam a Trajano redacta sit; tamen Nomades illi et Scenitae Arabes, in quibus et Saraceni, subigi non potuerunt. De utraque Arabia quae dicta nostra firment protulit e suis thesauris Ez. Spanhemius [c]), qui

ad Cod. Theod. L. 1. de defensoribus civit. L. 3. de his, qui super relig. L. unica de his, qui plebem audent, denique L. 31. de his, quorum appellationes, magna industria et doctrina incomparabili congessit, quae huc transscribere nihil attinet.

a) Apol. *pro Merced. Cond.* c. 12.
b) In Severo cap. 17.
c) Ad Juliani Or. I. p. 164. seq.

etiam multa collegit[a]), e quibus intelligamus, optabile fuisse eo tempore, quo Philopatria scriptum censemus, videre, quod optat Triephon, *τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν πανομένας*.

XXXVI. Adhuc igitur bene sibi constant omnia, ut feliciter ac strenue gesta, quae in Philopatride celebrantur, illa possint esse, quae Julianus sub initium expeditionis Persicae perfecit. Videamus reliqua, an sententiae nostrae faveant. Inducuntur Christiani male affecti erga Imperatorem, et, ut interpretatur auctor, ipsam patriam. Christiani, inquam. Neque enim assentiri possum Basnagio[b]), qui negat, in ultima dialogi parte de Christianis sermonem esse, ne Baronio concedere cogatur, templum ibi describi, temploque adeo fuisse diu ante Constantinum: sed mathematicos fuisse ait, et ob id ipsum non Christianos. Verum qui attente et dialogi verba, et quae nos ibi adscripsimus, legerit, inveniet, negari potius, esse illos mathematicos; illasque de rebus caelestibus interrogationes potius ad ludibrium pertinere. Porro dicit Basnagius, Triephontem, qui ut Christianis sacris initiatus introducatur in priori parte dialogi, in fine ipsum quoque maledicere illis male erga Imperatorem affectis; hos ergo non videri Christianos. At Triephon ita de sua initiatione loquitur, ut satis appareat, illum ludibrio habere et magistrum illum suum et totam religionem. Qui ergo priori parte libelli ridet Christianos, illum non mirum est eosdem in posteriore parte accusare ut male animatos adversus Imperatorem. Caeterum hi male animati describuntur, ut homines ascetae, jejuniis, vigiliis malis, vestibus, et duro victu se macerantes, de magnis rerum conversionibus loquentes, hymnos canentes, quales Juliani aetati multos fuisse Christianos, longiori probatione non indiget. Christiani ergo inducantur male ominantes reipublicae: *μεταλλαγοῦσιν*, ajunt, *τὰ πράγματα, ταραχαὶ τὴν πόλιν καταλήψονται, τὰ στρατόπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσονται*· et aliud illorum dictum, tanquam nimis mali ominis reticet Critias. Haec minime profecto conveniunt in ea tempora, quibus oppressa adhuc gentilium multitudine gemebat ecclesia; (quidni enim liceat hic transeundo quasi confirmare, quae supra dicta sunt) tunc enim gentiles quidem calamitates omnes, strages exercituum, terrae motus, famem, sterilitatem, inundationes, pu-

a) Ibid. p. 51. seq.
b) Annal. Eccles. ad A. C. 213. n. 3. p. 267.

blica omnia mala Christianis imputabant: horum vero erat ostendere, nihil tum accidere, quod non olim accidisset, quin nunquam fuisse felicius Romanum imperium, quam exorta et invalescente Christiana religione. De Imperatoribus autem, qui tum viverent, non nisi maxima cum veneratione et faustis omnibus loquebantur: tantum aberat, ut aut imperii mutationem, aut exercituum clades, aut simile quid anderent praedicere. Atque de his nemo dubitabit, nisi qui in antiquorum Ecclesiae Doctorum scriptis, apologeticis imprimis, plane sit hospes. Speciatim Severi aetate, qua scriptum tamen vult Philopatrin H. Dodwellus, ita se rem habuisse, e Tertulliani Apologetico satis constat. Quod autem is, quem modo laudavi, Dodwellus mala Christianorum, mundi finem in dies exspectantium, de republica Romana augurii, occasionem persecutioni dedisse autumat, cui praeluserit hac *χωμῳδίᾳ* Lucianus, in eo ratio fugit virum doctissimum. Saltem iis locis ab ipso adductis nihil est praesidii. Eusebius enim [a]) et Hieronymus [b]), qui illum fere ad verbum expressit, de Juda Chronographo diserte affirmant, eum Severianae persecutionis atrocitate motum, in decimum illius annum Anti-Christi adventum, finemque mundi contulisse. Persecutionis igitur atrocitas, ut finem mundi imminere crederet Judas, eum permovit; non, ut Dodwellus interpretatur, praedictio Christianorum de fine mundi, persecutioni occasionem [c]) praebuit. Fit haec vel inde probabilis sententia, quod de Nerone [d]) Anti-Christo simile quid creditum olim fuerit. Juliani autem aetate longe aliam rerum fuisse faciem constat. Sub Constantini M. imperio, alte caput Christiana res extulerat. Propensa, quia profusa hujus Imperatoris in Episcopos voluntas atque benevolentia, tantum eis cum auctoritate conciliaverat supercilium, ut jam tum iniquitatis mysterium operari occulte in quibusdam occiperet. Luxuriari itaque jam et insolentius efferri coeperant animi, ut mirum non sit, cum ejurato veri numinis cultu, ad gentilium Deorum, Solis imprimis, venerationem

a) Hist. Eccles. 6, 7.
b) De Scriptor. Eccl. c. 52.
c) Veriorem persecutionis occasionem ex *Tertulliano* affert *Christianus Kortholtus* de persecutionibus c. 6. § 7. p. 260.
d) Vivum nimirum asservari alicubi credebant, ut Anti-Christum aut ipse ageret sub finem mundi, aut ejus saltem praecursor esset; quorsum videndus *Lactantius* de mortibus Persecutorum c. 2. et *Augustinus* de civit. Dei 20, 16.

defecisset Julianus, non defuisse inter Christianos, qui liberam vocem mittere auderent, infelicitatemque ipsi, tanquam homini impio, atque imperio ejus portenderent. Et sane ingens caussa suberat, cur interitum ejus optarent Christiani. Quid enim sperare aliud poterant a victore reduce, quam bonorum direptiones, infamiam, et corporis etiam cruciatus atque supplicia? Quorsum multa sunt in GREGORII NAZIANZENI *orationibus Philippicis adversus Imperatorem Julianum*, et alibi, quae facile a nobis, si id quidem nunc ageremus, possent afferri. Illud tamen monuisse liceat, gentiles etiam spe majoris adversum Christianos licentiae post reditum Juliani obtinendae fuisse erectos. Ita LIBANIUS a) sperasse inter alia se dicit, τοῖς ἱεροῖς ὑποχωρήσειν τοὺς τάφους, quorum ea procul dubio sententia est, sperasse, ut, eversis martyrum tumulis, idolorum fana in eorum locum restituerentur.

XXXVII. Probatum est, tum voluisse Christianos, tum potuisse paullo liberius de Juliano loqui: locutos esse, jam est auctoritate idoneorum scriptorum confirmandum. Ut taceam per vulgatum illud de Athanasio, quem, cum ab Juliano pulsus Episcopatu suo, et urbe Alexandria cessisset, dixisse ferunt: *cedamus, amici, nubecula est cito transitura* b). Item alterum illud de Paedagogo Antiochiensi, qui interrogatus paucis ante Juliani obitum diebus, ecquid ageret Fabri filius? (Christum putabat) capulum Juliano parare, respondisse traditur c). Hoc ut taceam, locuples historiae horum temporum auctor AMMIANUS MARCELLINUS 32, 12, haec habet: *(Quae maximis solitis festinari cernentes* (loquitur de praeparatione expeditionis Persicae) *obtrectatores desides et maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempestivas, indigniut et pernidiosum esse strepebant, studium omne in differendo proiecto ponentes; et*

a) Orat. II. in necem Jul. T. 2. opp. p. 326. Add. quae ad ejusd. *Libanii* librum de ulcis. morte Juliani §. 5. p. 149. ab *Oleario* notata sunt.

b) Vid. *Rufi.* H. E. 2, 3.

c) *Theodoret.* H. E. 3, 18. cap. 19. autem Juliano cuidam monacho Imperatoris caedes eadem, qua contigit, hora revelata esse, narratur. De Didymo Alexandrino philosopho similia refert Sozom. 6, 2. Add. *Olear.* ad *Liban.* de Juliani morte ulcisc. pag. 164. Maris Chalcedonensis Episcopus quam contumeliose Julianum tractaverit, narrat Socrates 3, 2. De tota multitudine Antiochiensium Christianorum *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 15.

dictitabant his praesentibus, quos audita referre ad Imperatorem posse rebantur, eum, ni sedatius ageret, immodica rerum secundarum prosperitate, velut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis suis protinus occasurum. Quos *obtrectatores desides et malignos* AMMIANUS gentilis homo vocat, Christianos eum intelligere, VALESIUS observat ad hunc locum, et conferri secundam NAZIANZENI Philippicam jubet, in qua diversa verbis, re habentur eadem. Idem AMMIANUS 23, 1. et 5. varia portenta atque omina refert, quae a bello Julianum adversus Persas retinere debuissent. Cum vero eadem spreverit, qui tamen alias superstitionibus, vaticiniis, oraculis et ejusmodi nugis ad stuporem esset deditus [a]), videtur haud absimile vero, suspicatum fuisse, Gallicolarum, ut ipse Christianos vocabat, fraude ea sibi quasi terricalamenta objici, ne victor reversus gravius illorum cervicibus incumberet. Quid? quod LIBANIUS Christianos insidiarum in Juliani caput structarum, tum caedis etiam ipsius insimulat. Qua in re ecquid veri insit, jam non disquiro, neque etiam simpliciter vera esse, quae in Philopatride de iis dicuntur, crediderim: hic modo, quae fuerit tum de Christianis inter Gentiles existimatio, quaeritur. LIBANIUS igitur, cum [b]) conspiratum saepe in caput Juliani dixisset, quaesivissetque, quid caussae subesset, quod mitissimus princeps insidiis aliquoties esset petitus, ἐγὼ δὲ, subjicit, *τούτου τὴν αἰτίαν ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ὀδυνηρᾶς ἐμοὶ τελευτῆς φράσω.* Deinde cum ad illum locum perventum est [c]), primo, a suorum aliquo interfectum esse, arguit, quod nemo inter Persas fuerit, qui promissum praeconis voce praemium illi, qui tantum facinus ausus esset, vindicare sibi voluerit: tum propius auctores caedis designat [d]), (adscribam enim verba, si forte interpunctione commoda clariora possim, quam primum intuenti videntur, reddere,) *οἷς γὰρ οὐκ ἐλυσιτέλει ζῶν; (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ζῶντες οὐ κατὰ τοὺς νόμους) πάλαι τε ἐπεβούλευον, καὶ τότε δυνηθέντες εἰργάσαντο. τῆς τε ἄλλης ἀδικίας αὐτοὺς ἀναγκαζούσης, οὐκ ἐχούσης ἐπὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἐξουσίαν; καὶ μάλι-*

a) Vid. *Exech. Spanh.* in Praefatione, quam operibus Apostatae a se editis et ex parte illustratis praemisit, fere circa medium, ubi luculenta tum Juliani ipsius, tum aliorum in hanc rem testimonia profert.
b) Or. X. p. 307.
c) Pag. 323. seq.
d) Pag. 324.

στά γε τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς θεούς, ἐξ τὸ ἐναντίον ἐζήτουν a). Eos igitur caedis reos facit, qui non vivebant secundum leges, superstitiosas scilicet et idololatricum quidquam habentes, quique Deos coli aegre ferebant, verbo Christianos. Vix, qui haec cum cura inspiciet, dubitabit, Christianos peti in Philopatride eos, qui male Juliano ominari fuerant ausi.

XXXVIII. Antequam ab iis argumentis discedamus, quae ex publica rerum facie, qualis ea tum erat, sunt depromta, duo juvat paucis attingere. Unum est, laudari in Philopatride laetas Romani res imperii, et felicitatem temporum, cum interrogantibus Christianis, quid ageretur in urbe et in mundo? respondet Critias: χαίρουσί γε πάντες, καὶ ἔτι γε χαρήσονται. Ammianus autem Marcellinus 22, 9. testatur, dum Julianus imperium teneret solus, nec motibus internis esse concitum orbem Romanum, nec barbarorum quemquam exsiluisse fines. Alterum autem hoc est, quod quae περὶ τῶν ἐξισωτῶν, de Peraequatoribus, in Philopatride dicuntur, in Juliani tempora et ipsa videntur convenire. Sed quid probabile hac de re nobis videatur, diximus in notis ad c. 19. obscurissimum in toto dialogo locum, in quibus etiam exposuimus, quae de Cretensium virginum caede in Philopatride c. 9. memorata, quam nec ipsam a Juliani aetate abhorrere conjicimus, nostra sit sententia. Pergamus igitur ad ea, quae restant.

XXXIX. Scilicet aut exiguum causae meae et sententiae praesidium in eo colloco, quod auctor dialogi, cum clare adeo et perspicue Christianis illudat, ipso tamen hoc excellentissimo Christianorum nomine non utitur, sed Galilaeorum. Quae res vel sola si esset, probabilem alicui sententiam, quam defendendam suscepi, redderet. Sed cum non desint, quae circa hanc appellationem moveri, nec sine doctissimorum virorum suffragiis, possent, res universa paullo est altius repetenda. Sub prima rei Christianorum initia, qui sanctissimam servatoris nostri disciplinam essent amplexi, μαθηταὶ, hoc est, discipuli vocabantur: ab inimicis autem Galilaei, itemque Nazareni, a patria ductum Christi utrum-

a) In libro s. oratione *de vindicanda Juliani nece*, quam in *Fabric.* Bibl. Gr. vol. 7. editam diximus, aperte etiam Christianos accusat. Vid. inprimis §. 5. pag. 149. Suspiciosa maxime sunt, quae narrat *Jo. Malela* Chron. P. 2. pag. 21. seq.

que, illud etiam plerorumque Apostolorum. Appellationis utriusque mentionem habent etiam libri sacri, Galilaeorum, Joh. 7, 52. *Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ;* Nazarenorum autem Act. 24, 5. ubi Paulus *πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως* vocatur. Durasse haec nomina ad illud tempus, quo Christiani Antiochiae primum sunt vocati, testis praeter alios est SUIDAS [a]): *Ἰστέον ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου βασιλεύοντος μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζωραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χριστιανοί.* qui id videtur sumsisse ex JOHANNE ANTIOCHENO MALELA, apud quem [b]) eadem leguntur. Cum enim nomen Christianorum Antiochiae, Evodio episcopalem sedem occupante, impositi mentionem injecisset: *πρώην γάρ*, addit, *Ναζωραῖοι ἐκαλοῦντο, καὶ Γαλιλαῖοι ἐκαλοῦντο οἱ Χριστιανοί.* Post hoc tempus obsolevisse Galilaeorum nomen videtur: cum miquum et aliud esset, quo censerentur Christi discipuli, et prolatis extra Galilaeae, ac Palaestinae adeo fines religionis Christianae pomoeriis, ipsa appellandi cessaret ratio, nisi quis, totum mundum in Galilaeam versum esse, voluisset dicere. Inde est, quod nulla ab ea aetate Galilaeorum mentio occurrit [c]), donec Julianus, Christianorum appellationem jam gloriosum aliquid habere videns, *stupidae* gentis nomen Christianis et attribuit ipse, et lata lege jussit attribui: quod quidem pertinaciter adeo ipse observat, ut vix credam, Christi aut Galilaeanorum nomen in iis, quae supersunt ab illo scripta, occurrere. GREGORIUS igitur NAZIANZENUS [d]), hunc enim solum ex innumeris

a) Voce *Ναζωραῖος*.

b) In historia chronica, ut est Oxonii 1691. e codicibus Bodleianis cum interpret. et not. Edmundi Chilmeadi edita, p. 328.

c) Usurpari ait *Dodwellus* de fortiud. Martt. §. 2. a Celso etiam. Sed in libris quidem Origenis octo contra Celsum nullum ejus rei vestigium deprehendo. Observavi autem in fragmento ex epistolis Manetis s. Manichaei in *Fabricii* Bibl. Gr. vol. 7. pag. 283. *Τῶν Γαλιλαίων δύο φύσεις ὀνομαζόντων ἔχειν τὸν Χριστὸν κ. τ. λ.* Utrum ab ipsius *Manetis*, an alicujus Manichaei, et ad quae tempora, quos homines, referendum sit, jam non vacat disquirere. Interim manemus in observatione *Dodwelli*, in epistolica ad *Moylium* dissertatione pag. 343. ubi sit, auctorem Philopatridis (quem jam ponit scripsisse A. C. 261.) primum esse, quem norimus, qui Galilaeorum appellationem instaurarit, et Christianorum nomine abstinuerit. Haec in tantum assumimus, in quantum fatetur tam diligens observator, nusquam alias ante Julianum Galilaeorum nomen revocatum.

d) Orat. III. quae est invectiva I. in Julianum, p. 81.

fere aliis huc advocasse sufficerit, *Καινοτομεῖ*, ait, *ὁ Ἰουλιανὸς περὶ τὴν προσηγορίαν, Γαλιλαίους ἀντὶ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νόμοθετήσας*; et paullo post nomen hoc vocat *ὄνομα τῶν οὐκ εἰωθότων*. Hinc demum apparet vis argumenti nostri, ab hac appellatione desumti. Qui enim auctor, cum manifeste de Christianis loquitur, hoc quidem augusto illorum nomine, quod ignorare non potuit, abstinet, utitur autem illo Galilaeorum, quod cum diu evanuisset, a Juliano revocatum, post eum iterum obsolevit, is sub Juliano scripsisse merito credendus est. Hinc, ut praeter viam quasi hic moneam, patere arbitror, quam recte vir doctissimus [a]) Ant. Pagi reprehenderit Baronium, qui Canonem primum Concilii Apostolorum, si Dis placet, Antiocheni, eo nomine rejecerat, quod eo decernatur, *ut credentes in Christum, quos illius temporis homines vocabant Galilaeos, Christiani vocarentur*; cum tamen satis constet, id nominis a Juliano demum Christianis tributum. Qua in re consentientem sibi habet Natalem Alexandrum [b]). Baronium igitur refutaturus Pagi, ad Philopatridis auctorem, quem Lucianum putat, provocat, qui ante Juliani tempora Paullum Tarsensem Galilaeum appellaverit. Nimirum falsus est Baronius, cum antiquissimis Ecclesiae temporibus Galilaeorum appellationem in usu fuisse negavit. Sed infeliciter cum, ex Philopatride, si recte illius a me aetas constituitur, Ant. Pagi erroris redarguit. Id quod hic monuisse non praeter rem visum est.

XLI. Quae de Galilaeorum appellatione dicta a me sunt, infirmari forte aliquis existimet eo posse, quod apud Arrianum [c]) Galilaei pro Christianis dicantur, et Tiberianus in literis ad Trajanum Imperatorem fatigatum se Galilaeorum, id est, Christianorum caedibus scribat. Verba ejus apud Johannem Antiochenum Malelam [d]) ita habent: *ἀπέκαμον τιμωρούμενος καὶ φονεύων τοὺς Γαλιλαίους τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριστιανῶν, κατὰ τὰ ὑμέτερα θεσπί-*

a) In Crit. Anti-Baron. ad A. C. 56. n. 3.
b) Hist. Eccles. sec. I. diss. xx. pag. 212.
c) L. 4. sermonum Epicteti c. 7.
d) In historia chronica p. 356. Quae de *νοθείᾳ* hujus epistolae vel *γνησιότητι* disputantur apud *Basnagium* Annal. Eccl. A. 117. ar. 4. ea ad nostram rem nihil faciunt. Mihi suspectam maxime reddit formam certe epistolae usus pronominum et verborum pluralium de uno Trajano.

σμαῖα κ. τ. λ. Sed cui non apparet ex tota phrasi, primo et proprie significatu pari nomen, pro iis, qui Galilaeam regionem incolebant? Erat Tiberianus ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστίνων ἔθνους, id est, ut interpretor, Galilaeorum. Hi enim, si a septentrionali, hoc est, superiori parte, et Romanis etiam, uti Syriae, ubi tum erat Trajanus, viciniori incipias, primus Palaestinae gentis populus vocari merito possunt[a]). Scribit igitur Tiberianus, se ex Galilaeis, qui provincia ipsi evenerant, occidisse τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριστιανῶν. Unde enim SUIDAS[b]), cum hujus epistolae meminit, Galilaeorum mentionem prorsus omittit. Τιβεριανὸς ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστίνων ἔθνους, ἀνήγαγεν αὐτῷ (Trajano) λέγων, ὡς οὐκ ἐκφυγεῖ λοιπὸν τοὺς Χριστιανοὺς φονεύων, ἐκείνων αὐτομάτως ἐπεισαγόντων ἑαυτοὺς τῇ κολάσει. Ex his igitur probari non potest, post exortum Antiochiae Christianorum nomen Galilaeos vocari Christi sectatores consuevisse. Quod autem de ARRIANI loco est, nihilo plus illo effici arbitror. Cum enim in prooemio libri aperte fateatur, se Epicteti sermones non aut suo judicio disposuisse, aut dictionis elegantia exornasse, sed simpliciter ex ore magistri commentaria sibi, ipsis forte verbis, quibus ille usus esset, conscripsisse, (nimirum ut hodie fere solent in acroasibus Doctorum discipuli) quae deinde se inscio in hominum manus pervenerint: hinc apparet, fieri potuisse, et quidni factum dicamus? ut Epictetus, qui sub Nerone jam celebritatem erat aliquam consecutus, et usque ad Divi Marci tempora superstes fuisse dicitur[c]), vel eo ipso tempore, quo de Galilaeis, natione, qui iidem professione Christiani essent, retulit ad Trajanum Tiberianus, in eorum mentionem inciderit[d]): quae illius dicta bona fide excepit ARRIANUS, et ad posteros transmisit. Illud vero

a) Nam illa solemnis Palaestinae in primam, secundam et tertiam divisio aut Theodosii M. postremis, aut primis Arcadii temporibus orta, huc non pertinet, de qua Jac. Gothofr. ad l. 3. C. Theod. de protostasia.

b) V. Τραϊανός.

c) Merito hoc posterius in dubium vocante *Fabricio* Bibl. Gr. 4, 7. p. 259. seq. et ante illum *H. Dodwello* diss. de aetate Peripli maris Euxini §. 7. seqq. ubi copiose demonstrat, ultra Hadriani annum xx. non vixisse.

d) Sub Trajani certe imperio sermones illos ab Epicteto habitos, probant *Fabric.* l. c. et *Dodwellus* l. c. §. 12.

monuisse hoc in loco, quanquam non ad nostrum institutum pertinet, haud abs re fuerit, ita vulgo Epicteti verba accipi, ac si *μανίαν* quandam ac stuporem Christianis tribuat, in quo ego injuriam fieri optimo seni arbitror. Dixerat, si quis ab insania aliqua aut furore ita esset affectus, ut perinde ipsi esset, habere uxorem ac liberos, aut non habere, et quod ad vitam, bonaque alia similiter existimaret; huic nullum fore tyrannum horribilem, satellites nullos, nullos gladios extimescendos. Jam subjungit: *εἶτα ὑπὸ μανίας μὲν δύναταί τις οὕτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα, καὶ ὑπὸ ἔθους οἱ Γαλιλαῖοι, ὑπὸ λόγου δὲ καὶ ἀποδείξεως οὐδεὶς δύναται μαθεῖν κ. τ. λ.* Itaque *μανίαν* profecto non tribuit Galilaeis, sed ita dicit: si insania quibusdam caussa esse potest, ut parvi externa faciant, et nihil timeant adversi; si porro Galilaei ex consuetudine (institutionem forte commodius intelligemus) talia contemnunt: pudor est, non posse ab ratione aliquem eo perduci etc. Sed id jam non agimus.

XLI. Bene adhuc in Juliani tempora convenit Philopatris. Sed scrupulum injicit illud, quod non Christiani tantum irridentur hoc dialogo, sed gentilium etiam Deastri acerbissime priori ejus parte perstringuntur. Videri igitur alicui possit, illum non esse scriptum in Juliani gratiam, cui minime omnium probari numinum suorum insectatio potuerit. Sed plures hic sunt elabendi viae. Forte auctor, ut aegre faceret Christianis, exososque illos magis Juliano redderet, quibus ludibriis avita numina traducerent, in Triephontis persona repraesentavit. Forte auctor, cum sibi Lucianum suum non tam imitandum, quam exscribendum propositisset, flosculos ejus hac parte consectatus est, et verborum amoenitate ductus ipsas etiam sententias improvide assumsit: quales hodienum errores ab ineptis hominibus, quorum numero nostrum vix quisquam eximendum censebit, committi interdum, constat. Sed si vel sciens prudensque fecit, tamen timendum ei non erat, ut Julianum offenderet, ut qui ipse absurdas de Diis fabulas, a poëtis ad res sublimiores sub istis quasi symbolis repraesentandas, putabat esse confictas a).

a) E. g. Or. in Matrem Deorum p. 170. Veteres, ubi investigata a se rerum principia detexissent, *ἐσκέπασαν αὐτὰ μύθοις παραδόξοις, ἵνα διὰ τοῦ παραδόξου, καὶ ἀπεμφαίνοντος τὸ πλάσμα φωραθὲν, ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἡμᾶς τῆς ἀληθείας προτρέψῃ.* Ita oratione in Solem p. 136. *ἄπιστα καὶ παράδοξα*

Quin ipse salsis jocis in *Deos* illos ἀποσκώπτει[a], ut adeo ab ira ejus ob laesam ficulneorum numinum majestatem metuere sibi auctor Philopatridis non debuerit. Ita Socratem impietatis postulat Aristophanes, derisor ipse Deorum, qui publice tum colebantur, maximus. Et novimus, hoc profuisse vitae Christianam religionem, ut ethnicos etiam puderet anilium fabularum, quemadmodum Lutheri et Calvino multa debent remota scandala illae etiam ecclesiae, quae in Romani Pontificis ditione manserunt.

XLII. Juliani igitur tempore scriptum esse Philopatrin, credat fortasse nobis aliquis, nisi ille adhuc superesset scrupulus, qui factum, ut tantum junioris Luciano auctoris dialogus inter illius opera et censeri coeperit, et diu adeo delituerit? Hic praeter ea, quae communia sunt, et de suppositiciis quibusvis possunt dici, dictaque olim sunt, et huic satisfacere scrupulo, et praeterea valde magnam sententiae nostrae verisimilitudinem conciliare illud puto, quod *Juliani* tempore vixit, ipsique amicus Imperatori fuit Lucianus Sophista aliquis, ad quem exstat hodienum scripta a Juliano epistola, quae quoniam brevissima est, et elegantiae omnis plenissima, non ingratum lectori facturus videor, si totam adscribam[b]. Ἰουλιανὸς Λουκιανῷ σοφιστῇ. Γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων, εἰ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἀνταδικηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθῶν. Quid si dixerimus, ab hoc scriptum esse Philopatrin? nominis deinde similitudine deceptos librarios in unum cum Samosatensi volumen compegisse? Ad haec qui Philopatrin cum iis, quae Lucianus scripsit, comparaverit, Lucianeum esse illum, id est, Luciani imitatione scriptum, et e verbis fere Luciani senioris illius compilatum, eoque nomine commentariis illius immixtum merito, negare profecto vix sustinebit. Atque hoc est, de quo, antequam finiamus, aliqua sint dicenda.

XLIII. Nimirum, si quis nostras annotationes inspicere voluerit, ille cognoscet, nullam fere esse exstantiorem sen-

ποιητικῆς Μούσης ἀθύρματα vocat, quae de συνδοιασμῷ et γάμοις Deorum dicantur apud Homerum.

a) In illius Caesaribus Divus Marcus, ut se Deorum imitatorem probet, illorum corpora τῆς ἐκ τῶν ἀναθυμιάσεων τροφῆς indigere asserit, et Jovis exemplo (Il. E, 897.) indulgentiam erga Commodum, suum tuetur. In fine hujus Commentarii τρυφὴν et ἀσωτίαν Deos comminiscitur etc.

b) Epist. xxxii. p. 403. ed. *Lips.*

tentiam, ne phrasin quidem aut versum Homeri allegatum, quae non iisdem paene verbis in iis, quae Lucianus edidit, reperiantur, id quod temere fieri non potuisse jam supra dictum est. Exempla huc adscribere supersedeo: non est enim longus dialogus, et singulis fere paginis specimina occurrunt. Sed illud tantum hoc in loco ostendam, oeconomiam quam vocant, et dispositionem Philopatridis, cum illa, quae in Nigrino est a Luciano adhibita, ex asse convenire. In utroque dialogo illa est quasi primaria hypothesis, ut narret amico amicus sermones a se auditos ἐνεργητικώτατους, in quos forte fortuna et quasi transeundo inciderit: in Nigrino quidem philosophi Platonici, Sophistarum quorundam in Philopatride. Hi sermones deinde approbantur in Nigrino et laudantur ab eo, qui primum illos audit: in Philopatride autem irridentur et condemnantur. Effectus utrinque idem est, insignis animi, corporisque adeo mutatio, vehementior illa quidem in Philopatride, in Nigrino, pro objecti scilicet ratione, lenior. Jam occasio dialogi utriusque est occursus fortuitus duorum veterum amicorum, quorum miratur alter subitam alterius immutationem. Tum per maximas ambages pervenitur tandem ad caput caussae, in Nigrino moras nectente ipso, qui narrat, prooemiisque alterum ingentibus fatigante: in nostro arrepta jurisjurandi mentione, a Critia, qui narrat, praestandi, Triepho praecipuos gentilium Deos salse perstringit. Post narrationem sequitur in utroque dialogo effectus, qui in narrante primum fuerat, cum eo, cui narrat, communicatio, quae utrobique adhibita de canis rabidi morsu similitudine explicatur. In Philopatridis fine demum quasi catastrophe quaedam adjicitur, brevis illa quidem, sed quae caussa scribendi auctori exstitit procul dubio. Poterant haec amplius singula dilatari, sed metuo, ne tamen non satis intelligat, nisi quis utraque συγγραμμάτια inter se componere sustinuerit. Satis igitur fuerit haec indicasse. Habes, Lector, sententiam de Philopatride nostram, in quam cum ante hos quinque et viginti annos incidissem, eamque in Jenensium Philosophorum cathedra disputassem; ante decem annos in Lipsiensi quoque Academia eam publice proposui. Interjecto tempore cum multum de eo sit argumento disceptatum, quaedam etiam contra illam meam disputationem prolata in medium[a]) cognoverim: tantum tamen abest, ut au-

a) Non feci hac dissertatione mentionem To. Eckardi viri sane docti, et, quod aeque magnum est, modesti. Hic in libro, quo

dierim quidquam legerimve, quod a sententia me mea demoveret, cujus tuendae nullam profecto aliam caussam habeo, praeterquam quod veram esse puto, quasdam etiam deserendae; ut potius magis subinde confirmatus, non jam juvenile ἀγώνισμα arbitrer, sed κτῆμα quoddam, perennaturo, ut suspicari fas est, operi, Luciano Wetsteniano, quod intexatur, non penitus indignum.

Non-Christianorum de Christo testimonia ex antiquis monumentis proposuit ac dijudicavit, *Quedlinburgi* 1725. 4. edito, a pag. 107. pluscula contra meam sententiam protulit: quae in Lipsiensi disputatione a me excussa sunt; sed hic repetenda non putavi, cum nihil sit, ad quod non vel in annotationibus vel in hac disputatione responsum satis arbitrer. Hic tantum mentionem ejus rei faciendam censui, ne quis vel non visam mihi vel contemtam viri cari mihi, dum viveret, commentationem putet, quorum alterum supinae negligentiae, superbiae alterum facile posset tribui.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1882